MANUALE FRANCISCANORUM. REGULAE EXPOSITIONEM, ALIAQUE AD...

Johann Rensinck




NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
14
26 H
34

- Manuale franciscanorum -







MANVALE FRANCISCANORVM.

REGVLAE EXPOSITIONEM, aliaq́; ad eius obseruantiam, ac monasticæ vitæ disciplinam spectantia, breuiter complectens:

CVM ADIVNCTA DE CENSVRIS Ecclesiasticis, aliisq́; ad Confessionem pertinentibus, Instructione, Confessariis pernecessaria.

Ex diuersis Authoribus collectum, operâ R. P. F. IOANNIS RENSINCK, Guardiani Marcodurensis, & Prouinciæ Coloniens. Ministri.





COLONIAE.
Apud Ioannem Crithium,
Sub signo Galli, Anno M.D.CIX.

AD REVERENDISSI-
SIMVM PATREM F. AR-
changelum de Messana Ordinis
Seraphici Ministrum Ge-
neralem.

NOn parum attonitũ me red- 2.Re.20.39.
didere Reuerendissime Pa. Ezech. 3.17.
Propheticæ istæ voces, ni dixerim & 33.7.
tonitrua animas magis, quàm cor-
pora percellentia. *Custodi virum i-
stum, qui si lapsus fuerit, erit anima
tua pro anima eius.* Item, *fili hominis
speculatorem dedi te domus Israel: &
audies de ore meo verbum & annun-
ciabis eis ex me. Si dicente me ad im-
pium, morte morieris, non annuncia-
ueris vt auertatur à via sua impia,
sanguinem eius de manu tua requirã.*
Hæc enim ad omnem in sublimita-
te constitutum, cui animarum cura
cõmissa est pertinere, nullus mor-
talium ambigit. Et mihi idipsum in-
ter reliquos dictum putaui dũ gra-
ue hoc onus supra vires iniunctum
suscipere coactus fui, almæ huius
prouinciæ Coloniensis puto mini-
steriatum. Et quis mortalium non
timore ac tremore corriperetur pe-

† 2 ricu-

riculo tam præſenti, in re tã ardua, qualis eſt animarũ cura, expoſitus? Profectò qui vnam in ſui cuſtodiam habet animam, plus ſibi concreditũ eſt, quam vniuerſi mundi aurum & argentum. Amplius dico, quã ſi ſanguinem Chriſti pretioſiſsimum haberet vitrea incluſum laguncula. Non meum hoc commentũ aut ſpeculatio, ſed melliflui illius D. Bernardi. *Longè grauiori* (inquit) *& periculoſiori debito tenentur aſtricti, qui pro multis animabus reddituri ſunt rationem.* Vnde protinus exclamat. *Quid ego infelix, quo me vertam ſi tãtum theſaurum, ſi pretioſum depoſitũ iſtud quod Chriſtus ſibi ſanguine proprio pretioſius iudicauit, cõtigerit negligentius cuſtodiri? Si ſtillantem in cruce Domini ſanguinem collegiſſem, eſſetq́; penes me repoſitus in vaſe vitreo quod & portare ſepius oporteret, quid animi habiturus eſſem in diſcrimine tanto? Et certe id ſeruandũ accepi pro quo mercator nõ inſipiens, ipſa vtique ſapientia, ſanguinem illum dedit. Sed habeo theſaurum iſtum in*

Serm. 3. de aduentu.

vaſis

vasis fictilibus & quibus multo plura quã vitreis imminere pericula videãtur. Hæc sanctus ille periculosũ hũc statũ regiminis animarum expauescens. Merito cũ versatissimũ, Argo quoque magis perspicacẽ, requirat in omnibus sciẽtijs absolutũ virum. Nam de hoc regimine alibi loquẽs Magnus ille Gregorius ait: *Ars artium regimen animarum.* Et ante illũ Gregorius Nazianzen⁹. *Haud equidem vides quanam sciẽtia instructus aut quibus viribus fretus, huiusmodi præfecturam intrepidè suscipere queat; nam profecto ars quædam artium & scientiarum mihi esse videtur hominem regere animal omnium maximè varium & multiplex.* Non immerito huic prisci illi patres se subtrahere alij satagebãt, abscondere alij, alij mentis emotos simulabant se, corpora mutilabant, aut mutilare cupiebãt, alij mortem præoptabant potius quam tam graui oneri subijcere colla: quales olim fuere, Gregorius, Ambrosius, Basilius, Chrysostomus & tales innumeri; quorũ

Part. 1. curæ pasto. c. 1.

In Apolog. 1.

postremus id tam duxit arduum, vt dicere nō sit veritus. *Miror si potest aliquis prælatorum saluari.* O verbū

Homil. vltima in epist. ad Hebr. omnibus superioribus auditu durū. Commemorat D. Hieronymus huic conueniens proposito horribile

Regul. Monachi c. 15. Tom. 4. exemplū. Apparuisse nimirum quēdam à morte religiosum, is rogatus qui cum ipso ageretur; quod viuens reluctasset in susceptione regiminis, respondit. Si fuissem de numero prælatorum, vtique essem de numerò damnatorū. Quorsum hæc? Non ideo Reu. P. recenseo quod omnem prælaturæ dignitatem damnare velim, aut abijciendam putem, multo minus vt desperationis laqueum inijciam, cū iuxta Apostoli sententiā

1. Timo. 5. 17 *qui bene præsunt duplici honore di-*

1. Timot. 3. 13 *gni sint, sibique gradum optimum acquirūt:* sed vt grauitate oneris ostēsa ad iugem vigilantiam me, meiq; similes incitarem, & quid faciendū incumbat ex arcanis literis elicerē. Magnopere enim animos speculatorum

Ierem. 15. torum erigit vexilla dominica. *Si separaueris pretiosum à vili quasi os meum*

meum eris. Vox suauis, vox dulcis. Si delinquentis animam ab impijs seiunxeris operibus: Si à profundo eduxeris limo æternę damnationis: Si errantem ouiculam subtraxeris à faucibus rugientis leonis: Si reduxeris ad virtutis semitam peccatorem, vt meũ os te complectar. *Quid huic poterit comparari?* (ait aureum illud eloquentiæ os) *quod neque ieiunium, neque humi peractæ cubationes, neque vigiliæ, neque aliud quippiam potest efficere, efficit fratris procurata salus.* Hoc si verum, imo quia verissimum, pretiosas è peccatorũ sterquilinio colligere satagamus margaritas, animas puto, separatas atque collectas cœlestibus inferamus thesauris. Id penes me quomodo efficerem expẽdens, sacram manibus voluere cœpi Regulam à Beatiss. P. nostro D. Francisco traditã atq; relictã, quã semper & vbiq; manibus tersi voluit, triui, & de manu memorię haud seponere potui, edoctus exẽplo sanctorum Machabæorum, *quibus solatio erant sancti libri,* quam

Orat. 5. contra Iudæos.

1. Mach. 12.

quam cum die noctuq; peruoluerē, reuoluendo, penitius inuestigarem fundatoris & approbatoris mentē: opere pretiū arbitratus sum, si iuxta priscorum nostræ familiæ patrū interpretationem & expositionem, eandem proponerem ouibus curæ meæ commissis tāquam salis petrā, vt ex eadem lambētes, si quid infirmitatis cōtraxissent meliorari possent: & pedetentim eas per Ecclesiasticarum censurarum notitiam ad vberiorem deducerem pascuæ perfectionem, secundum illud, *pascite qui in vobis est gregem Christi*. Et cum neglecta consciētiæ discussione cadat necesse sit totius disciplinæ vigor, quasi tertium adieci confessorū fulcrū, vt quasi *funiculus triplex difficilè rūpatur*, quo alligati per manuale manu trahantur pij pastoris ouantes post illum dicentes. *Trahe nos post te, vt currentes* per Regulæ obseruationē, consortes fiamus tandem regni cœlestis. Offero igitur hoc qualecunq; sit Manuale siue Enchiridion Rmæ. P. Vræ. Offero, inquam, Seraphicæ religionis Supre-

1. Pet. 5. 2.
Eccl. 4. 12.
Cant. 1. 4.

mo moderatori fructum meorum laborũ. Offero seruus humilis munus quidẽ exiguum, sed affectu magno, quo hãc mihi pro tempore cõcreditam prouinciã quondam florẽtissimam, vt quæ olim suæ sanctitatis & auitæ religionis odorem longe lateque ad exteras vsque nationes diffudit, nunc proh dolor exulceratissima sęculo peste hęreseõ referto, multis nominibus suppressã, deiectam, vt sterilem derelictam: colligat, erigat, nutriat & sub vmbra alarum cõtra insultantium malitiosa cõmenta & calumnias protegat: quatenus tandem caput incipiens erigere, in pristinum suum nitorem restituta toto orbe refulgeat ad ordinis nostri decorẽ, quod haud dubiè fiet, si protectionis Rmæ. P. V. senserit auxiliares copias. Deus Optimus Maximus. Rmã P. V. Seraphico ordini quam diutissimè conseruet. Coloniæ ex nostro Oliuarũ conuentu B. Agnetis. anno 1609. die 6. Aprilis. R. P. V.

Obedientissimus.

F. Ioannes Rensinck.

PRAEFATIO AVTHORIS ad Fratres.

QVantamala, Patres Fratresque dilectissimi, tum in Ecclesiam Dei, tum in Ordinem & prouinciam nostram teterrima illa hæresis ante hac inuexerit, nemo est qui nesciat. Inde enim à religione abalienata sunt hominum corda, inde fratrum penuria, bonorum morum corruptio, antiquæ disciplinæ relaxatio, orta est; & infinita alia mala inde enata sunt. Quare cum modo pestilentissima illa hæresis tot eruditissimorum virorum libris, concionibus, disputationibus detecta, refutata & magna ex parte exstirpata sit, nihil vtilius magisque necessarium esse videtur, quam vt & nos prauis consuetudinibus abolitis, antiquos illos mores pristinamque disciplinam (quod fœlici augurio in quibusdam Conuentibus cæptum est) reuocemus & introducamus. Collegi itaque ex varijs ijsdemque probatis authoribus ea quæ tum ad Regulæ puram obseruantiam, tum ad bonam disciplinam spectare iudicaui,

eaque

eaque duabus partibus huius Manualis comprehendi: deinde de Censuris Ecclesiasticis & alijs quibusdam ad Confessionem spectantibus ea breuiter quæ maximè necessaria visa sunt tertia parte complexus sum, eo potissimum consilio, vt rudioribus quandam viuẽdi normam, doctioribus verò memoriale quoddam traderem, vt illi quidem in dubijs doctiores consulere, hi verò ad ipsos fontes, puta Bernardinum de Bustis, Gersonem, Franciscum Toletum, Hieronymum à Politio, Compendium Priuilegiorum Authore Hieronymo à Sorbo, Laliũ Zecchum Nauarrum, è quibus hic riuulus emanauit, si quid minus rectè dictum arbitrabuntur, recurrere possunt. Quod si hunc meum laborem & vobis placuisse, & Prouinciæ nostræ vtilitatem vti spero, attulisse videro, etiam alteram partem quæ de oratione & meditatione erit libens offeram. Valete in Domino meque Deo vestris precibus commendate. Data Marcoduri è Conuentu nostro Calendis Aprilis, Anno 1609.

IN ENCHIRIDION R. PATRIS ET Fratris Ioannis Rensinck Prouincialis Coloniensis carmen Ioannis Pitsij.

FAlsa licet, quondā Druydū doctrina vigebat,
Dum cultus toto sparsit in orbe suos.
Illa tamen nunquam scriptis seruata tabellis,
Sed tantum memori traditione fuit.
Hęc est causa, puto, quod nūc intercidit: & quod
Ignari penitus, quæ fuit illa, sumus.
Sed non sic sancti Francisci regula; nempe est
Exemplis vitæ tradita: scripta libris.
Iam quadringentis durauit & amplius annis,
Et mundi extremum stabit ad vsque diem.
Cur ita? quod Rensinck exempla vetusta secutus,
Iuge secuturis hoc manuale dedit:
Et quia posteritas patres imitata priores
Scribet idem, sancta hæc regula semper erit.

Aliud eiusdem.

Corporibus medici tradunt præcepta medendis:
AEgrotis, Rensinck, fers animabus opem.
Quanto sunt animæ pluris quam corpora, tanto
Præceptis medicis, plus valet istud opus.

Ad Fratres eiusdem.

Queis benè viuendi Francisci regula cordi est,
Quique huius normam religionis habent:
Hoc Enchiridion peruoluant nocte dieque,
Assiduaquę terant hoc manuale manu.

IN EN-

IN ENCHIRIDION REVERENDI P. Ioannis Renſinck, carmen.

FRanciſco exanimi Domus Aßiſina triumphat,
Tantum de toto poßidet illa patre.
At tua, quam tractas Franciſcum regula viuum
Reddidit, & viuo redditur ipſa patri.
Exanimum ergo Italis ſit fas oſtendere corpus,
Spiritus in ſcriptis eſt, loquiturq́; tuis.

Fr. Henr. Paludanus.

LAMBERTI LE DRAPPIER A SERENO Campo Famenni, in præsens hoc, Reuerendi Patris Fratris Ioannis Rensinck, opusculum Anagrammatismus.

Reuerendus Pater Frater Ioannes Rensinch.

ANAGRAMMA.

Seraphicè ſerue, Durane tutor, anu eris Refu.

DVRANE TVTOR, TVTOR & inclyta
Terræ propago VVeſtphalicæ, tuas
Per ire laudes, Guardiane
SERAPHICE ô decus atque SERVE
Chori ipſe ſtultus quid propero? tibi
Innata virtus, & vigor inſitus
Te ſat decorant, datque claros
Relligionis amor tryumphos:
Mens namque duris nota laboribus
Feruentiori & tacta cupidine
Compaginare aggreſſa, Minorum
Concilij Manuale fratrum,
Tandem cacumen iam colophonicum
Impoſuit: longo haud ſine tædio,
Luſtrare cunctis fratribuſque
Ex varijs dedit exitatum
Autoribus: quo præcipites Stygis
Reddant cohortes, anguibus horridas
Scyllaſque, diſtortaſque Sphynges
Flammiuomas ſuperent Chymæras.
Dum

Dum sana præbes pharmaca fratribus,
Quem te esse dicam? quem? ANNE tuis REFV
ERIS? taces? sis sis, Minorum
Sis Medicina piæ cohorti.

Epigramma.

Certamen Manuale tuum inter corq; manumq;
Affert, Seraphici dux venerande chori.
A manibus Manuale manus, hoc nomen habere
Dicit: cordis habet cor, ait officium.
Vota cadunt vtriusq;, & (mirum) victor vterq; est:
Hæc Manuale terit; verba sed illud habet.

APPRO-

APPROBATIO.

VIdi & examinaui ex commiſſione admodum R. P. Inquiſitoris Colonienſis, præſentem Librum, & nihil offendi diſſonum fidei Catholicæ & moribus, imo omnia commendatione digna.

F. Coſmas Morelles, Ord. Prædicatorum, S S. Theol. Doctor, & Regens Conuentus Colonienſis ſtudij.

F. Gisbertus Spechtius, SS. Theol. Doctor, Apoſtolicus Inquiſitor.

MANV-

MANVALIS PARS PRIMA,

EXPOSITIONEM REGVLAE S. Franciſci continens.

PROLOGVS.

HONORIVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, dilectis filijs fratri Franciſco, & alijs fratribus de ordine fratrũ Minorum, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica pijs votis, & honeſtis petentium deſiderijs fauorẽ beneuolum impartiri. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris pijs precibus inclinati, Ordinis veſtri Regulam à bonæ memoriæ Innocentio Papa prædeceſſore noſtro approbatam, annotatam præſentibus, auctoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Quæ talis eſt.

Regulæ D. Franciſci cõfirmatio.

IN NOMINE DOMINI incipit Vita Fratrum Minorum.

CAPVT I.

REGVLA & vita Minorum Fratrum hæc est, Scilicet, Domini nostri Iesu Christi sanctũ Euangelium obseruare: viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. Frater Franciscus promittit obedientiam, & reuerentiam Domino Papæ Honorio, ac successoribus eius canonicè intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ. Et alij fratres teneantur fratri Francisco, & eius Successoribus firmiter obedire.

EXPLICATIO PRIMI Capitis.

Sedi Apostolicæ conuenit approbare Regulas & Religiones.

D. Franciscus voluit Regulam à summis Pontificibus approbari & confirmari, quia penes Sedem Apostolicã tota residet autoritas & potestas, omnes in Ecclesia Dei approbãdi & cõfirmãdi Regulas & Religiones. Et sicut prima eius Regula ab Innocentio 3. extitit approbata, sic etiam hæc secunda, ab ipso

ipso S. Francisco dictante Spiritu Christi abbreuiata, & restricta in duodecim capita, ab Honorio 3. approbata & confirmata fuit sub plumbo & sigillo authentico. *Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis & honestis petentium desiderijs, fauorem beneuolũ impartire.* Est Regula nostra pia, quia per virtutes de quibus in ipsa Regula agitur, dirigũtur eius professores, in Dei feruens obsequium & amorem. Cultus enim Dei pietas est, vt 2. Tim. 3. *Qui piè volũt viuere in Christo &c.* Honesta, quia ad proximi vtilitatem, exemplũ, & ædificationem maximè hæc Regula dirigitur. Honestum enim dicitur, quod ad proximi ædificationem ordinatur, Rom. 13. *sicut in die honestè ambulemus.*

Regula S. Francisci qualis.

Diuiditur autem tota Regula in duodecim capita. Hoc autem primo capite instituit statum nostræ Religionis, & diuiditur in tres partes. In prima ponitur substantialis definitio ipsius Regulæ, & dicitur, *Regula & vita Minorum fratrũ hæc est, Scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare: viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate.* Ad hæc tria substantialia vota astringuntur professores Regulæ, eo modo & forma, quibus in ipsa Regula ponun-

Prima pars capitis.

tur, & non vouentur illa tantum, sed omne id quod in Regula continetur. Et quoniam Pater sanctus quędam sub verbis obligatorijs, quædam sub exhortatorijs, sub consilijs, & informatorijs posuit, merito professores Regulæ ad aliqua eorum sub culpa mortali erũt obligati, vt sunt quæ obligatoriè sunt posita. Ad alia verò, sub nulla culpa vi professionis Regulæ erunt adstricti, cũ obligatoriè in Regula non ponantur, licet ad aliqua eorum possent virtute alterius legis naturalis, scilicet vel diuinæ sub culpa aliqua adstringi, vt est illud, cap. 3 Consulo verò, moneo, & exhortor fratres meos in Domino Iesu Christo, vt quando vadũt per mundum, non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent, sed sint mites, pacifici, & modesti, mansueti & humiles. Et illud, cap. 10. Moneo verò & exhortor in Domino Iesu Christo, vt caueant fratres ab omni superbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura & sollicitudine huius seculi, detractione & murmuratione, quæ tenentur fugere, non ex professione Regulæ, sed sub culpa per legem naturalem & diuinam. Et aliquando mortaliter, aliquando venialiter contra prædicta faciendo delinqui

linqui poteſt, attentis circumſtantijs & graduationibus peccati. Satis tamen decens & conueniens eſt, quod Minores fratres tam Seraphici patris imitatores, qui voluntariè ſibi tam arctam pro Chriſti amore vitam elegerunt, vt maioris perfectionis & meriti deſiderio ſtudeant, plenè obſeruare id totum, quod in Regula dicitur, ſiue ſit ſub verbis exhortationis, ſiue informationis, ſiue etiam conſilij, ſaltem ſi contineatur in Regula.

In ſecunda ponitur, ſubſtantiale fundamentum firmiſſimæ cohæſionis & humilis ſubiectionis ad Papam & Sanctam Romanam Eccleſiam, idque merito, quia totale corporis ſtabilimētum eſt colligantia ipſius corporis ad caput, ex hoc enim ſuam haurit vnitatem & totalitatem. Cum ergo in terris totius Eccleſiæ vniuerſale caput Pontifex ſit, iure ergo ordo hic, vniuerſali capiti colligatur & adhæret, vt vnitatem cum tota Eccleſia habeat firmiſſimam, ſine quo quis extra Eccleſiæ corpus eſt, & extra vnitatem Catholicæ fidei. Inquit ergo Regula, *Frater Franciſcus promittit Obedientiam, & reuerentiam Domino Papæ Honorio, ac ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ.* *Secunda pars.*

Hæc obedientia non promittitur solum in persona ipsius S. Francisci, sed etiam in persona totius eius Ordinis, quia Ordo erat in ipso velut in institutore, & capite ipsius, & omnes totius Ordinis quasi Vnus sunt, per vnitatem professionis vitæ. Sic D. Francisci promissio, est omniū promissio totius Ordinis, & ita obseruauit modū reductionis Hierarchiæ, quo inferiora ad suprema per media leuantur, & coniunguntur. Fratres enim promittunt Beato Francisco, ipse summo Pontifici, sic per ipsum tamquam per medium eius fratres reducuntur ad obedientiam, Papæ & Ecclesiæ debitam, & hæc non est obedientia communis, ad quam omnes Catholici & Clerici tenentur, sed singularis quædam vt Prælatis ordinis debetur, & vt quasi speciale votum. Cum quo etiam stat ipsa Pontificis autoritas dispensandi & disponendi rationabiliter super ipsam Regulā.

Obedientia à B. Francisco promissa, qualis.

III. pars.

In tertia ponitur, substantiale fundamentum subiectionis & coordinationis ipsius ordinis ad proprium & vniuersale eius caput. Quia quanto maior est vnitas alicuius collegij, tanto illud est perfectius. Inquit Regula. *Et alij fratres teneantur fratri Francisco, & eius successoribus.*

oribus obedire, ſpecialiter ipſi Beato Patri. Et primò omnium promittitur obedientia, quoniam ipſe plenus Spiritu ſancto, bulla ſacrorum ſtigmatũ electus eſt à Domino Ieſu Chriſto Patriarcha, & Hierarcha ſtatus huius Minoritani & omnium in eo militantium. Secundariò, promittitur obedientia ſucceſſoribus eius, in officio Generalatus ſuccedentibus, vt ordinis ſucceſſio continuaretur ad ipſum tanquam ad caput principale.

DE HIS QVI VOLVNT VItam iſtam accipere, & qualiter recipi debeant.

CAPVT II.

SI qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad fratres noſtros, mittant eos ad ſuos Miniſtros Prouinciales, quibus ſolummodo, & non alijs, recipiendi fratres licentia concedatur. Miniſtri verò diligenter examinent eos de fide Catholica, & Eccleſiaſticis Sacramẽtis. Et ſi hæc omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & vſque in finem firmiter obſeruare, & vxores non habent, vel ſi

habent, & iam monasterium intrauerunt vxores, vel licentiam eis dederint, auctoritate diœcesani Episcopi, voto continentiæ iam emisso, & illius sint ætatis vxores, quod non possit oriri suspicio, dicant eis verbum sancti Euangelij, quod vadant & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare. Quod si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. Et caueant fratres, & eorum Ministri, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus, vt liberè faciant de rebus suis quidquid Dominus inspirauerit eis. Si tamen consilium requiratur, licentiam habeant Ministri mittendi eos ad aliquos Deũ timentes; quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas sine caputio, & cingulũ & braccas, & caparonẽ vsq; ad cingulũ nisi eisdem Ministris aliud secundũ Deum aliquando videatur. Finito verò anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istã semper & Regulam obseruare. Et nullo modo licebit eis de ista religione exire:

ire, iuxta mandatum Domini Papæ, quia ſecundum ſanctum Euangelium, nemo, Luc. 9. mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei. Et illi qui iam promiſerunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio; & aliam ſine caputio, qui voluerint habere. Et qui neceſſitate coguntur, poſſint portare calceamenta. Et fratres omnes veſtimentis vilibus induantur. Et poſſint ea repetiare de ſaccis, & alijs petijs cum benedictione Dei. Quos moneo & exhortor, ne deſpiciant, neque iudicent homines, quos viderint mollibus veſtimentis & coloratis indutos, vti cibis & potibus delicatis, ſed magis vnuſquiſq; iudicet & deſpiciat ſemetipsũ.

EXPLICATIO Capitis II.

Prima pars capitis, de ingreſſu ad Ordinem.

IN primo capite S. Pater inſtituit ordinem, in hoc ſecundo agit de venientibus ad ordinem, & diuiditur in quinque partes, In prima agit, de duplici venientium ad Religionem ingreſſu, ſcilicet ad probationem & ad profeſſionem, & deſcribit hic modum

& perfectam formam quæ in vtroque ingressu seruari debet, Et quoniam in receptione ad ordinem tria necessariò concurrunt, Potestas scilicet, siue autoritas in eo qui recipit; habilitas, in eo qui debet recipi; & debita puritas Religionis, in qua fit receptio, Seraphicus Pater incipit de recipiente. Et sicut in Ecclesiastica Hierarchia duæ sunt claues, vna scilicet potestatis, & altera scientiæ, quæ duæ vult sint in recipiente, videlicet in Ministro, quare iubet, *Si qui voluerint hanc vitam accipere & venerint ad fratres nostros, mittant eos ad suos ministros prouinciales*, quod de idoneis & habilibus intelligendum est, inhabiles enim non debent mitti, sed dimittendi sunt, cum talis status non sit eorum viribus proportionatus & conformis: *quibus Ministris solummodo & non alijs, recipiendi fratres licentia concedatur*, cum hi tantum claues habeant potestatis, vt recipiant, & eandem etiam alijs, considerate tamen indulgentia Nicol. 3. committere possunt, pro euidenti vtilitate & spirituali profectu ordinis. Claue scientiæ & discretionis missos examinent, cũ sint ordinis ianuæ, vt tantum illis præbeant ingressum, qui apti & benè dispositi ad religionem dignoscuntur: inha-

Qui habeant potestatem recipiendi.

inhabiles & indiſpoſitos repellendo.

Duæ ſunt qualitates recipiendorum. Vna in ordine ad Deum; alia verò ad mundum, quæ miniſtri examinare te nentur. Ad Deum deſcribitur: *Miniſtri vero diligenter examinent eos, &c.* quæ Deum intuetur eſt, vt ſint fideles, vt habeant veram & firmam fidem. Et ideo dicitur, & ſi hæc omnia credant, & tanquam veri catholici eam exterius ore & opere vſque ad finem profiteantur, animo prompto ſi neceſſarium ſit, pro eius defenſione etiam martyrio ſe exhibere velint, quia noſtra Minoritana regula à Deo inſtituta fuit ad ædificationem mundi. Quæ verò eſt in ordine ad Mundum, ea deſcribitur, *& vxores non habent, vel ſi habent, &c.* Hoc voluit Pater Franciſcus, vt ſoluti & liberi ſe poſſent offerre Deo, & ſuper propria corporis, dominium & poteſtatem Religioni tradere, quantum ad vſum facti, cũ Deo ſe in holocauſtum offerant. Quæ facere non poſſent, ſi eſſent vero Matrimonio légitimè contracto, & conſummato ligati, tũc enim neuter ſui corporis poteſtatem habet, ſed vterque ſuper corpus alterius. Si verò vxor monialium Monaſterium diœceſani Epiſcopi licentia fuerit ingreſſa,

Recipiendorum qualitates duæ.

ingressa, & vouerit viuere cōtinēter, & stabilitate virtutum de eius incontinentia nulla habeatur suspicio, veniē potest recipi.

Nostræ religionis puritas tribus conditionibus dignoscitur. Primò, in recipiendorum plena & perfecta denudatione & expoliatione terrenorum omnium, cum debeant ea vel ardenter sine desidia, quod supererogationis est ante ordinis ingressum, vel segniter cum pigritia, quod necessitatis est ante professionem, pauperibus erogare. Dicit Regula, *Dicant eis*, videlicet Ministri recipientes, quando viderint & agnouerint hoc esse necessarium, ne recipiēdi nimis indebitè ad ordinem accedant, *verbum sancti Euangelij, quod vadant & vendant omnia sua &c.*

Secundo in manifesta liberalitate & frugalitate eos recipientium circa recipiendorum temporalia bona, cum fratribus vniuersis prohibet, ne solliciti sint circa distributionem rerum tēporalium ipsorum, vt receptio ad ordinem maneat sancta & pura. Dicit Reg. S. Patris, *Et caueant fratres, & eorum Ministri, ne solliciti sint, &c.* ne ex parte fratrum vitium cupiditatis in ipsa receptione appareat, & libertas venientium ad

ad ordinem in dispositione suorum bonorum posset aliquo modo impediri, si timore, vel pudore, vel consiliorum, siue precum oportunitate cogerentur sequi voluntatem fratrum, cum quibus seu sub quibus essent victuri; sed debent mitti ad alios Deum timentes extra ordinem.

Tertiò ad puritatem dignoscendum dicitur, *Si tamen consilium requiratur, licentiam habent Ministri, &c.* Ipsa est discreta directio in auxilium & leuamen pauperum, non debent mitti ad syndicos ordinis, nec ad consanguineos fratrum; quoniam hi plurimum affecti sunt ad ordinem, pro commodo eius temporali: nec item ad affectos magis ad bona eorum temporalia, quam ad vtilitatem animarum suarum, nec ad præuentos ab ipsis fratribus & ab eis admonitos, quomodo huiusmodi cõsulere debeant circa distributionem bonorum suorum, quoniam id fieri non posset sine cupiditatis nota.

In secunda verò parte huius capitis de qualitate habitus nouitiorum agit, & dicit, *Postea concedant eis pannos probationis. Videlicet duas tunicas sine caputio. &c.* sic describitur habitus nouitiorum.

Secunda pars capitis de nouitiorum habitu.

In tertia parte agit de eorum professione,

Tertia pars

de eorum professione.

sione, dicens, *Finito verò anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper & regulam obseruare.* Quia secundum ius commune, nullus nouitius in ordine mendicantium ante annum probationis expletum, potest ad professionem admitti, quia aliter recipientes peccarent mortaliter contra mandatum Ecclesiæ facientes. Annus completus non debet per festa mobilia computari, sed per dies fixos: qui verò annum integrum ex reuolutione solis ab eodem puncto ad idem punctum absoluerunt, tunc profiteantur totam regulam ab Honorio tertio confirmatam. Nec aliter aliquando Ministri, vel ab eis deputati, sine culpa mortali poterunt aliquem ad professionem accipere vel admittere, nisi totã vitam istam & regulam profiteantur, prout à iure communi interpretatur, id est secundum quod Papa, & Ecclesia ipsam Regulam intelligunt ad intentionem instituentis & approbantis. Et cum votum sit volũtarium, & vouens tenetur & obligatur, ad professionem debitam & vitam regularem & reformatam, sic tenetur quoq; ad essentialia & cætera obligatoria Regulæ, & excluditur consuetudo mala, quæ in lo-

is deformatis possetirrepi.

In quarta, agit de professorum voti stabili perseuerantia, *Et nullo modo licebit eis de ista religione exire, iuxta mandatum Domini Papæ, &c.* In foro conscientiæ, & Dei, nullus professus in nostra religione potest licitè ad aliam quamcunque transire, nisi ex rationabili dispẽsatione Sedis Apostolicæ, cum nulla hac altior sit & perfectior.

Quarta pars de professorum stabili perseuerantia.

In quinta & vltima parte agit de habitu & victu professorum, *Et illi qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam, &c.* Professorum habitus est duas habere tunicas; in vna intelligitur exterior amictus, vt fratres cappa tegantur; in altera interior sine caputio, quam velle libertatis est. De cæteris huius quintæ partis in Supplemento suppeditabitur.

Pars quinta de professorum habitu.

DE DIVINO OFFICIO, ET ieiunio, & quomodo fratres ire debeant per mundum.

CAPVT III.

CLerici faciant diuinum officiũ, secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, excepto psalterio, ex quo habere poterunt Breuiaria.

ria. Laici verò dicant viginti quatuor Pater noster pro Matutino, pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta, Nona, pro qualibet istarum horarum septem; pro vesperis autem duodecim, pro Completorio septem; & orent pro defunctis. Et ieiunent à festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini. Sanctam verò Quadragesimam quæ incipit ab Epiphania Domini vsque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto ieiunio consecrauit, qui voluntariè eā ieiunant, benedicti sint à Domino, & qui nolunt non sunt astricti, sed aliam vsque ad Resurrectionem Domini ieiunent. Alijs autem temporibus non teneantur nisi Sexta Feria ieiunare. Tempore verò manifestæ necessitatis non teneantur fratres ieiunio corporali. Consulo verò, moneo & exhortor fratres meos in Domino Iesu Christo, vt quando vadunt per mundum, non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent, sed sint mites, pacifici, & modesti, mãsueti, & humiles, honestè loquentes omnibus, sicut decet. Et

n debeant equitare, nisi manifesta cessitate vel infirmitate cogātur. In amcunq; domum intrauerint, pri-m dicant, Pax huic dōmui. Et se-ndum sanctum Euangelium, de om-nis cibis qui apponuntur eis, liceat uducare.

XPLICATIO CAPITIS *tertij.*

N hoc Capite instruit pater sanctus suos fratres in disciplina circa diui-num cultum. Et quoniam solennis i cultus, aut est per actum directè tē-ntē in Deū, vt per orationem & di-nas laudes, aut per mortificationem opriorum membrorum in Dei obla-nē & holocaustūm, aut per ædifica-nem proximorum in Dei honorem gloriam, ideo de ijs tribus per ordi-m instruit suos fratres. De Diuino ficio primò, quo Deus laudatur & noratur. De ieiunio secundò, quo embra mortificantur. De allocutio-& visitatione sancta, qua proximi lificantur.

Dicit ergo primò, *Clerici faciant diui-m officium &c.* Clerici dicuntur gene liter omnes, qui in Ecclesia Christi deler- *Prima pars de diuino officio.*

deseruiunt, dum tamen ordinem habeant, & ab illo tempore sic dicti sunt, ex quo Sanctus Matthias sorte electus est, quem primum ab Apostolis in actis legimus ordinatū, & tales sunt in ordine D. Francisci qui choro deseruiunt, & hi fratres, tenentur sub culpa mortali ad dicendum diuinum officiū secundum ordinem S. Romanæ Ecclesiæ, prout in Breuiario ordinatum. Per diuinum officium intelligitur hic, officium diurnum quod est Missale, & officium nocturnum; quod est canonicarum horarum. Omnibus Clericis imponitur diuinū officium persoluere, vel alternatim in choro, vel per se extra chorum; & cum sit præceptorium ex Regula, absque peccato lethali omitti nō potest. *Excepto psalterio,* D. Hieronymus ter trāstulit psalterium, primò secundum septuaginta interpretes quo vtebantur in Ecclesia B. Petri: secundò fecit aliam translationem non multò à prima diuersam, magis tamen hæbraico appropinquantem, & vocatur gallicanum, & illud cantatum est in Ecclesijs gallicanis: tertiò ad preces Sophronij, qui frequenter cum Iudæis disputabat, qui solum recipiunt illud quod est in hæbræo. S. Pater, gallicanum elegit, & hoc

Officium diuinum quid.

& hoc iam communiter in breuiarijs habetur. *Fratres laici tenentur* obligatoriè dicere tot Pater noster, quot à Regula præscribuntur, pro consuetudine adiungi debent tot Aue maria, & hoc non sine singulari mysterio. *Dicant laici viginti quatuor Pater noster* & Aue maria *pro matutino*, quoniam per nocturnale officium, quo tempore acceptissimũ est Deo sacrificium laudis, ciuium supernorum repręsentantur excubiæ. Atqui seniores ante thronum & sedem Dei se prosternentes sunt viginti quatuor, sic, mysteriosè petendo, meritis ciuium supernorum numero viginti quatuor seniorum, op^t ant exaudiri, & adiuuari à Domino. *Pro laudibus quinq;*. Quia Cælestis hierarchia ciuium supernorum laudat Deum intellectu, Subcælestis autem militantis Ecclesiæ persensibilia symbola: auditu laudant Deum in musicis & canticis; Visu in pulchritudine & ornatu, Tactu in suauiũ tangibilium contactu & in obsequijs diuinis, Gustu in saporosa, gustabilium suauitate & dulcedine, Odoratu in suaui odorum fragrantia, & sic meritò quinque eis Pater noster indicantur, vt omnibus quinq; sensibus ex sensibilibus discant Dominum orbis laudare.

Pro-

Pro prima, in qua Dominus noster Iesus Christus ad Pontifices ductus est: *Tertia* in qua accusatus & iudicatus: *Sexta*, in qua crucifixus: *&* *Nona*, in qua mortuus est: *Pro qualibet istarum horarum septem*, vt septiformis spiritus sancti gratia, meritis Dominicæ passionis eis donetur, scilicet sapientiæ, intellectus, scientiæ, consilij, fortitudinis, pietatis & timoris Dei. *Pro vesperis autem duodecim*. Aduentu enim Domini duodecim articuli fidei facti sunt manifesti. *Pro Completorio septem*, vt per illa desiderium æternæ beatitudinis quo vrgentur, mysticè designetur. In æterna beatitudine perfectissima & ineffabilis est requies, & in septem beatificis dotibus consistit, in tribus scilicet animæ; vt est visio beatifica, fruitio & possessio; & in quatuor corporis, vt est agilitas, subtilitas, claritas, impassibilitas, quæ omnia septenario numero in septem Pater noster significantur. *Et orent pro defunctis*, secundum quod à Prælatis vel Statutis Generalibus seu Prouincialibus determinatum: solent apud nos dici centum pater & tot Aue maria.

Secunda pars capitis.

Secunda pars capitis agit de Ieiunio. *Et ieiunent à festo omnium Sanctorum vsque ad natiuitatem Domini, sanctam verò Quadrage-*

dragesimam, &c. Obligatoriè professis *fratribus* imponit, vt singulis Sextis Ferijs anni: & à festo omnium Sanctorũ vsq; ad Natiuitatem Domini, & Quadragesimam Domini ieiunent. A festo Epiphaniæ vsque ad continuos dies quadraginta, quam Dominus suo sancto ieiunio consecrauit, est ieiunium non obligatorium, sed suadetur ad deuotionem: & cũ hoc ieiunium ex Regula cuique liberum sit, non omnibus semper imponitur sicut cætera duo, cũ multa sint ad quæ non tenetur homo simpliciter aut regulariter, ad quæ tamen ex causa aut ex sua culpa obligari quandoque potest, ita Prælati possunt aliquando ieiunia Subdito imponere, quod Prælati est iudicare, & non subditi. *Tempore verò necessitatis non teneantur fratres ieiunio corporali*, Nam necessitas era non astringitur lege, sed satis est nc bona voluntas. Illa necessitas esse otest, ratione ætatis, vel debilitatis, l infirmitatis, vel laboris ineuitabi-, sine quo aliquod negotiũ necessam commodè, vt oportet, perfici nõ fet, vel propter defectum sufficienvictus pro sustentatione debita, & c necessitas manifesta censetur, in casu non indigent fratres Prælato dispen-

dispensatore, cum Regula dispenset, & sunt sine peccato; in alijs casibus Prelatus dispensare potest, & tenetur.

Tertia pars capitis. Tertia pars agit de visitatione sancta & allocutione ad ædificationem proximi, *Consulo verò, moneo, & exhortor fratres meos in Domino Iesu Christo*, suauiter & fortiter, *vt quando vadunt per mundum*, exemplo Christi & Apostolorum, *non litigent*, interseipsos, nec cum alijs, contumeliam inferendo, *neque contendant verbis* pertinaciter propriam asserendo sententiam, nec in Curijs iudicialiter comparendo; *nec alios iudicent*, dubia scilicet in peiorem partem interpretãdo; *sed sint mites*, non resistendo, sed cedendo improbitatibus aliorum; *pacifici*, alios nullo modo impetendo, *modesti*, per disciplinam sensuum in verbis & operibus modum seruando; *mansueti*, moribus non impetuosi, motus irascibiles refrenando; *& humiles*, nullum honorẽ appetendo, omnem gloriam humanã fugiendo, & seipsos contemnendo: *honestè loquentes omnibus sicut decet*, omnem scilicet hominem pro sui status gradu reuerendo, nec stultiloquia, aut turpia proferendo, vel vana, sed semper sit sermo sale conditus, ad ædificationem aut vtilitatem audientium. Sic enim concor-

concordia ad inuicem, & ad omnes exteros, immò modeſtia in ſenſuum verborum & operum diſciplina; manſuetudo & humilitas in moribus: honeſta & religioſa loquutio, Dei miniſtros & Euangelicos viros probat. Religioſi itaque in moribus modeſti eſſe debent, vt vnum membrum alterius officium non vſurpet: ſi os loquitur, caput non agitetur, manus non moueatur, & quodlibet membrum in eo quod facit debitum, teneat modum, ne temperantiæ limitem aut honeſtatis formam excedat; vt rideant ſine apertione dentium; videant ſine defixione oculorum: loquantur, ſine extenſione manuum, ſine contorſione labiorum, ſine agitatione capitis, ſine eleuatione ſuperciliorum; incedant ſine modulatione greſſuum, ſine ventilatione brachiorum, ſine geſticulatione ſcapularum; iaceant, ſine deiectione membrorum; ſedeant, ſine alterutra ſuperiectione pedum, & ſine alterutra accubatione laterum, ſiue diuaricatione ſeu dilatatione crurium, ſine extenſione vel agitatione tibiarum. Geſtus Religioſi debet eſſe humilis, ſeuerus & grauis, ſine laſciua hilaritate, ſine fatua leuitate, & faſtuoſa geſticulatione, Sic & loquē-

tis gestus, debet esse modestus & humilis, sonus dimissus & suauis, vt nec inordinatè, nec turbulentè inter loquendum membra moueat, in constantia vultus permaneat, seueritatem benignam & constantem prætendat, ne nimis cui loquitur vultui instet, ne halitus aspiratione in faciē eius insufflet, aut halitu sensum narium offendat. Inter seniores, iunior vsque ad interrogata taceat, loquente alio non loquatur, & loquentium verba nō interrumpat, nec mordaci vel importuno insultu seniorum locutionem impugnet, sit sermo veridicus & purus, sit dulcis & honestus, vt non solum mendacia & quæ criminosa sunt, verumetiam locutiones hyperbolicas & aliqua duplicitate notabiles penitus vitet: non facilè de auditis sententiam ferat, sit ad responsionem tardus, ne per inconsiderationem falsum aliquod vel indisciplinatum proferat verbum: purè loquatur, ne in verbis eius iactantia, detrectatio, vel malitiæ alicuius aut vanitatis admixtio valeat inueniri. Nūquam de scientia, aut sæculi statu se iactet. Erubescat dicere de absente, quod cum charitate non posset dicere coram ipso, in verbis aut literis suis non vtatur adulatorijs,

torijs, ocioſis, iaculatorijs, iuratorijs, contentioſis, maledicis, vel alijs ſæcularibus verbis, quæ non conueniunt Religioſo. Proceſſurus in publicum, præmuniat ſeipſum, & animo ſtatuat à verbis inanibus abſtinere, ſi dignum relatione non habeat, taceat. Si reſiſtentiæ incidunt verba, cedendum cõtinuò reſiſtenti. Nihil inter ſocios ſeminet, quod infirmos animos diſſoluere valeat aut turbare, ac ſemper in ore verbi dulcedinem habeat.

Sequitur, *Et non debeant equitare*, Chriſti veſtigia, qui pedeſter ambulauit, ſequentes. S. Pater equitationem fratribus interdicit, vt eis vera humilitatis forma donetur, *niſi manifeſta neceßitate vel infirmitate cogantur*, Infirmo non eſt licita equitatio, quamdiu commodè permanere poteſt in loco, vbi infirmari cæpit, vbi autem manere non poterit, tunc ſine diſpenſatione ſecundam Regulam poteſt equitare, ſicut etiam ratione itineris, quia ſatis prolixum ſeu longum eſt, vel impeditum aquis, fluminibus, niuibus, vel ratione negotij conuenientis & vrgentis, ita vt neq; commodè differri, neq; illud fieri per alium æquè bene atque per eum qui equitare indiget, poſſit, vel ratione de- *Non debent equitare fratres.*

bilitatis personæ, quæ forte talis esset, vt sine magno personę detrimento pedester ambulare non posset. In his tantum casibus licita erit equitatio. Per equitare intelligitur, vt sit fratribus interdictum non solum cuicunque animali insidere: sed etiam bigare & quadrigare. Frater minor, cum potest causam equitandi tollere, & non facit, peccat mortaliter contra Regulam equitando. Sic non est in itinere festinandum, ne fessus fiat, vt equitare cogatur. Dum enim talis voluntaria causa perdurat, quæ debito modo deponi potest, necessitas inde sequens non excusat. Eo enim ipso quo quis ad aliquid obligatur, cogitur ad tollendum impedimenta, seu causas, quibus probabiliter illud poterit impediri. Vtpote vouens castitatem, causas tenetur voluntarias euitare, quibus probabiliter castitas periclitari potest.

In quamcunque domum intrauerint, primum dicant. Pax huic domui, &c. Sic Christus quem pedestres fratres sequũtur, fecisse legitur. Ingrediendo enim Apostolorum collegium, pacem obtulit, propter Euangelij libertatem. Propter hæresim confutandam, quæ cibos damnat, & propter paupertatem, quæ non

non habet vnde cibos prouideat speciales, manducare licet de cibis appositis cum honestate, virtute & sanctitate; vt non carni sed spiritui deseruiant. Et sic cum sobrietate necessitati inseruiant, vt vtantur cibis, saluis præceptis omnibus & votis, saluaque honestate, & sobrietate & exemplari hospitum ędificatione.

QVOD FRATRES NON recipiant pecuniam.

CAPVT IV.

PRæcipio firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, per se, vel per interpositam personam. Tamen pro necessitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos spirituales, Ministri tantum & Custodes solicitam curam gerant, secundum loca, & tempora, & frigidas regiones, sicut necessitati viderint expedire. Et semper saluo, vt sicut dictum est, denarios vel pecuniam non recipiant.

EXPLICATIO QVARTI Capitis.

Pecuniarum tractatio inhibetur.

BEatus Pater primo capite Religionem suam summariè instituit, secundo, modum recipiendi venientes ad ordinem tradidit, tertio, verò receptos interius & exterius instruxit disciplina: in tribus his sequentibus capitulis insidias quæ supersunt, excludit. In præsenti quarto capite omnimodam pecuniæ proprietatem, receptionem, & vsum prohibet, dicẽs. *Præcipio firmiter fratribus vniuersis*, hoc est tam Prelatis quam Subditis, *vt nullo modo denarios*, monetam ex quocunque metallo confectam, *vel pecuniam*, rem appretiatam; *per se*, ad nutum absque alia aliqua dantis autoritate, *vel per interpositam personam*, quam substituere potuissent, in proprios siue alienos vsus *recipiant* & conuertant, ad libitum videlicet, vt exspiret datoribus ius repetendi. Quicunq; enim sic recipit, frater minor non est, in cuius dominium nulla pecunia transire potest, etiam si gremio infundatur. *Tamen pro necessitatibus infirmorum & alijs fratribus induendis, per amicos spirituales ordinis*, ab Episcopis vel à communitate populi ad hoc con-

constitutos, *Ministri & Custodes solicitam curam gerant*, vt sine procuratione & dispensatione illicita prouideatur, *secundum loca & tempora, & frigidas regiones sicut necessitati viderint expedire.* Iuxta has necessitates necesse est dispensatiuè, temperare rigorem, & temperamētum à solis Ministris & Custodibus, in quibus Guardiani intelliguntur, debere fieri docetur. Superioribus tantum pro maximè necessarijs solicitudo relinquitur, vt discat subditus, rerum absque licentia procurationem & dispensationem illicitam esse sibi. D. Bonau. *Eo semper saluo, vt sicut dictum est, denarios vel pecuniam non recipiant*, Hoc ideo replicat, ne propter vllius necessitatis periculum conetur labefactari Ordinis puritatem, sciens per talium receptionem sub prætextu falso necessitatis, plures & Deo & hominibus viluisse, D. Bon. Vbi casus extremæ necessitatis aduenerit, quando nullo modo aliter fratres, nisi mediante pecunia, nec mēdicando, nec laborando vitæ necessaria inuenire possunt, vt sæpe in persequutionibus contingere solet, tunc licitè per se vel per interpositā personā, ex causa ad tempus pecuniam recipere possunt, necessitate cessante vsus pecu-

niæ mox ſpirat, Apoſtoli enim pacis tempore loculis caruerunt. Matth. 10. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, dignus enim eſt operarius cibo ſuo.* Perſequutionis autem tempore vſum habuerunt, Luc. 22. *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerūt, Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram; & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium.* Cauſa ſemper impedimētorum, ob quæ pecunia tractari debet, omninò ſub peccato mortali vitanda erit, vt voti & Regulæ puritas à profeſſo Regulam D. Franciſci ſtrictim ſeruari poſſit.

DE MODO LABORANDI.

CAPVT V.

FRatres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè: ita quod excluſo otio, animæ inimico, ſanctæ orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia

lia deseruire. De mercede verò laboris pro se & suis fratribus, corporis necessaria recipiant, præter denarios, vel pecuniam: & hoc similiter, sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctissimæ sectatores.

EXPLICATIO
Capitis.

Hóc capite docet ne otiosi comedant fratres panem.

EXcluso Iudæ periculo, seu cupiditatis & auaritiæ vitio, periculū hic religionis S. Pater excludit; dum fratres adhortatur ne panem comedant, otiosi: Hieron. ad Eustochium; omnis concupiscentiæ, immunditiæ, & peccati mater est otiositas. Eccl. 33. *Multam enim malitiam docuit otiositas.* Ne fratres otio torpeant, ad vtile exercitiū, pro tot euitandis malis prædictis verbis inducuntur, dicit enim. *Fratres illi quibus gratiam dedit Dominus laborandi.* Gratia laborandi, industria & ars laborandi est, corporis suffragante valetudine; quæ tamquam donum gratuitū à Domino debet agnosci. Et quia, quidam habent gratiam spiritualiter laborandi; quidam corporaliter, omnibus dans Regulam generalem, vult, vt quisque gratia sibi data vtatur. *Laborent fide-*

Quomodo laborandum.

fideliter, quoad proximos, sine fraude & negligentia operando; *& deuotè*, quo ad Deũ, & cũ diuino affectu, est enim deuotio pius & humilis affectus in Deum. Attamẽ ita est labor moderandus, *quod excluso otio, animæ inimico, orationis & deuotionis spiritus non extinguatur*. Vnde nullus, vel studio vel alicui exercitio sic dare se debet, vt tamen horis competentibus orationi non instet. Neque carnales hinc suam defensent otiositatem, orationis & deuotionis spiritus non dicitur extingui, quando non est solicitudo talis laboris, per quã impediãtur ab orationibus secundum Regulam determinatis. Instent igitur orationi feruenter, non solum in oratorio, verum etiam vbicunque fuerint, cum ipsi sint templum Dei: etiam in lectis occultè, ac sine perceptibili sibilo, capitulum sibi teneant, considerantes, in quo proficiant, vel deficiant, quotidiana secum discussione perquirant, de vocatione sua, & innumeris beneficijs Saluatoris, gratias ei debitas tota mentis deuotione soluentes, quod inchoauerunt bonum, ab eo perfici instantissima oratione deposcant. Nec solum pro se, verumetiam pro alijs tã viuis quam mortuis orent, & quasi
quod-

quoddam Memento constituant; necessitates quas patiuntur, & defectus exponant, humiliter cum gemitu postulent, manus ad cælum leuent, etiam suam interdum audiant vocem, in cælum suspiciant, vt corpus & animos, tendant ad Dominum. Manè & vesperè orandi tempus oportunum est, tunc in primis deuotionis spiritus excitandus est. Post horas quoque canonicas, antequam oratorium exeant, aliquid laudis vel orationis gratuitũ Dei munusculum offerant.

Quæ laborum merces.

De mercede verò laboris pro se & suis fratribus corporis necessaria recipiant. Quęcunque nobis pro mercede nostri laboris spiritualis vel corporalis oblata fuerint, siue sit propter laborem manualẽ, scripturam, agriculturam &c. siue propter Missas, Orationes, & Prædicationes: non alio modo acceptari seu reponi possunt, nisi vt Eleemosyna, liberaliter oblata, vel legata. Vult insuper B. Pater, vt in recipienda pro labore mercede, modus seruetur consonus angelico statui, vt hoc scilicet, fiat militer, hoc est absque iuridica repetine, aut appropriatione; aut alio quomodo, ac si esset res nostra: sed pos vt aliena. Non enim cum imperio

 vel

vel contentione, tanquam Domini, petere debemus: sed obsecrando vt pauperes, nihil in eis proprietatis habentes. Ita vt in recipiendo necessaria, euidenter eluceat paupertatis sanctissimæ amor, & feruor, ac humilis Dei seruitus. Ideo dicitur: *Et hæc humiliter sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctißimæ sectatores.* Nec aliter peti potest, nisi vt res quæ liberaliter datur. Quia in ea nullum ciuile ius habemus, quamuis talis nostri laboris merces, diuino & naturali iure nobis debeatur. Nec Syndicus exigere potest, & quamdiu non est tradita, non transit in Dominiū & vsum Romanæ Ecclesiæ. Exercitia nostra, seu opera nostra, siue corporalia siue spiritualia illa sint, non possumus pactuando de mercede locare: Quia pactum ciuile & politicum nostræ altissimæ paupertatis intuitu, prohibitū est. Bene autem simplex vtrinque promissio fieri potest, quod frater videlicet fideliter in tali opere laborabit, & ille bona fide laborem benignè compensabit. Itaque solum vtrinque naturalis, non politica remanet obligatio. *Quod si nobis non fuerit data merces laboris, recurrendum est ad mensam Domini, petendo eleemosynas ostiatim,* Vnde est, vt nulla

nobis actio ad mercedem laboris-
quendam.

OD NIHIL APPRO-
nt sibi fratres, & de eleemo-
syna petenda & de fratribus
infirmis.

CAPVT VI.

atres nihil sibi approprient, nec
omum, nec locum, nec aliquam
Sed tanquam peregrini & ad-
in hoc seculo, in paupertate &
ilitate Domino famulantes, va-
pro eleemosyna confidenter. Nec
tet eos verecundari: quia Domi-
pro nobis se fecit pauperem in hoc
ido. Hæc est illa celsitudo altißi-
paupertatis, quæ vos charißimos
es meos, hæredes & reges regni
rum instituit, pauperes rebus fe-
irtutibus sublimauit. Hæc sit por-
estra, quæ perducit in terram vi-
tium, cui dilectißimi fratres, tota-
r inhærentes, nihil aliud pro nomi-
Domini nostri Iesu Christi in per-
uum sub cælo habere velitis. Et vbi-
que sunt, & se inuenerint fratres,

 osten-

e; & solum simplicem vsum facti,
llo iure politico circa ea quibus
tur, habere possint, docet S. Bona-
qui ait, intentionem S. Fr. fuisse,
tres sui sicut serui; vtantur rebus
ena positis potestate. Omnis er-
oprietas tam in speciali quam in
nuni excluditur, vt patet Primò
rbis Regulæ, *Fratres nihil sibi appro-*
; illa vox, *Fratres*, nō solum sumi-
c distributiuè sed etiam collecti-
ideo non dixit frater, sed *fratres*;
enim plurale fuit aptius ad expri-
lum vtrumque, vt scilicet nec ali-
frater aliquid in particulari sibi
oprier, nec, quod est omni religi-
ommune, omnes simul aliquid
pproprient in communi, quod
r tanæ Religioni est proprium,
idò patet, quia mox subdit, *nec do-*
nec locum, *nec aliquam rem*, hoc est,
em terræ fundum. Tertiò, quia
:, quod sint in hoc seculo tanquā
æ & peregrini, qui non appro-
t sibi domum aut fundum. Ergo
in hoc mundo proprium habe-
ta, vt tantum simplex & nudus
sus ad vitæ sustentationem, & ad
orum executionem nobis sit con-
, & ideo paupertas nostra altissi-

ma dicitur, quia nulla maior rerum abdicatio esse potest, quã vbi solum simplex vsus facti necessariarũ tam in cõmuni quam in particulari, sine vllo iure politico, relinquitur.

Cum ergo tãta sit Minoritana paupertas, vt nullum ius in re, nec vsu rei, ciuile seu politicum admittat: sed in spe Dei mendicitati innitatur ad vitæ necessaria, ideo exhortatur nos S. Pater ad exemplum Christi imitandum dicens, *in paupertate & humilitate Domino famulantes*, Ex quo habemus meritoriũ esse fratribus viuere de mendicatis, modo debitam suam professionẽ seruent. Religioso debetur sustentatio, nempe ea quæ ad victum &, vestitum, & executionem sui officij, pertinent, ergo licitum est ei ex mendicatis viuere, cum naturali iure compensatio debita sit. Quod itẽ meritorium sit pro Christi amore se pauperem facere, & viuere ex mendicatis, ex eo conuincitur, quia Christi consilium est, eiusq; exemplũ. Solebat D.F. de Paupertate loqui. Hunc reputo magnum thesaurum, vbi nihil de his quę pręparat humana industria, sed quidquid adest totum à prouidentia ministratur diuina. Paupertatis thesaurus est tam nobilis, vt habeat Deum

Matth. 5. & 19. Psal. 39.

admi-

ministratorem,& est virtus cælestis,
quam terrena & transitoria cuncta-
antur, per quam liuoris venenum
tur è medio, vt liberè Deo æterno
ns humana iungatur. Hæc est, quæ
uc animam in terris positam, facit
ælis cum angelis conuersari. Hæc
quæ Christum in cruce assiociat, cũ
risto in tumulo absconditur,& cum
risto resurgit & ascendit in cælum,
ia dotem agilitatis super cælum vo-
ndi, animabus ipsum amantibus etiã
hac vita concedit, cum vera humili-
tis & charitatis arma custodiat, &
ndamentum sit totius spiritualis æ-
ificij. Transitoria æternis contraria
int, & tanto vnusquisque à superno
more disiungitur, quanto inferius de-
ectatur: & quanto quis fastidiet terre-
na, tanto erit Deo propinquior; timere
debet frater si necessaria superflua ha-
beat, cum grandia dimisit, ne arenæ
puluere obruatur. Igitur strictissimam
paupertatem semper tenere studeat,
maximè in libris, & soleis, & tunicis &
eas non habeat nisi sicut suæ necessita-
ti viderit strictissimè expedire.

Paupertatis veræ effectus.

Et vadant pro eleemosyna. S. Pater Fran-
ciscus, solebat dicere: Offerte amorem
Dei à quibus petitis eleemosynam, di-
centes,

centes, Amore Domini Dei facite nobis eleemosynam, in cuius comparatione nihil est cælum & terra, pro delitijs & diuitijs corporalibus & spiritualibus solebat habere, cum quotidie iret pro eleemosyna; quia eleemosynæ panis, est panis sanctus, quem sanctificat amor Domini Dei. Instruxit quique suos fratres, vt non verecundarentur, si irent pro eleemosyna, quia Dominus se fecit pauperem in hoc mundo, & propterea cum pro eleemosyna eundũ esset, primum dicerent, laudatus & benedictus sit Dominus Deus, & deinde subiungerent, Facite nobis eleemosynam amore Domini Dei. Eleemosynę cum laude Dei petendæ, & vltra necessitatem non sunt acquirendæ, ne cæteri pauperes sua portione defraudentur, cum paupertas Minorum fratrum id postulat, vt non recipiant aliquid fixũ sicut redditus: quoniam tamq. per. & ad. in paup. debent. Dom. famulari, & vt taliter sint pauperes, quod etiam sint mendici; mendicitas enim vrgente necessitate paupertatis est licita, deficiente necessitate est illicita, Quando deest paupertas, mendicans Hypocrita est & raptor, Hypocrita dum paupertatem, quam non habet, ostẽdit, Raptor dum quod

quod non ſuum, ſed indigentium eſt pauperum, vſurpat, Vnde non mediocriter peccat, qui abſque neceſſitate mendicat.

Fratres tamen in ſpiritualibus recõpẽſent ſuis benefactoribus, Non enim approbatur mendicitas, vt mendicantes otio vacent, ſed vt melioribus, vtpote ſpiritualibus exercitijs debitè occupentur. Frater minor qui ſibi ipſi propter Deum nihil reſeruat, & minus de bonis temporalibus recipit, quam ipſe dedit, colit paupertatem altiſſimã, quia quantò à mundo remotior eſt, tãto cælorum regno vicinior comprobatur, eſt vitæ æternę, vbi nihil terrenũ alicui proprium vel commune eſt, ſimillima. Qua quidem viri, eius profeſſores, hæredes, & reges regni cælorum conſtituuntur. Hæredes, quoniam omnia pro Deo dimittentibus, ſuper cæleſtis, æternaq; gloria promittitur. Matt. 19. *Qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen m um, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Reges, quia facta plena de re emenda ſolutione, ſola reſtat tradenda poſſeſſio. Matth. 5. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Verè ergò,

gò altissima est, cum ad tam excelsa conducat.

Pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit; Virtutes non paruæ ex tali paupertate gignuntur: Amputantur discordiarum & litium causæ, Meum & Tuum, & occasiones Luxuriæ; cum paupertate caro castigatur, nutritur humilitas, gignitur obedientia, castitas, temperantia, pax, fortitudo, in Deũ confidentia. Pauperes gratis ex charitate, non quæ sua sunt; sed animas aliorum, hominumque salutem quærunt. Est paupertas mater Religionis, nam ex ea quasi generantur cæteræ virtutes.

Paupertas est mater virtutum.

Hactenus Pater S. ne habeamus aliquid proprij docuit, consequenter iam informat voluntatem, ne aliquid habere velimus, dicens. *Hæc sit portio vestra, quæ perducit in terram viuentium, &c. Quia fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub cælo habere velitis.* Quia quod necessitate fit citò absoluitur, quod autem voluntariè arripitur, perseuerat. Virtutes in anima collocandæ sunt, ita vt non paupertas sed amor paupertatis sit virtus. S.P. docet paupertatem, vt nedum nihil proprij habeamus, sed nihil omninò habere velimus, & tan-

tum simplici necessariorum vsu simus contenti.

Post fundationem altissimæ pauper- tatis, de mutua consequenter inter fratres habēda charitate, immediatè prosequitur: deficiente enim charitate, deficeret Religio, dicens. *Et vbicunque sunt, & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos inuicem inter se, & securè manifestet vnus alteri necessitatem suam.* Hanc vult mutuam inter fratres charitatem haberi. Quo ad signum, scilicet summæ familiaritatis, vt in domo vel extra domum, quandocunque se fratres inuenerint, sub modis sanctis & honestis, vt meritò in corde suo confidentiam concipiant, signa domesticæ charitatis, vt alter alteri suam ostendat necessitatem, non à carnali sed spirituali amore, procedant: Fratres vt ignotos tamquam angelos Dei quo ad affectū suscipiant, exemplo matris comprobat. Quia si mater nutrit & diligit filiū suum carnalem inquit: quantò diligentius debet quis diligere & nutrire fratrem suum spiritualem? amor gratuitus charitatis, fortior est amore carnali. *Secunda pars capitis.*

De infirmis curare tenemur vt eis de necessarijs, vbicunque reperti fuerint pro-

prouideatur. *Et si quis eorum in infirmitatē ceciderit: alij fratres debēt ei seruire, sicut vellent sibi seruiri*, quo ad effectum, quod est legis naturæ. Et cum hoc præceptum affirmatiuum sit, obligabit sicut cætera præcepta affirmatiua, quæ non nisi pro loco & tempore obligant; hoc est, quando tale obsequium seu seruitium necessariò infirmis impendendum est. Nam si per alios eis debitè seruitur, & pro necessitate prouidetur, non est necesse quod omnes fratres tali incumbant seruitio, & maximè ad hoc obligantur Prælati, qui præ cæteris sollicitiores ad id esse debent, tum ratione prælationis, tum ex præcepto Regulæ eis imposito. Infirmi, ijs quæ pauperes decent, debent esse contenti. Pauperū est, modicis esse contentum, & in necessarijs sæpe defectum pati, ipsum defectum rerum æquo animo ferre, ideo hoc altissimæ paupertati & hnmilitati maximè conuenit. S. Franciscus rogat suos infirmos, vt in suis infirmitatibus non irascantur, vel conturbentur contra Dominum, vel contra fratres, nec multum solliciti postulent medicinas, nec nimis desiderent liberare carnem citò morituram, quæ est animæ inimica. Sed de omnibus

gra-

gratias agant, & quales eos vult Deus tales esse desiderent, quos enim Dominus ad vitam præordinauit æternam, flagellorum & infirmitatum stimulis erudit sicut ipse ait: *Ego quos amo, arguo & castigo.* Apoc. 3. Sixtus quartus piæ memoriæ, concessit, quod fratres minores, non potentes ieiunare, bono modo, propter infirmitatem, vel debilitatem non teneantur. Innocentius Octauus, Leo Decimus, Martinus Quintus, Eugenius Quartus, Nicolaus Quintus & multi alij summi Pontifices, fratribus infirmis concesserunt largissimas indulgentias, præ cæteris omnibus, hic modernus Paulus Quintus quem Dominus Deus Ecclesiæ suæ diu incolumem conseruare dignetur, gratiam suam largissimè, anno primo pontificatus sui omnibus religiosis effudit, ita, vt in cuiuslibet mortis articulo, si verè pœnitēs & confessus ac sacra communione refectus, vel quatenus id facere nequiuerit, saltem contritus nomen Iesu ore, si potuerit, sin autem corde, deuotè inuocauerit, plenariam indulgentiam promereatur. Simili modo fratribus archiconfraternitatis cordigerorum à Sixto quinto benignè concessum est.

DE

DE PAENITENTIA FRAtribus peccantibus imponenda.

CAPVT VII.

SI qui fratrum instigante inimico, mortaliter peccauerint: pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad solos ministros Prouinciales, teneantur prædicti fratres ad eos recurrere quam citius poterunt sine mora. Ipsi vero ministri, si presbiteri sunt, cum misericordia iniungant eis pœnitentiã. Si verò presbiteri non sunt, iniungi faciant per alios Sacerdotes ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire. Et cauere debent ne irascantur, & conturbentur propter peccatum alicuius: quia ira & cõturbatio in se, & in alijs impediunt charitatem.

EXPLICATIO CAPITIS septimi.

HOc *septimo capite* agit D. F. de regimine sacerdotali, & vult vt fratres ad Ministros recurrant pro absolutio-

tione peccatorum, de quibus ipsis ministris fuerit absolutio reseruata. Sicut enim supra Regulæ præcepta quibus vita instituitur, contra peccata disposuit, ita nunc remedia, quibus post peccatum innocentia restituitur, non negligit. Mandatum datur fratribus peccantibus, vt sine mora, quã citius poterunt ad habentem clauem, & autoritatem absoluendi à reseruatis, recurrant. Inquit enim. *Si qui fratrum instigante inimico, mortaliter peccauerint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad solos ministros prouinciales, teneantur prædicti fratres ad eos recurrere quã citius poterunt sine mora.* Hæc vim præcepti habent, & de absolutione & remedio peccatorum sacramentaliter confessorum, intelliguntur, non de occultis, sed de manifestis reseruatis peccatis. Grauius enim peccatum est, quod in scandalum aliorum publicè perpetratur, quam quod occultè, & ideò grauius est puniendum. Contra ius diuinũ & naturale esse videtur, coacta occultorum reuelatio. *Ipsi verò Ministri, si presbyteri sunt, cum misericordia iniungant eis pænitentiam.* Ex his patet, quod de peccatis publicis, & pænitentia publica hic agitur, & insuper quod de recursu

Nota reseruari manifesta peccata non occulta.

su

ſu pro eorundem abſolutione ſacramentali publicorum peccatorum eſt ſermo. Patet etiam, quod ex Regula donetur Miniſtris cura animarum, cum ad eos pro peccatorum reſeruatorum abſolutione vult eſſe recurrendum. Pęnitentia nō debet omitti, ſed cum miſericordia imponi, miſcenda eſt lenitas cum ſeueritate. Sit zelus, ſed moderatè ſæuiens: pietas, ſed nunquam pluſquam expedit parcens.

Miniſtri habent curam animarum.

Miniſtri poſſunt & alios fratres ad iſtam curam animarum deligere, dicit enim. *Si verò presbyteri non ſunt*, vt erat in ordinis initio, in quo erat Sacerdotum raritas, maximè quia S. F. ex humilitate legitur ſacerdotium fugiſſe, ſicut & S. Benedictus. *Iniungi faciant per alios Sacerdotes Odinis*. Non permittitur, vt fratres in ſuis caſibus ad alios extra ordinem confeſſarios mittantur, ſed tantum ad huius ordinis Sacerdotes, multò minus fratres per ſe poſſunt, extra ordinem confiteri. Miniſter Generalis eſt, qui in toto Ordine, Prouincialis, qui in ſibi ſubiecta Prouincia abſoluēdi facultatem habet à reſeruatis. Per huiuſmodi autem reuerſus, publicum ſcandalum mitigatur, & peccantis fratris infamia purgatur & aboletur, cum

per

per huiusmodi recursum condignè apparere possit contritus & emendatus, & debet secundum debitam, rationabilem & honestam, opportunitatem, iuxta ordinis formam intelligi, vt fiat cum socio à Prælato assignando, & per litterā siue per nunciū: impediēte iusta causa, fieri licitè poterit. *Et cauere debent ne irascantur.* Ira, est habitus cū adscēsu liberi arbitrij in maleuolentiā. Sufficit enim voluntatis rectitudinē custodire, & motus irrationales circa sensum viriliter cohibere, *& conturbentur propter peccatum alicuius: quia ira & conturbatio in se, & in alijs impediunt charitatem.* Non prohibetur ira per zelum, quæ virtus est necessaria in peccatis corrigendis.

DE ELECTIONE GENERAlis Ministri huius fraternitatis, & de capitulo Pentecostes.

CAPVT VIII.

VNiuersi fratres vnum de fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrū & seruum totius fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedēte, electio successoris fiat à Mini-

stris Prouincialibus, & Custodibus in Capitulo Penthecostes, in quo Prouinciales Ministri teneantur semper in simul conuenire, vbicunque à Generali Ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem vel minorem, sicut à prædicto Ministro fuerit ordinatum. Et si aliquo tempore appareret vniuersitati Ministrorum Prouincialium & Custodum, prædictum Ministrum non esse sufficientem ad seruitium, & communem vtilitatem fratrum: teneantur prædicti fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in Custodem. Post Capitulum verò Pēthecostes, Ministri & Custodes possint, si voluerint singuli, & eis expedire videbitur, eodem anno in suis custodijs semel fratres suos ad capitulum conuocare.

EXPLICATIO VIII. Capitis.

A*bsoluto Sacramentali regimine*, in hoc Octauo capite de generali & intrinseco regimine agitur, in quo optimus regiminis modus præscribi-

scribitur, optimum regimen est Monarchicum, vnitas enim valet contra scissuras & dissentiones, vnum vult S. P. generale caput, huic præ cæteris omnibus est obediendum. Dicit enim. *Vniuersi fratres, vnum de fratribus istius religionis teneantur semper habere Generalem Ministrũ, & seruum totius fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire.* Vbicunque in Regula ponitur vox (teneantur) vim præcepti habet. Generalis Minister ex Regula perpetuus est, dicitur enim: *Quo decedente, electio successoris fiat à Ministris prouincialibus & custodibus in capitulo Penthecostes, in quo prouinciales Ministri teneantur semper in simul conuenire. &c.* Decedere est è vita migrare, vnde S. Bonauentura per annos Octodecim Ordinem rexit in officio Generalatus, & plerique alij per multos annos ordinis regimen generale habuêre, vt in chronicis Ordinis: nunc tamen temporaneus est, & non nisi per sex annos. *Generalis* Minister si non discesserit migrando per mortem è vita, aliquando absoluitur, aut voluntaria cessione, aut inuitus. Voluntaria cessione. Vbi instanter gratiam absolutionis peteret, vel vbi ad aliquid aliud sibi, vel ordini, vel Ecclesiæ vtilius promoueretur. Inuitus autem absolui-

Hoc caput agit de electione, generalis Ministri.

tur & deponitur propter duas causas. Vna est, vbi non adesset personæ sufficientia ad seruitium fratrum, de insufficientia dicit Regula. *Et si aliquo tempore appareret vniuersitati Ministrorum Prouincialium & Custodum prædictum Ministrum non esse sufficientem ad seruitium*, vtpote ratione infirmitatis seu alterius impotentiæ, propter quam non posset personaliter debitè visitare fratres, nec cōmodè suum officium exercere. Altera causa est, quando alijs necessarijs conditionibus quas Generalis Minister habere debet, ad suum officium debitè exercendum careret notabiliter. Debet enim in se, & in alijs fouere virtutes, vitia execrari & punire, afflictos consolari, cum sit vltimum tribulatis remedium. Non personarum acceptor, discretus in administranda iustitia, vt ex nimio rigore nullius anima occidatur, & ex nimia indulgentia ordinis disciplina, dissoluatur. Quando his cōditionibus notabiliter caruerit, communitati ad regimen insufficiens & nociuus erit iudicandus, hoc est quod dicitur. *Et si aliquando appareret &c. prædictum Ministrum non esse sufficientem ad seruitium & communem vtilitatem fratrum, teneantur prædicti fratres, quibus electio data est, in*

Minister qualis esse debeat.

est in nomine Domini alium sibi eligere in custodem Nomen Custodis extendit se hic ad Ministros Generalem & Prouinciales, Vnde hoc loco Minister Generalis, Custos appellatur, & inferius Ministri Prouinciales, Custodes nuncupantur. Sicut Prælatus insufficiens censendus est, qui est notorius suæ regulæ transgressor, vel iuris diuini, vel constitutionum, vel qui tãdem est notoriè criminosus & scandalosus. Quod etiam verum est, de quocunque Prælato, quia in ædificationem datur, ne mandet infirmando, quod fuit in Capitulo generali & cõstitutionibus generalibus ordinatum, & per Papam approbatum, ita & sufficientia includit discretionem, sanctitatem, puritatem, iustitiam, misericordiam, & alias necessarias conditiones ad tale officium Prælati exercendum, *Generalis Ministri* electio decernitur ex regula. Et quia de Ministrorum Prouincialiũ & Guardianorũ electione vel institutione nullam penitus Regula mentionem facit, inde est, quod totam inferiorum prælatorum institutionem, ipsi Generali Ministro & Capitulo Generali reliquit, ita, vt vel ab ipso Generali Ministro instituantur, vel ab eis, quibus à dicto

Ministro Generali vel Generali Capitulo ad id facultas facta fuerit.

Post Capitulum verò Penthecostes, Ministri & Custodes possint si voluerint singuli, & eis expedire videbitur, eodem anno in suis custodijs semel fratres suos ad Capitulum conuocare. Ideo fortè, vt Ordinationes & Statuta facta in Generali capitulo celeriter in ipsis Prouincialibus Capitulis publicentur, & de pura Regulæ obseruantia & bono Ordinis regimine inter se colloquantur. Hugo Cardinalis cap. 10. tertij libri Regum inquit. Sex sunt species obseruantiæ regularis, scilicet asperitas vestimenti, ariditas alimenti, protensio vigiliarum, taciturnitas silētij, labor manuum, castigatio disciplinæ. Virum claustralem esse Christi Thronum, cum vitam in obedientia, sine proprio & castitate ducat. De his in Capitulis tam Generalibus quam Prouincialibus agi debet, cum spiritus sanctus in die Pentecostes singulari virtute operari solet.

DE PRAEDICATORIBUS.

CAPVT IX.

FRatres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerit

fuerit contradictum. Et nullus fratrū populo penitus audeat prædicare, nisi à Ministro Generali huius fraternitatis fuerit examinatus & approbatus: & ab eo officium sibi prædicationis cōcessum. Moneo quoque, & exhortor eosdem fratres, vt in prædicatione quā faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia, ad vtilitatem & ædificationem populi, annunciando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam cū breuitate sermonis, quia verbum abbreuiatum fecit Dominus super terrā.

EXPLICATIO CAPITIS *Noni.*

IN *hoc nono capitulo* agitur de generali Ordinis regimine respectu exteriorum; & præscribitur hic modus qui circa prædicationis officium, qua populus est instruendus, seruari debet. Tria prædicaturis dicuntur. Primò, quod Ecclesiæ pacem seruent. Secundò, quod non prædicent nisi missi. Tertiò, vt prædicando ædificent. Pacem ergo primò cum Ecclesiæ Prælatis, quibus in adiutorium dantur, adeò seruari mandat, vt prædicari non possint, vbi ab Episcopis eis fue-

rit contradictum, Matth. 10. Luc. 9. Itaque vbi eis prohibitum fuerit, tum ad seruandam pacem cum Episcopis, tum ad euitandum apud populum præsumptionis scandalum, ex Regula eis prohibetur prædicare, dicit enim: *Fratres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum:* Vnde sequitur, quod licet vbique prædicare præsumpta licentia, dummodo non sit contradictum. Sed Regulares iuxta Concil. Trid. non possunt sine licentia Episcoporum, nec in diocæsi, nec in Ecclesijs suorum Ordinum, concionari, debent ergo se præsentare, & licentiam petere. Et sicut Episcopus ex sua ordinaria potestate & auctoritate in tota sua Diocæsi prædicare valet: ita quod per se solum non potest, per alios quibus hoc committitur, poterit adimplere, sic mortaliter peccaret Parochus, si fratrem canonicè missum, nolet ad prædicationem admittere. Rom. 13. *Qui potestati resistit Dei ordinationi resistit.* Attamen si Parochus humiliter requisitus nollet admittere, melius esset ad euitandum scandalum, à prædicatione desistere, & denuntiare Episcopo propter animarum periculum.

Secundum quod in hoc capite obligatoriè

toriè imponitur illud est. *Et nullus fratrũ populo penitus audeat prædicare, nisi à ministro Generali huius fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo officium sibi prædicationis concessum.* Quod ex Matth. & Luca 4. cap. desumptum est, vbi baptizatus Iesus post peractum ieiunium cæpit prædicare missus à patre, Rom. 10. *Quomodò prædicabunt nisi mittãtur?* Generalis Minister cui totum generale regimen Ordinis tam intra quam extra immediatè subiectum est, vices suas Ministris Prouincialibus & eorũ Vicarijs, & Commissarijs, in Capitulo Prouinciali cum consensu diffinitorũ committere potest modum examinãdi & approbandi, & ad officium prædicationis admittendi, & quod per alios eius autoritate fit, ipse facere conuincitur. *Populi nomen*, hic omnes extra ordinem nostrum cõstitutos complectitur: *penitus audeat prædicare*, intelligitur, quod neque in foro, neque in Ecclesia, neque in altari, populo sine præuia admissione prædicare debeat, instituendus examinari debet, videlicet de cuius sufficientia non constat. Facienda est autem examinatio non solum quo ad sufficientiam scientiæ: sed quo ad alias etiam circumstantias, scilicet æta-

Modus quo examinari debent prædicatores describitur.

ætatis, morum, prudentiæ, & aliarum conditionum expedientium ad assumendum prædicationis munus in ædificationem Ecclesiæ: ideo requiritur, quod sit examinatus & approbatus: illud quo ad doctrinam, hoc verò quo ad alias circumstantias Nullus debet institui Prædicator nisi habeat ætatem aptã sacerdotio, scilicet, nisi vigesimũ quintũ annum attigerit, & quod sit cõpetentis litteraturæ, & vita & moribus comprobatus, cuius doctrina & exemplo, populus meritò valeat ædificari.

Tertia pars. Tertium est quod hoc capite docetur, vt ædificatio ex prædicatione sequatur, ideo informat B. P. suos prædicatores, vt ad ædificationem populi quatuor obseruent; Primò, vt sint in verbis irreprehensibiles. *Moneo quoque,* inquit, *& exhortor eosdem fratres, vt in prædicatione quam faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia*: *Examinata*, id est non temerè nec inaduertenter prolata, sed prouida, discreta, diligenter circũspecta, & circumlibrata, nullus ex improuiso prædicare debet, nisi prius se disposuerit opportunè, & sufficienter studuerit. *Casta*, hoc est non impudica, nec lasciua, nec saporem impudicitiæ habentia, non scurrilitatem sonantia, non

non habentia aliquid impuritatis, aut erroris, aut heresis, non malè sonantia, non suspecta, nec noua aut extranea à doctrina Catholica. Secundò, vt eloquantur ad vtilitatem & ædificationē populi, qui finis erit Prædicatoris, vt populi vtilitatem & ædificationē quærat, hoc est, non gloriam humanam, aut quid terrenum intendat, sed tantū populi vtilitatem: non prædicet contra libertatem S. Ecclesiæ, non scandalum contra Clerum, vel religionem aliquam excitet, aut personam aliquā criminaliter nominet. Tertiò, *annunciando vitia & virtutes, pœnam & gloriam*, hæc erit causa materialis. His enim verbis sufficienter comprehenditur, quid sit homini vitādum, quid agendum, quid timendum, quid sperandum, quid desiderandum. Vitia prædicent fugienda & detestanda, virtutes enixè prosequēdas & confouendas, pœnam æternam timendam, gloriam firmiter sperandā, & efficaciter bonis operibus procurandam. Hæc populo christiano sunt necessaria, de his ergo potius quam de subtilitatibus scholasticis est instruendus. Quartò, *cum breuitate sermonis, quia verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram.* Hoc quartum & vltimum pro-

causa formali. Breuitatem specificat; & breuitas significat restrictionem omnium legalium ad vnum Christum, & charitatem quæ continet in se totã legem. Ad litteram tamen studendum est breuitati, quia prolixitas tædij mater est, & optima quæque efficit onerosa, & generando fastidium, auditores multoties retrahit ab auditu. Ex his videmus nostram Minoritanam Religionem ad prædicandum institutam esse, cum in eius Regula specialis mentio de prædicationis officio contineatur.

DE ADMONITIONE ET correctione Fratrum.

CAPVT X.

Fratres qui sunt Ministri, & serui aliorum fratrum, visitent & moneant fratres suos, & humiliter & charitatiuè corrigant eos: non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & Regulam nostrã. Fratres verò qui sunt subditi, recordentur quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Vnde firmiter

miter præcipio eis, vt obediant suis Ministris in omnibus quæ promiserunt Domino obseruare, & non sunt contraria animæ & Regulæ nostræ. Et vbicunque sunt fratres, qui scirent & cognoscerent, se non posse Regulam spiritualiter obseruare: ad suos Ministros debeant & poßint recurrere. Ministri verò charitatiuè & benignè eos recipiant: & tantam familiaritatem habeant circa ipsos, vt dicere poßint eis & facere, sicut Domini seruis suis, nam ita debet esse, quod Ministri sint serui omnium fratrum, Moneo verò & exhortor in Domino Iesu Christo, vt caueant fratres ab omni superbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura & sollicitudine huius seculi, detractione & murmuratione, Et nō curent nescientes literas, literas discere: sed attendant, quod super omnia desiderare debent, habere spiritum Domini, & sanctam eius operationē: orare semper ad eum puro corde, & habere humilitatem; patientiam in persecutione & infirmitate; & diligere eos qui nos persequūtur, repre-

hendunt & arguunt: quia dicit Dominus, diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam
Matt.5.44. *ipsorum est regnum cœlorum. Qui au-*
Matt.10.22. *tem perseuerauit vsque in finem hic saluus erit.*

EXPLICATIO CAPITIS Decimi.

IN hoc capite agit S. Pater de speciali intrinseco regimine, & diuiditur in tres partes, Prima, de spirituali & debita cura Prælatorum in subditos agit, dicens: *Fratres qui sunt Ministri & serui aliorum fratrum, &c.* Hic tres Prælatorum actus annotantur. Primus est, suos subditos socialiter visitare ad videndum eorum mores, ac illorum cōditiones, vt quid pro ipsorum spirituali seruitio sit agendum, agnoscant: Et si agnouerint subditum non agere decenter & debitè, prout ex professione tenetur, secundus præscribitur actus, qui est eum monere. Vbi enim crimen est secretum vel tale quod absque scandalo aliorum dissimulari potest: non debet Prælatus defectuosum subditum

ditum ſtatim delegere, vel pænitentia percutere: ſed paterno affectu benignè admonere, vt omiſſis quæ egerat, ad virtutes ſectandas velociter aſſurgat. Qui quidem monitionis actus, etiam pro regulariter viuentibus datur, vt ſic admoniti non tepeſcant: ſed in melius ſemper proficiant. At vbi monitionis non eſſet locus, quod nullus ex ea ſperaretur profectus, vel fortè abſque ſimplicium ſcandalo diſſimulari non poſſet, tertius proponitur actus, qui eſt defectus & exceſſus corrigere: Regulæ enim obſeruantiam diſciplina conſeruat. Et pereat neceſſe eſt Religio, vbi correctio deficit. Prælatus dum non corrigit vitia, Ordinem diſſolui patitur, & deſtruit. Hæc tamen correctio vt proſit, humiliter & charitatiuè eſt facienda. Etſi paſtor aliquando rigidè agere debeat, modum tamen humilitatis & compaſſionis affectum nec in ipſo rigore deſerere debet, ſi corrigendis cupit prodeſſe: & vſque adeò humilis debet eſſe correctio, vt ſaltem contumelia careat: adeò charitatiua, vt odio vel indignatione nil agat. Quare ſi zelus eſt adhibendus iuſtitiæ, humilitas & charitas contumeliam & indignationem penitus excludant. Ex iure natura-

turali & diuino tenentur pastores suos subditos visitare & corrigere: non autem ex vi Regulæ tantum, Ezech. 34. Et vbi Prælatorum cura est præcepta, sic tamen à B. Patre eadem limitatur: *Non præcipientes eis aliquid quod sit contra animã & Regulam nostram.* Ministrorum nomine hoc loco omnes Prælati Ordinis, inter quos & Guardiani, intelligũtur. Qui Prælati non possunt præcipere, quod sit contra animam & Regulã nostram: & si præceperint, subditi obedire non tenentur. *Contra animam*, non solum peccatum est mortale vel veniale: sed etiam quod homini est occasio vehemens siue incẽtiuum proximum ad peccatum; hoc præcipere discordaret à iure diuino iubente purè mala esse vbique detestanda. Psal. 36. *Declina à malo & fac bonum. Contra Regulam.* Non solum quod est contra præcepta Regulæ, verumetiam quod est contra statuta Ordinis, contra quæ nulla est Prælati dispensatio. Conduntur statuta ad obseruandam Regulæ puritatem, hoc non tantum intelligitur de votis essentialibus, obediẽtia, scilicet paupertate, & castitate, sed etiam de alijs quæ præceptoriè habentur in Regula, & ad opera supererogationis spectant. Vota enim

naturali & diuino iure reddi de-
Prælati in Religionibus institu-
propter obseruantiam Regulæ,
orum imperium & autoritas ad
æ obseruantiam tamquam ad fi-
ui principalem ordinatur; ergo
habent ius præcipiendi aliquid
a Deum, nec contra Regu-
, quoniam non in destructio-
iuris diuini aut Regulæ, aut a-
rum, sed in ædificationem dati

quam ordinauit Prælatos ad sub-
, statim subditos ad Prælatos re-
firmissimè eis præcipiens: *Fratres*
si sunt subditi, &c. Voluntatis ab-
ionem ad obediendum præmit-
uia propriæ voluntatis abdicatio
edientiæ fundamentum: Nam cũ
ia voluntas ea sit, quæ omnino
o imperio non ligatur, vel supe-
n Regulæ non adhæret: qui vo-
em propriam calcare non nouer
edientiæ virtutem adipisci non
t; *Vnde firmiter præcipio eis, &c.* Vt
n est, nullum peccatum mortale
niale ad imperium & preceptum
i agendum est, cum nullum vo-
bliget ad obediendum in malũ.
ter, quicquid contra præcepta
scus

ſeu conſilia Regulę eſt, vel contra Conſtitutiones Ordinis, vel induceret ad imperfectionem ſeu impuritatem Regulæ, quo extingueretur ſpiritus diuinus, à Prælato ſi præciperetur, agendũ non eſt; ſed tenetur obedire Prælatis in omnibus, ad quæ ſe explicitè in Regula aſtrinxit, & quæ ad eius obſeruantiã ſpectant, vel euitationem tranſgreſſionis eorũ, quæ implicitè in ea includũtur. Quia Religioſus non ſolum ſubditus eſt ſuo Prælato quo ad operationẽ & exercitium eorum quæ in Regula continentur: ſed etiam ad omnia illa quæ ad Regularem vitam rationabiliter ordinari aut reduci poſſunt, vt ſunt omnia pertinentia ad mutua obſequia fraternæ ſocietatis & communitatis, ſine quibus conſeruari non poſſet Ordinis regularis obſeruantia, vtpote inſeruire infirmis, facere coquum, colere hortos, facere ſacriſtam, & alia officia & negotia Ordinis; vel quæ ad culparum cognitionem pertinent, vt ieiunare, flagellari in caſu correctionis &c.

Cum S. P. de obedientia ſubditorum egiſſet, etiam de eorum recurſu ad Miniſtros agit, *Et vbicunque ſunt fratres, &c.* Duobus modis intelligitur, Regulam ſpiritualiter obſeruare, Vno, eam ſcili-

cet-

ebitè, purè, religiosè ſine trãſgreſ-
is peccato, aut manifeſtè peccandi
culo, vt par eſt, ſeruare. Alio modo,
n obſeruare ſecundum ſuam per-
im puritatem, ſuumque rigorem,
vlla diſpenſatione aliqualiter eam
è relaxante. Vbicunque ergo fra-
probabiliter cognoſcerent, quod
one loci, vbi commorantur, nota-
er impediuntur à debita, ſeu religi-
Regulæ obſeruantia: ita quod ſine
ato, vel ſine periculo valde pro-
quo ad peccatum, ibi commorari
poſſunt: tunc ex vi Regulæ tenen-
ad ſuos recurrere Miniſtros, pro
cienti remedio ad debitam Regu-
bſeruantiam. Vbi notanter tres re-
untur conditiones, vt hoc ſit obli-
rium ex Regula, Prima, quod fra-
notabiliter impediatur à religioſa
ulæ obſeruantia, adeò vt ſine pec-
, vel occaſione valde propinqua ad
atum ibi manere non poſſit, hoc
t non leuiter currat, ſed fortiter ſi
e velit, cautè viuere ſatagat, vt vi-
ſine peccato. Secunda eſt, quod ha-
probabilem certitudinem, & non
m ſuſpicionem tantum, quia per
ılam ſcire debent certitudinaliter,
ognoſcere per rectum iudiciũ. Ter-

tia,

tia, quod impedimenta prædicta ratione loci proueniant, vt puta, cum tali loco annexa est proprietas, vel cura animarum, pueros baptizandi, & alia parochialia faciendi; vel quia domino reclamante, vbi fratres morantur; si videlicet fratrum Monasterium reseruauit ad proprium suum Dominium, si autem translatum fuerit in dominium Ecclesiæ, vt plerumque fratrum habitacula transferri solent, tunc Fratres non debent cedere sine licentia & autoritate Summi Pontificis, vel quia propter necessariorum penuriã, oportet eos in quæstibus & congregationibus inhonestis, contra Regulæ puritatem, & vsum Ordinis generalem, excedere; vel propter inhonestam seu importabilem fratrum societatem, præsertim infirmorum, vel propter quid simile. Quod cum sit indeterminatũ, relinquitur iudicio Prælatorum.

Ex quibus colligitur non debere fratres superiorum suorum ordinationes suis fantasticis motibus & leui sua cholera infringere: sed possunt debita & competenti forma ad Ministros recurrere. Qui tamen, petentibus subditis, Regulã rigorosius quò ad exteriores, seu corporales obseruantias obseruare,

ıcedere non tenētur, vt puta, nu-
ibus ambulare, vnum tantum
m ſine alia tunica portare, veſti-
diſſimis indui, ieiunia Regulę in
: aqua implere. Hæc enim paſ-
ncedere non tenentur: niſi vbi
n corporale, ſeu ſpirituale, parti-
vel commune, ex talibus corpo-
; rigoribus timeretur detrimen-
Ex talibus enim rigoribus nota-
excedentibus, propter humanā
is, & animæ infirmitatem: ex-
tia ſæpius docuit, multa pericula
ralia, & ſpiritualia prouenire.
non debet Prælatus paſſim hæc
dere: niſi de quorum ſolida vir-
tque diu probata, & ſincera ani-
entione, firmaque conſtantia, &
propoſito: & pariter corporis
robuſtaque virtute, conſtiterit.
enim eſt, vt in obedientia, hu-
te, patientia, plenoque terreno-
mnium contemptu, & propriæ
tatis abdicatione, oratione, &
puritate, ſubditi exerceantur:
vt in his exterioribus ſingulares
eant. Nemo ergo ex ſua affectio-
ruptus ſibi ſomnia fingat, prout
rit, cum in propria cauſa ſemper
onſulendi alij Deum timentes,
& non

& non ſit proprium ſequendum iudicium, num licitus ſit huiuſmodi recurſus, dicitur ſimpliciter, quod Prędictus recurſus licitus eſt, vbi Frater Guardiano & Diſcretis conuentus neceſſitatem ſuam declarauit, & ipſi rationabilem eſſe petitionem iudicauerint. Quoniam iudicio Prælatorum eſt in his & in ſimilibus ſtandum, & poteſt etiam talis recurſus fieri per literas. *Miniſtri verò charitatiuè,* in corde *& benignè,* in vultu & ſermone, *eos recipiant: & tantam familiaritatem habeant circa ipſos, vt dicere poſſint eis & facere, ſicut domini ſeruis ſuis.* Non decet Prælatos faſtum oſtendere, vt Fratres neceſſitates ſuas oſtendere & aperire conſcientias poſſint. *Nam ita debet eſſe, quod Miniſtri ſint ſerui omnium fratrum.* Seruire tenetur Prælatus ad ſpiritualem Regulæ obſeruantiam, vt in ſua ſinceritate & puritate ſecundum intentionem Beati P. F. ſine vlla relaxatione ſeruetur.

Poſtquam S. F. Superiorum in ſubditos, & ſubditorum in ſuos Prælatos in ijs quæ ad regimen, obedientiam, & regulæ obſeruantiam ſpectant, datis præceptis ordinauit, & direxit: generalem nunc omnibus Superioribus & Subditis monitionem proponit,

quæ est, Tertiá pars capitis, agẽs
erali admonitione & studio li-
n, his verbis. *Moneo verò & exhor-*
mino Iesu Christo, vt cauẽãt fratres
superbia, hoc est ab omni specie
æ, hypocrisi, scilicet elatione,
one, conuitio, contemptu, arro-
irreuerentia, insolentia, ingra-
e. Ab omni superbia, nempe
conuersationis, sermonis & o-
ne humilitas promissa depereat:
oria, ne peream bonum quod
perdant. Quacunque hora Do-
Deus aufert suum thesaurum
nobis accommodauit, quid ali-
anet nisi corpus & anima, quæ
infideles habent? Soli Deo est
& gloria reddenda, nobis solũ-
verecundia & tribulatio, dum
s in miserijs huius seculi & mũ-
it aliquando D. Dominicus Do-
Iostiensi: Sublimati sunt fratres
hoc agnoscere volunt, pro posse
nquam permittam, vt aliud as-
tur speculum dignitatis. Et D.
cus, Domine, Minores ideo vo-
it Fratres mei, vt maiores fieri
æsumant; & docet eorum voca-
s in plano subsistere, & humili-
hristi vestigia imitari, per hoc
tandem

tandem in respectione Sanctorum plus alijs exaltabuntur. *Inuidia*, ne mutui boni desit dilectio; *Auaritia*, quæ in rerum terrenarum non habitarum consistit, cupiditate, & in tenacitate rerum obtentarum, ne tantæ promissæ derogent paupertati: *Cura & sollicitudine huius seculi*, hoc est secularium rerum, ne à propria, & cæterorum procuranda salute & profectu virtutum impediantur: *Detractione & murmuratione*, ne charitas erga proximum periclitetur. S. Franciscus detractionis vitium inimicũ fonti pietatis & gratiæ, tanquam serpentinum abhorrebat morsum, & atrocissimam pestem: & pijssimo Deo abominabile fore affirmabat; pro eo quod detractor animarũ sanguine pascitur, quos gladio linguæ necat. Audiens semel, fratrem quendam denigrare famã alterius: conuersus ad Vicarium suum dixit: Surge, surge, discute diligenter: & si accusatum fratrem innocentem reperis, accusantem dura correxione cũctis redde notabilem. Nonnunquam verò eum qui fratrem suũ gloria spoliaret, iudicabat habitu spoliandum: nec ad Dominum oculos posse leuare, nisi prius quod abstulerat, reddere pro posse curaret. Tanto maior est (aiebat

vis

vir sanctus) detractorum impietas, quã latronum: quanto lex Christi, quæ in obseruantia pietatis impletur, magis animarum quam corporum nos astringit optare salutẽ. A literarum cura indoctos suos Fratres. B. P. coercet, dicens: *Et non curent nescientes literas, &c.* Ac si dicat, non literarum studium super omnia sectandum est, sed studium super omnia erit, ad habendum spiritũ Domini & deuotionis: cui & ipsum studium literarum & cætera omnia inseruire debent. Virtutes scientijs præponi debent, quia nulla potior sciencia, quam practica virtutum: meritò ergo super omnia spiritus Domini & ius sancta operatio est desideranda, uia absque diuinæ illuminationis rao & igniculo, nemo perfectè potest edullam sanctarum scripturarum peetrare; propterea S. P. à suis Fratribus iandam participationem Spiritus hristi desiderari vult, vt, quo ad fieri test, conformes eius vitæ reddantur. ideo Christi exemplo probat quaor actus esse summos, summoque ad s conatu esse contendendum, quos sequendo subnectit dicens, *Orare per ad eũ*, Quod est, semper vel quoie Horas Canonicas dicere, sem-

Virtutes scientijs præponendæ.

per benè operari, & spiritum deuotionis gemitibus, suspirijsque excitare & conseruare. Quærentibus aliquando fratribus, vtrum sibi placeret, quod litterati iam recepti ad ordinem intenderent studio sacræ Scripturæ, respondit: Mihi quidem placet: dum tamē exemplo Christi, qui magis orasse legitur quàm legisse, orationis studium non omittant, nec tantum studeant, vt sciant qualiter debeant loqui: sed vt audita faciant, & cum fecerint alijs facienda proponant. Volo, inquit, fratres meos discipulos Euangelicos esse: sicque in notitia veritatis proficere, quod in simplicitatis puritate cōcrescant, vt simplicitatem columbinam à prudentia serpentina non separent, quæ Magister eximius ore suo benedicto coniunxit, Matth. 10. Et voluit S. P. vt Fratres studerent fundari super sanctam humilitatem, & imitari puram simplicitatem: sanctam orationem, & dominam Paupertatem, quæ est sola secura via ad salutem propriam, & aliorum ædificationem, hanc Christus verbo & exemplo ostendit. *Puro corde*, vt sereno mentis oculo & puro orent corde, ac si in cælis essent, videntes faciem Dei sui. Post jugem & puram orationem, ad

humili-

humilitatem, patientiam, & charitatem hortatur. *Et habere humilitatem* Humilitas post orationem, immediatè subnectitur, quia ipsa Deo & hominibus maximè grata esse assolet, & est patientiæ fundamentum. *Patientiam in persecutione*, quæ est aduersitas ad extra, *& in infirmitate*, quę est aduersitas ad intra. D. Franciscus ait: Amici nostri sunt omnes illi, qui iniustè inferunt nobis tribulationes, angustias, verecũdias, iniurias, dolores & tormenta, martyrium & mortem, quos multum diligere debemus: quia ex hoc quod nobis inferunt, habebimus vitam æternam. Tunc enim Fratres Minores verè probantur, cum patientiam ad eos, qui nobis benefacientibus, damna, probra & calumnias inferunt, placido corde seruauerint, nihilque mali pro malis, facto, verbo, rãcore, vel signo, responderint, sed magis orationes & gratiarũ repẽderint actiones: & insuper si in infirmitatibus eandem patientiam seruauerint. Quæ tunc verè seruatur quãdo Frater infirmus, pacis obsequijs, paucisque remedijs contentatur, iuxta exigentiam paupertatis. D. Ieronimus ad Eustochium, Sunt nonnulli viles, & abiecti in sęculo, qui quotidianis labo-

ribus ſe vltra vires affligentes, pro victu captando viliſſimè, & vix fabis & rapis cum pane hordeaceo ſaturantur; cum Chriſti verò menſam accedunt, & Chriſti militiam ſuſcipiunt, ſuę egeſtatis obliti, lautiora quærunt quam milites, qui ſunt aſſueti magnificis, hæc autem omnia in Chriſti, & apoſtolica vita, locum non habeant. Hæc ille.

QVOD FRATRES NON ingrediantur Monaſteria Monacharum.

CAPVT XI.

PRæcipio firmiter fratribus vniuerſis, ne habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierum: & ne ingrediantur Monaſteria Monacharum, præter illos quibus à ſede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis. Nec fiant compatres virorum vel mulierum; ne hac occaſione inter fratres, vel de fratribus ſcandalum oriatur.

EXPLICATIO CAPITIS Vndecimi.

HOc capite D. F. pro ſanctæ Caſtitatis pura obſeruantia, & famæ ſince-

ſinceritate, tria nobis interdicit, ſuſpecta ſcilicet mulierum conſortia, ingreſſum ad Moniales, & compaternitates: vult enim P. S. noſtram eſſe conuerſationem puriſſimam, tutiſſimam, & clariſſimam, & ideo hæc tria inhibet, per quæ ſolet infici puritas, periclitari ſecuritas, & obſcurari claritas, dicit enim: *Præcipio firmiter, &c.* Suſpectum conſortium eſt, non ſolum mulieris ſuſpectæ, imò omnium mulierum, vbi locus, & tempus, geſtus & aſpectus, & alia notabilia indicia ſuſpicionem laudabiliter non excludunt. Scilicet, ſi pro colloquijs habendis locus quęratur ſolitarius aut obſurus, tempus nocturnũ, aut alias importunũ, puta quando Fratres omnes ſunt in choro, vel in refectorio, ſi geſtus ſit diſſolutus, puta nimia appropinquatio ad mulierem, vel nimia affixio oculorum ad faciẽ eius, vel manuum contactus. Item ſi talia conſortia vel colloquia fiant excluſo aliorum auditu, licet non viſu, & ſunt cum eadem perſona prolongata, aut frequentata, abſque vlla manifeſta, pia, ſeu rationabili cauſa. His enim cõcurrentibus, vel in toto, vel in parte, ſuſpecta ipſa conſortia vel colloquia cõmuniter redduntur. Et in his maximè

Conſortium ſuſpectum quod ſit, & quare probibeatur.

ætas, & conditio personarum attendẽda est. Suspecta consortia, non solum per mutuam præsentiam, sed etiam in absentia multipliciter per literas, per dona, per nuncios & cætera huiusmodi sæpe contrahi solent. Quod si alicui fratri dissuadetur, & eô magis, si prohibetur per Prælatos colloquium alicuius mulieris, vel familiaritas alterius personæ cum qua suspicio possit oriri: & hoc ideo quod timetur de impudicitia aliqua, si reiteret, iam de facto se suspectum reddit. Ex ijs patet, quoties à multis mortaliter peccetur, in familiaritatibus & visitationibus frequentibus mulierum seu iuuenum, licet malo animo non fiant, propter scãdalum & suspicionem sinistram, quam alij & maximè sæculares concipere possunt.

Ingressus ad monialium monasteria prohibitus, & quare.

Ingressus item ad Monialium Monasteria prohibetur., *Et ne ingrediantur Monasteria Monacharum, &c.* Tum quia sub specie amoris spiritualis, occultius, facilius, & periculosius carnalis incentiuum amoris & familiaritatis insurgit: Tũ quia horribilior hinc infamia, & scandalum oriri potest: Tum etiam quia ad sacratas Christi sponsas, purior, timoratior, & reuerentior quam ad alias accessus esse debet, & intelligitur

ille ingreſſus quando quis ad clauſtra, domos, & officinas interiores ingreditur: Ad cratem enim loquutorium, & Eccleſiam poſſunt Fratres cauſa prędicationis, vel eleemoſynæ petendæ accedere, quibus id à ſuperioribus ſuis pro ſua maturitate vel idoneitate eſt conceſſum. Hæc dicuntur de quarumlibet Cænobijs Monialium, omnes autem mulieres communiter viuentes & regularem obſeruantiam profitentes, Monachæ, & earum domus Monaſteria dici poſſunt. Ideo ab horum Monaſteriorum ingreſſu generalis Regulæ prohibitio arcet. Ad loca interiora domorum, vbi mulieres honeſtę collegialiter abſque vlla tamen canonica profeſſione conuiuunt; non videtur ex hoc Regulæ præcepto, nec ex Pontificum declarationibus ſeu prohibitionibus interdictus ingreſſus, quia huiuſmodi mulieres, verè Monachæ non ſunt: cum ſub nulla regulari canonica profeſſione viuant. Sicut verę Moniales &, etiam tertij Ordinis ſorores viuunt, quæ ſub ſimilitudine monaſterij Regularis in congregatione conuiuunt, ſub canonica tertij Ordinis profeſſione: Ratione tamen periculi, vel ſcandali tenemur ab earum ingreſſu,

& familiaritatibus frequentibus seu suspectis cauere: sicut à suspectis consortijs aliarũ quarumcunq; personarũ.

Compaternitas fratribus interdicta.

Nec fiant compatres virorum vel mulierum, &c. Compaternitatem demum sub eodem præcepti vinculo virorum mulierumque interdicit. Et ideo ne hac cõpaternitatis occasione, aliquod zelothipiæ scãdalum inter fratres, vel de eorum pudicitia, aliqua infamia seu sinistra suspicio oriatur. Compaternitas autem in duobus contrahitur sacramentis; in Baptismo scilicet & Confirmatione. Monachis itaque ex Regula interdicitur ne filium de Baptismo accipere, neque baptizare possint, supple extra necessitatis casum, quia fratres, non ad baptizandum, sed ad Euangelizandum sunt vocati, Vbi autem nulla adesset persona, quæ posset & vellet hoc facere, tunc charitatis præcepto, quo proximum diligere tenemur, maximè in re spirituali & necessaria, possunt, Quare à suspectis mulierum consortijs, & à quarumuis Monialium Monasteriorum ingressu, & à compaternitate quocunque modo contrahẽda fratres abstinere tenentur, vt sic tanto perfectius vitia declinentur, quanto arctius eorum occasiones deuitantur.

D. E.

DE EVNTIBVS INTER Saracenos, & alios infideles.

CAPVT XII.

QVicunque fratrum diuina inspiratione voluerint ire inter Saracenos, & alios infideles: petant inde licentiam à suis Ministris Prouincialibus. Ministri verò nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis, quos viderint esse idoneos ad mittendum. Ad hæc per obedientiam iniungo Ministris, vt petant à Domino Papa vnum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit Gubernator, Protector & Corrector istius fraternitatis: vt semper subditi & subiecti pedibus eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, stabiles in fide Catholica, paupertatem & humilitatem, & sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis

Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani, Tertio Calendas Decēb. Pontificatus nostri anno Octa.

EXPLICIT REGVLA FRAtrum Minorum.

EXPLICATIO CAPITIS Duodecimi.

VTI de speciali regimine intrinseco in decimo capitulo, & de eodem quo ad extrinseca in vndecimo dictum est, de finali nunc Pater sanctus regimine quod ad nostræ Religionis supererogatoriam cōsumatamque perfectionem; & eius stabilem firmitatem ordinatur, in hoc duodecimo & vltimo capite agit. Est autem illud, quo superabundans, & supererogatiuus fructus intenditur: quo abundantiùs, & supererogatoriè noster Ordo; præ cæteris Ecclesiæ Dei ordinibus, ordinatur. Vt scilicet non solum fideles; verbo, & exemplo trahat ad fidem, & obsequium Christi, sed etiam infideles. Ac, per hoc peregrinationi, & martyrio: libenter pro Christi gloria, & animarum salute se exponat. Verum quia ad hoc singularis exigitur motor,

motor, ad feruens desiderium accendens: approbata personæ euntis, idoneitas; & cōdigna mittentis autoritas: ideo tria hæc per ordinem tangit, & primo de motore dicit. *Quicunque fratrum, &c.* Diuinus spiritus oportet vt sit motor: Non enim ex animi leuitate, aut impetuositate, aut astutia fugiendæ disciplinæ vel noua desiderio vidēdi regna, ad infidelium regiones est transeundum, sed sancto acquirendarum animarum zelo, ardentique desiderio pro Christi gloria sanguinem effundendi. Quæ quidem cum non nisi à Dei spiritu subministrari vtiliter possint: Ideo à diuina inspiratione inspirati, & non aliter ad prædicta aspirare debemus. Et hoc feruens desiderium Superioribus est propalandum, propterea subnectit Pater S. *Petant inde licentiam à suis Ministris Prouincialibus.* Maiorum enim consilio, & consensu, tantū est negotium assumendum.

Ministri verò nullis eundi, &c. Ministri instituūtur, vt idoneis ad tam arduum obeundum opus faciant facultatem, quoniam non omnes passim ad conuersionem infidelium, vel Martyrium anhelantes, mittendi sunt: nisi tanti executores officij, & ad docendum in-

dustrij, & ad sustinendum agnoscantur constantes; ne vnde spirituale commodum quæritur, inde salutis dispendium subsequatur. Nisi ergo sint idonei quo ad perfectionem vitæ: quo ad veritatem doctrinæ; quo ad maturitatem conuersationis honestæ; quo ad rectitudinem & zelum iustitiæ; quo ad industriam experientiæ; quo ad soliditatem patientiæ, & perseuerantiæ, non mittantur. Oportet enim vt interius sint spiritu feruentes; in fide stabiles; in spe magnanimi, & fortes; charitate, ardentes; prudentia, circumspecti; iustitia, recti; constantia, firmi; temperantia, modesti; humiles, in reputatione; patientes, in tribulatione; benigni, in conuersatione; alieni, ab omni humana, & mundana ambitione; & totaliter inflammati in Dei ac proximi dilectione: vt principaliter ad diuinæ potestatis, veritatis, & bonitatis gloriam propalandam, & infidelium salutem procurandam, ad sustinendum martyriũ, disponantur. Vt annotauit B. Ioan. Capistran. in cap. 12. constitut. Sint ergo diligenti examine præcedente, probati in Regulari disciplina; qui licentiantur. Si suæ Regulæ diligentes obseruatores extiterint, si voto obedientiæ,

pau-

paupertatis & castitatis; in diuinis laudibus & spiritualibus exercitijs, feruētes: quasi mortui mundo, & Deo viuētes, laudabiliter longa perseuerantia floruerint. Qui tales reperti fuerint, & exterius sani sint corpore ad labores subeundos: idonei censeri vtique poterunt, vt ad tantum à suis Ministris opus, licentiam obtineant. Qui verò tales non fuerint, minimè mitti debent. Melius enim est in paruis proficere, quam in magnis deficere. Nec desiderio martyrij, præcipitanter agendum est, sed prudenter. Mortem enim pro Christo appetere debemus, & fugere, ordinatè: vbi & quando expediens fuerit, ad Dei gloriam & animarum salutem. *Ministris obligatorium est*, iure diuino ne ineptos & inhabiles mittant, neue habiles & idoneos, absque rationabili causa, retrahant vel impediant. Tenentur enim ex officio suo, subditorum suorum saluti prouidere: eorūdemque salutis occurrere periculo. Et insuper irrisioni & contemptui nostrę fidei, & honoris obuiare diuini. Ideo inhabiles ad tam arduum opus in quo eorum probabiliter periclitatur salus & fides nostra, diuinusquè honor infideliū irrisioni, & ludibrio exponitur:

licentiare prohibentur. Idoneis autem & habilibus sine rationabili causa, licentiam denegare non possunt. Quoniam & consilijs Christi implendis, & à profectu fidei, & conuersione infidelium ad fidem: nemo quemquam idoneum, licitè retrahere potest absque rationabili causa: Non enim habent Prælati potestatem in destructionem, sed in ædificationem.

Ad hæc per obedientiam iniungo Ministris, &c. Pro stabili sui Ordinis firmitate, vult P. S. quod teneantur Ministri sub districti præcepti vinculo, vnum à Domino Papa S. R. Ecclesiæ petere Cardinalem. In quorum defectu, alij Ordinis fratres, id facere tenentur: sicut in alijs obligationibus generalibus, alij aliorum defectus supplere tenentur. Et hic Cardinalis sit istius Fraternitatis gubernator, protector & corrector. Gubernator, quo ad spiritualia, & etiā temporalia, nostris vsibus debitè autoritate Papæ ministranda. Protector cōtra aduersariorum incursus, & corrector, in aliquo notabili Ordinis defectu. *Vt semper subditi, &c.* Tria hic dicit. Primum est, plena totius Ordinis subiectio ad Romanam Ecclesiam: quod est contra scissuras scismatum, ergo

semper

semper subditi & subiecti pedibus S.R.E. Secundū est, Stabilitas Ordinis in fide Catholica: *Stabiles in Fide Catholica*, quod est contra errores hæresum. Tertium est, pura, & plena nostræ Regularis, & Euangelicæ professionis obseruantia: *paupertatem, & humilitatem, & sanctum Euangelium obseruemus*. Paupertatem, & humilitatem quas maximè dilexit, singulariter, specificat, tamquam fundamentum, & basis totius obseruantiæ Regularis: reliqua verò omnia ad perfectionem vitæ spectantia, sub nomine comprehendit *Euangelij*: Sicut & in principio Regulæ fecit inquiens, *Regula, & vita fratrum, &c.*

Et his sit finis expositionis nostræ Regulæ & primæ partis huius nostri Manualis. D. Frãciscus in suæ Religionis Regula circulariter se reflectit circa Christum & Euangelium eius, tamquã circa intimum suum centrum. Et in puncto tantummodo tangens terrenarum planitiem rerum, in puncto scilicet, simplicis vsus facti: ad obedientiã Apostolicam & sacrum Euangelium finaliter redit, ex quibus suum sumpsit exordium.

Occurrunt ad quodlibet caput huius primæ partis quædã dubia per quorũ eluci-

elucidationem, ambiens D. Francisci imitationem & vitam, plures fructus capiet, quæ in sequenti parte exponentur; Verum nunc Testamentum primò legendum non abs re esse censeo.

TESTAMENTVM B. P. N. Francisci.

DOminus dedit mihi fratri Francisco ita incipere facere pœnitentiam: quia cum essem in peccatis meis, nimis mihi videbatur amarum videre leprosos; & ipse Dominus conduxit me inter illos, & feci misericordiam cum illis; & recedente me ab ipsis, id quod mihi videbatur amarum, cõuersum mihi fuit in dulcedinem animæ & corporis. Et postea parum steti, & exiui de sæculo. Et Dominus dedit mihi talem fidem in Ecclesijs, vt ita simpliciter adorarem & dicerem: Adoramus te sanctissime Domine Iesu Christe, hic, & ad omnes Ecclesias tuas quæ sunt in toto mundo, & benedicimus tibi: quia per sanctam crucem tuam redemisti mundũ. Et posteà dedit mihi Dominus tantam fidem in sacerdotibus, qui viuunt secundùm formam sanctæ Romanæ Ecclesiæ, propter Ordinem ipsorum: quòd, si facerent mihi persecutionem, volo recurrere ad ipsos. Et si haberem tantam sapientiam quantam Salomon habuit, & inueni-

Oratio ad Ecclesias.

Honorandi sacerdotes.

uenire pauperculos sacerdotes huius sæculi in parochijs, in quibus morantur: nolo prædicare contra ipsorum voluntatem. Et ipsos, & omnes alios volo timere, amare, & honorare, sicut meos dominos. Et nolo in ipsis considerare peccatum: quia filium Dei discerno in ipsis, & domini mei sunt. Et hæc propter hoc facio: quia nihil corporaliter video in hoc sæculo de ipso altissimo Filio Dei, nisi sanctissimum corpus, & sanctissimum sanguinem eius, quod ipsi recipiunt, & ipsi soli alijs administrant. Et hæc sanctissima mysteria super omnia volo honorare & venerari, & in locis pretiosis collocari. Et sanctissima nomina eius, & verba scripta vbicunque inuenero in locis illicitis volo colligere: & rogo quod colligantur, & in locis honestis collocentur. Et omnes Theologos, & qui ministrant nobis verba diuina, debemus venerari, sicut qui ministrant nobis spiritum & vitam. Et postquam Dominus dedit mihi de fratribus, nemo ostendebat mihi quid deberem facere: sed ipse altissimus reuelauit mihi, quod ego deberem viuere secundum formam sancti Euangelij. Et ego paucis & simplicibus verbis feci scribi: & Dominus Papa confirmauit mihi. Et illi qui veniebant ad recipiendum vitam istam, omnia quæ habere poterant, dabant pauperibus: & eramus contenti vna tunica intus & foris repetiata, cum cingulo, & braccis, & nolebamus plus habere. Officium diceba-

Quia Ministri corporis Christi.

Theologi venerandi.

Recipiendi omnia dabant pauperibus.

dicebamus, Clerici secundum alios Clericos: laici dicebant Pater noster: Et satis libenter manebamus in Eccl. sijs pauperculis & derelictis. Et eramus idiotæ, & subditi omnibus.

Laborandum fratribus.

Et ego manibus meis laboraui, & volo laborare: & omnes fratres volo quod laborent, de laboritio quod pertinet ad honestatem. Et qui nesciunt, discant: non propter cupiditatem recipiẽdi pretium laboris, sed propter exemplum, & ad expellendam otiositatem. Et quando non daretur nobis, pretium laboris recurrebamus ad mensam Domini, petendo eleemosynam ostiatim.

Salutatio. S. F.

Salutationem mihi Dominus reuelauit, vt dicerem, Dominus det tibi pacem. Caueant sibi fratres, vt Ecclesias, habitacula, & omnia alia quæ pro ipsis construuntur, penitus non recipiant: nisi essent, sicut decet sanctam paupertatem, quam in Regula promisimus, semper ibi hospitantes sicut aduenæ & peregrini.

Literæ non petendæ.

Præcipio firmiter fratribus vniuersis per obedientiam, quod vbicumque sint, non audeant petere aliquam literam in Curia Romana; neq; pro Ecclesia; neq; pro aliquo loco; neq; sub specie prædicationis; neq; pro persecutione corporum suorum: sed vbicumq; non fuerint recepti, fugiant ad aliam terram ad faciendam pœnitentiam cum benedictione Dei. Et firmiter volo obedire Ministro Generali huius fraternitatis, & illi Guardiano, quem sibi-

sibi placuerit mihi dare. Et ita volo esse captus in manibus suis, vt non possim ire vel facere vltra obedientiam & voluntatem suam, quia Dominus meus est. Et quamuis sim simplex & infirmus, tamen semper volo habere clericũ qui mihi faciat officium, sicut in Regula continetur. Et omnes alij fratres teneantur ita obedire Guardianis suis, & facere officium secundum Regulam. Et quicunq; inuenti essent, quod non facerent officiũ secundum Regulã; aut vellent alio modo variare; aut non essent Catholici: omnes fratres vbicunque sunt, per obedientiam teneantur, quod vbicunque inuenerint aliquem ipsorum, proximiori Custodi loci illius, vbi illum inuenerint, repræsentare debeant. Et ipse firmiter teneatur per obedientiam ipsum custodire, sicut hominem in vinculis die noctuque: ita quod non possit eripi de manibus suis, donec in propria persona ipsum repræsentet in manibus sui Ministri. Et Minister firmiter teneatur per obedientiã mittere ipsum per tales fratres, qui die noctuq; custodiant ipsum sicut hominem in vinculis, donec repræsentet ipsum coram Domino Hostiensi, qui est Dominus, Protector, & Corrector huius fraternitatis. Et non dicant fratres, Hæc est alia regula: quia hæc est recordatio, admonitio, exhortatio, & meum Testamentũ, quod ego frater Franciscus paruulus vester

Hæretici fratres capiendi.

faciou

facio vobis fratribus meis benedictis: propter hoc vt Regulam quam Domino promisimus, melius Catholicè obseruemus. Et generalis Minister, & omnes alij Ministri & Custodes teneantur in istis verbis non addere, vel demere. Et semper hoc scriptum habeant secum iuxta Regulam: & in omnibus Capitulis quādo legunt Regulam, legant & ista verba. Et omnibus fratribus meis Clericis & Laicis præcipio per obedientiam, vt non mittant glossas in Regula, neq; in istis verbis, dicendo, Ita voluit intelligi: sed sicut Dominus dedit mihi simpliciter, & purè dicere, & scribere sine glossis intelligatis; & cum sancta operatione obseruetis vsque in finem. Et quicunq; hæc obseruauerit, in cælo repleatur benedictione altissimi Patris; & in terra repleatur benedictione dilecti filij sui, cum sanctissimo spiritu paracleto, & omnibus virtutibus cœlorum, & omnibus sanctis. Et ego frater Franciscus paruulus vester & seruus, quantumcumque possum, confirmo vobis intus & foris istam sanctissimam benedictionem in æternum. Amen.

Explicit Testamentum beatissimi Patris nostri Francisci.

AN AD TESTAMENTVM B. P. N. Francifci fratres obligentur,

NICOLAVS PAPA. III.

CAEterum fanctæ memoriæ Cõfeffor Chrifti Francifcus, fratribus mandaffe dicitur circa vltimum vitæ fuæ: Cuius mandatum dicitur ipfius Teftamentum, quod verba ipfius Regulæ non gloffentur (& vt verbis vtamur eiusdem) quod fic vel fic intelligi debeant, non dicatur, adijciens quod fratres nullo modo literas aliquas ab Apoftolica fede petant: & alia quędam interferens, quæ non poffent fine multa difficultate feruari. Propter quod fratres hæfitantes an teneantur ad obferuantiam Teftamenti prædicti, dubitationem huiufmodi per eundem prædeceſſorem noftrum Gregorium Nonum petierunt de ipforum concientijs amoueri, qui (ficut afferitur) attendens periculum animarum, & difficultates quas propter hoc poffent incurrere, dubietatem de eorum cõfcientijs amouendo, dixit fratres ipfos ad ipfius mandati obferuantiam non teneri: quod fine confenfu fratrũ,

& maximè Miniſtrorum; quos vniuerſos tangebat, obligare nequiuit: nec ſucceſſorem ſuum quomodolibet obligauit: cum non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præſentem articulum nihil duximus innouãdum.

EIVSDEM PIAE MEMORIæ Nicol. III. Fulmina, in insultantes contra Reg. & vit. Fratr. Minorum.

CVM igitur ex prædictis, & alijs per nos cum multa maturitate diſcuſſis, Regula ipſa licita, ſancta, perfecta, & obſeruabilis, nec vlli patens diſcrimini euidenter appareat: illã & omnia ſupra ſcripta per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata etiam & ſuppleta, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus exiſtere perpetuæ firmitatis: in virtute obedientiæ diſtrictè præcipientes, quod hæc conſtitutio, ſicut cæteræ conſtitutiones, vel decretales epiſtolæ, legatur in ſcholis.

Et quia ſub colore liciti nonnulli contra fratres ipſos & Regulam, in legendo,

gendo, exponendo, atque glossando, possent virus suæ iniquitatis effundere, ac ipsius constitutionis intellectum ipsum in diuersas & aduersas sententias producentes, suis adinuentionibus deprauare: & opinionum diuersitas, ac distorsio intellectus multorum pios animos posset inuoluere, & à Religionis ingressu, multorum corda subtrahere: talium detrahentium vitanda peruersitas, cogit nos viam ipsis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc constitutionem legentibus præfinire. Itaque sub pœna excommunicationis, & priuationis officij ac beneficij, districtè præcipimus, vt præsens constitutio, cum ipsam legi contigerit, sicut prolata est, sic fideliter exponatur ad literam: concordantiæ, contrarietates, seu diuersæ vel aduersæ opiniones à lectoribus seu expositoribus nullatenus inducantur: Super ipsa Constitutione glossæ non fiant, nisi forsan per quas verbum vel verbi sensus, seu constructio, vel ipsa constitutio quasi grammaticaliter ad literam vel intelligibilius exponetur. Nec intellectus ipsius per legentem deprauetur in aliquo, seu distorqueatur ad aliud, quam litera ipsa sonat.

Et ne ſedem prędictam contra detractores huiuſmodi oporteat vlterius laborare: vniuerſis & ſingulis, cuiuſcũque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, diſtrictè præcipimus, ne contra prædictam Regulam, & ſtatum fratrũ prædictorum, ſeu contra præmiſſa per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata, ſuppleta, approbata, & etiam confirmata dogmatizẽt, ſcribant, determinent, ſeu prauè loquantur, publicè vel occultè; ſed ſi quid penes aliquem in his ambiguitatis emerſerit, ad culmen prædictæ ſedis Apoſtolicæ deducatur, vt ex auctoritate Apoſtolica, ſua in hoc manifeſtetur intentio: cui ſoli conceſſum eſt, in his ſtatuta condere & condita declarare.

Gloſſantes verò in ſcriptis conſtitutionem ipſam aliter, quam eo modo quem diximus Doctores inſuper & Lectores dum docent in publico, ex certa ſcientia, & deliberatè intellectum conſtitutionis huiuſmodi deprauantes: facientes quoque commentum, ſcripturas, ſeu libellos, ac ex certa ſcientia & deliberatè determinantes in ſcholis, ſeu prædicantes contra prædicta, vel aliqua, ſeu aliquid prædictorum (non obſtantibus aliquibus priuilegijs vel indul-

indulgentijs, aut literis apostolicis, quibuscunque dignitatibus, personis, ordinibus, aut locis, religiosis vel secularibus, generaliter vel singulariter, sub quacunque forma vel expressione verborum, concessis, quæ nolumus aliquibus in præmissis quomodolibet suffragari) Excommunicationis sententiæ, quam nunc in ipsos proferimus se nouerint subiacere: à qua per neminem nisi per Romanum Pōtificem possint absolui. Insuper tam istos contra quos per nos excommunicationis prolata est sententia, quã alios (si qui fuerint) contra præmissa vel eorum aliquid venientes ad Sedis memoratæ volumus deduci notitiam: vt quos prouisus modus æquitatis non arcet à vetitis, compescat rigor Apostolicæ vltionis. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, ordinationis, concessionis, & dispositionis, suppletionis, approbationis, confirmationis, & constitutionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Suriani 18. Cal. Sept. Pontifi. nostri anno 2.

VERBA B. P. N. FRANCISci exhortatoria ad Fratres.

O Dilectissimi frates, & in æternū benedicti filij, audite me, audite vocem patris vestri.

Magna promisimus:
Maiora promissa sunt nobis.
Seruemus hæc:
Suspiremus ad illa,
Voluptas breuis:
Pœna perpetua,
Modica passio:
Gloria infinita.
Multorum vocatio,
Paucorum electio,
Omnium retributio.

EX SCRIPTVRA VITA FRAtrum Minorum probatur,

D. Paulus, Rom. 8. *Quicunque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba Pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij & hæredes, hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & glorificemur.*

mus. Existimo enim, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Idem, 1. Thi. 6. *Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus.* Habentes *autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nā qui volunt diuites fieri incidunt in tentationē & in laqueum* Diaboli, *& desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.*

Idem. 2. Cor. 1. Nā *gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate & synceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus.*

Idem. 2. Cor. 4. *Quoniam* Deus *qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis* Dei, *in facie Iesu Christi.*

Et infra. *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt.*

D. Iacobus. Cap. 1. *Qui autem perspexerit in lege pefectæ libertatis & permanserit in*

VERBA B. P. N. FRANCISci exhortatoria ad Fratres.

O Dilectissimi frates, & in æternũ benedicti filij, audite me, audite vocem patris vestri.

Magna promisimus:
Maiora promissa sunt nobis.
Seruemus hæc:
Suspiremus ad illa,
Voluptas breuis:
Pœna perpetua,
Modica passio:
Gloria infinita.
Multorum vocatio,
Paucorum electio,
Omnium retributio.

EX SCRIPTVRA VITA FRAtrum Minorum probâtur,

D. Paulus, Rom. 8. *Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba Pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij & hæredes, hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & glorificemur.*

mur. Existimo enim, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Idem, 1. Thi. 6. *Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus.* Habentes *autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nā qui volunt diuites fieri incidunt in tentationē & in laqueum* Diaboli, *& desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.*

Idem. 2. Cor. 1. *Nā gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate & synceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus.*

Idem. 2. Cor. 4. *Quoniam* Deus *qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis* Dei, *in facie Iesu* Christi.

Et infra. *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt.*

D. Iacobus. Cap. 1. *Qui autem perspexerit in lege pefectæ libertatis & permanserit in*

ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit.

Et Infra. *Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.*

Idem, cap. 3. *Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudinem sapientiæ.*

D. Petrus. 1. Pet. 1. *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfectè sperate in eam quæ offertur vobis gratiam in reuelatione Iesu Christi, quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desiderijs sed secundum eum qui vocauit vos Sanctum, vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, quoniam scriptum est. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.*

D. Ioannes. 1. Ioan. 2. *Qui autem seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est, in hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere: debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.*

Collige, Sustine & Abstine


FINIS PRIMAE partis.

MANVA-

MANVALIS PARS SECVNDA,

IN QVA REGVLA PLENIVS exponitur, & ea quæ ad eiusdem obseruantiam spectant, fusius traduntur.

CAPVT I.



Hristus Dei filius vnicus redemptor & saluator noster, cum sibi corporis exaltationẽ, & mortalibus nobis virtutũ dona innocenti sua acerbissima passione à Deo patre promeruisset; voluit & postulauit ab eodem cælesti patre nouum & humilem populum aliquẽ in hac nouissima hora qui esset dissimilis in humilitate & paupertate omnibus alijs, qui præcesserunt, essetq; ipso solo contentus: quod cũ obtinuisset, elegit D. Franciscum, quem cum vocasset, dicens; *Francisce, Francisce vade repara domum meam quæ labitur*, is omnem solicitudinem cordis apponens, qualiter audita perfi-

ceret, cœpit aliquos ad perfectam iustitiam inducere, & ad pœnitentiam inuitare; erant ipsius eloquia virtute Spiritus sancti plena, medullas cordis penetrantia, vt in vehementem stuporem audientes conuerterent, & obstinatorum mentes efficacia virtuosa mollirent: quapropter cœperunt ipsius exemplo Viri quidem famosi ad pœnitentiam animari, & eidē relictis omnibus, habitu, vitaq; coniungi, quos Fratres Minores vir humilis ob paupertatem & humilitatem voluit appellari; ipsius enim Religionis initium & fundamentum est, via simplicitatis & sanctæ paupertatis, & per eam vocatus est à Deo.

Cùm itaque numerus suorum fratrum ad duodenarium excreuisset, disposuit viuendi normam à Deo & Apostolica sede sibi exposcere, quam Dominus Deus dictauit & plurimis ex fratribus audientibus, his verbis confirmauit: *Francisce nihil est in Regula de tuo, sed totum est meū quicquid est ibi, & volo quod regula sic seruetur, ad litteram, ad litteram, ad litteram; sine glosa, sine glosa, sine glosa. Ego scio quantum potest humana fragilitas & quantum volo eos iuuare.* Propterea D. Franciscus cum Regulam scriberet,

Deus auctor Regulæ S. Francisci.

de-

de omni capitulo illius separatim consulebat dominū, si esset secundum suā voluntatem. Dixit Deus aliquando D. Francisco, *quando mundus perdet fidem Ordinis tui non remanebit vltra Lux, quia posui eum in lucem mundi*. Admirans D. F. diuinæ maiestatis excellentiam, quæ periclitanti mundo condescendere dignabatur, disponendo de eius salutis remedio per pauperculum Franciscum, quem per viam simplicitatis & humilitatis vocauit, & considerans Ordinis sui, quem quasi populum humilem selegerat, insufficientiam, & paruitatem virtutis eius ad Deum conuersus, ait, *Deus meus & omnia*. Vt scilicet quod ipse cum suis non posset, Deus, sine quo nihil potest humana fragilitas, perficeret.

Regula hæc D. Francisci quæ à Deo data est, Euangelicam perfectionem continet; quapropter in principio & fine ipsius scriptum est; quod fratres teneantur sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi firmiter obseruare. Qui itaque illius Regulæ sunt, & erunt veri zelatores, singulari benedictione benedicentur Solebat Sanctus Pater imitatoribus suis dicere, pr. fessionem n. stram esse *librum vitæ spem salutis*

Et ne sedem prędictam contra detractores huiusmodi oporteat vlterius laborare: vniuersis & singulis, cuiuscũque praeminentiae, conditionis, aut status, districtè praecipimus, ne contra praedictam Regulam, & statum fratrũ praedictorum, seu contra praemissa per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata, suppleta, approbata, & etiam confirmata dogmatizẽt, scribant, determinent, seu prauè loquantur, publicè vel occultè; sed si quid penes aliquem in his ambiguitatis emerserit, ad culmen praedictae sedis Apostolicae deducatur, vt ex auctoritate Apostolica, sua in hoc manifestetur intentio: cui soli concessum est, in his statuta condere & condita declarare.

Glossantes verò in scriptis constitutionem ipsam aliter, quam eo modo quem diximus Doctores insuper & Lectores dum docent in publico, ex certa scientia, & deliberatè intellectum constitutionis huiusmodi deprauantes: facientes quoque commentum, scripturas, seu libellos, ac ex certa scientia & deliberatè determinantes in scholis, seu praedicantes contra praedicta, vel aliqua, seu aliquid praedictorum (non obstantibus aliquibus priuilegijs vel

indul-

indulgentijs, aut literis apostolicis, quibuscunque dignitatibus, personis, ordinibus, aut locis, religiosis vel secularibus, generaliter vel singulariter, sub quacunque forma vel expressione verborum, concessis, quæ nolumus aliquibus in præmissis quomodolibet suffragari) Excommunicationis sententiæ, quam nunc in ipsos proferimus se nouerint subiacere: à qua per neminem nisi per Romanum Pōtificem possint absolui. Insuper tam istos contra quos per nos excommunicationis prolata est sententia, quā alios (si qui fuerint) contra præmissa vel eorum aliquid venientes ad Sedis memoratæ volumus deduci notitiam; vt quos prouisus modus æquitatis non arcet à vetitis, compescat rigor Apostolicæ vltionis. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, ordinationis, concessionis, & dispositionis, suppletionis, approbationis, confirmationis, & constitutionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Suriani 18. Cal. Sept. Pontifi. nostri anno 2.

VERBA B. P. N. FRANCISci exhortatoria ad Fratres.

O Dilectissimi frates, & in æternũ benedicti filij, audite me, audite vocem patris vestri.

Magna promisimus:
Maiora promissa sunt nobis.
Seruemus hæc:
Suspiremus ad illa,
Voluptas breuis:
Pœna perpetua,
Modica passio:
Gloria infinita.
Multorum vocatio,
Paucorum electio,
Omnium retributio.

EX SCRIPTVRA VITA FRAtrum Minorum probatur,

D. Paulus, Rom. 8. *Quicunque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba Pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij & hæredes, hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & glorificemur.*

mus. Existimo enim, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Idem, 1. Thi. 6 *Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nã qui volunt diuites fieri incidunt in tentationẽ & in laqueum* Diaboli, *& desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.*

Idem. 2. Cor. 1. *Nã gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate & synceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus.*

Idem. 2. Cor. 4. *Quoniam* Deus *qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis* Dei, *in facie Iesu* Christi.

Et infra. *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt.*

D. Iacobus. Cap. 1. *Qui autem perspexerit in lege pefectæ libertatis & permanserit in*

ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit.

Et Infra. *Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc seculo.*

Idem, cap. 3. *Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudinem sapientiæ.*

D. Petrus. 1. Pet. 1. *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecti sperate in eam quæ offertur vobis gratiam in reuelatione Iesu Christi, quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desiderijs sed secundum eum qui vocauit vos Sanctum, vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, quoniam scriptum est. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.*

D. Ioannes. 1. Ioan. 2. *Qui autem seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est, in hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere: debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.*

Collige, Sustine & Abstine

FINIS PRIMAE partis.

MANVA-

MANVALIS PARS SECVNDA,

IN QVA REGVLA PLENIVS exponitur, & ea quæ ad eiusdem obseruantiam spectant, fusius traduntur.

CAPVT I.



Hristus Dei filius vnicus redemptor & saluator noster, cum sibi corporis exaltationē, & mortalibus nobis virtutū dona innocenti sua acerbissima passione à Deo patre promeruisset; voluit & postulauit ab eodem cælesti patre nouum & humilem populum aliquē in hac nouissima hora qui esset dissimilis in humilitate & paupertate omnibus alijs, qui præcesserunt, essetq; ipso solo contentus: quod cū obtinuisset, elegit D. Franciscum, quem cum vocasset, dicens; *Francisce, Francisce vade repara domum meam quæ labitur*, is omnem solicitudinem cordis apponens, qualiter audita perfi-

ceret, cœpit aliquos ad perfectam iustitiam inducere, & ad pœnitentiam inuitare; erant ipsius eloquia virtute Spiritus sancti plena, medullas cordis penetrantia, vt in vehementem stuporem audientes conuerterent, & obstinatorum mentes efficacia virtuosa mollirent: quapropter cæperunt ipsius exemplo Viri quidem famosi ad pœnitentiam animari, & eidẽ relictis omnibus, habitu, vitaq; coniungi, quos Fratres Minores vir humilis ob paupertatem & humilitatem voluit appellari; ipsius enim Religionis initium & fundamentum est, via simplicitatis & sanctæ paupertatis, & per eam vocatus est à Deo.|

Cùm itaque numerus suorum fratrum ad duodenarium excreuisset, disposuit viuendi normam à Deo & Apostolica sede sibi exposcere, quam Dominus Deus dictauit & plurimis ex fratribus audientibus, his verbis confirmauit: *Francisce nihil est in Regula de tuo, sed totum est meũ quicquid est ibi, & volo quod regula sic seruetur, ad litteram, ad litteram, ad litteram; sine glosa, sine glosa, sine glosa Ego scio quantum potest humana fragilitas & quantum volo eos iuuare.* Propterea D. Franciscus cum Regulam scriberet,

Deus ductor Regulæ S. Francisci.

de-

de omni capitulo illius separatim consulebat dominū, si esset secundum suā voluntatem. Dixit Deus aliquando D. Francisco, *quando mundus perdet fidem Ordinis tui non remanebit vltra Lux, quia posui eum in lucem mundi.* Admirans D. F. diuinæ maiestatis excellentiam, quæ periclitanti mundo condescendere dignabatur, disponendo de eius salutis remedio per pauperculum Franciscum, quem per viam simplicitatis & humilitatis vocauit, & considerans Ordinis sui, quem quasi populum humilem selegerat, insufficientiam, & paruitatem virtutis eius ad Deum conuersus, ait, *Deus meus & omnia.* Vt scilicet quod ipse cum suis non posset, Deus, sine quo nihil potest humana fragilitas, perficeret.

Regula hæc D. Francisci quæ à Deo data est, Euangelicam perfectionem continet; quapropter in principio & fine ipsius scriptum est; quod fratres teneantur sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi firmiter obseruare. Qui itaque illius Regulæ sunt, & erunt veri zelatores, singulari benedictione benedicentur Solebat Sanctus Pater imitatoribus suis dicere, professionem nostram esse *librum vitæ spem salutis*

lutis: arrham gloriæ: medullam Euangelij: viam crucis: statum perfectionis: clauem paradisi & pactum æterni fœderis. Idem S.F. se obtinuisse dicebat à Domino, & sibi per angelum fuisse nunciata ista quatuor, videlicet, 1. *quod Religio & professio Fratrum Minorum, non deficiet vsque ad diem iudicij* 2. Item, *quod nullus ex industria persequens ordinem diu viueret.* 3. Item, *quod nullus malus, volens malè viuere in Ordine, poterit in ipso Ordine diu permanere.* 4 Item *quod quicunque ex corde dilexerit Ordinem, quantumcunque sit peccator, tandem misericordiam consequetur.* Exempla extant superflua, sed cum odiosa sint, transeo illa. Gregorius Papa nonus solebat referre se audiuisse à P. Francisco dum viueret, quod à Domino Deo tria priuilegia obtinuerit. Primum: *quod quãto plures Fratres essent in Ordine, & eorum numerus augeretur, tanto melius & abundantius eis prouideretur.* Secundum: *quod nullus in habitu posset malè mori,* (intellige dummodo vita sit conformis habitui quo ad fratres, & deuotio recta & compuncta quo ad seculares) Tertium *quod ordo suus durabit vsque ad diem iudicij.*

Quatuor D. Franciscus à Deo obtinuit.

Perfectum quot modis dicatur.

Cum hic ordo studeat gloriæ & honori Dei, imò vtilitati proximi, ipsam perfectionē prætendit. Dicitur autē aliquid

quid perfectū tribus modis, videlicet, secundū tēpus, vt quod habet quicquid tempus requirit, & conuenit secundū tempus haberi; sic pueri, perfecti dicūtur licet viri perfectionē non habeant. 2. Secundum naturam, vt quod habet quicquid naturæ conuenit, secundum sui capacitatem; eo modo Beati post resurrectionem secundum corpus & animam in gloria erunt perfecti, cum ante resurrectionem tantum secundū animam perficiantur. 3. Vniuersaliter perfectum est, cui nunquam quidquam defuit aut deerit, eo modo solus Deus perfectus est, cum sit omnium bonorū abundantia. Nouitij Ordinis habere possunt perfectionem temporis & naturæ iuxta legitimam ætatem, & propositum proficiendi cum professis, sed ad ipsam vniuersalitatem per totum vitæ spatium vnà cùm professis illis contendendum est, quia perfectio vniuersalitatem importans tripliciter consideratur. Semel absolutè, vt attenditur non solum ex parte diligentis, sed etiam ex parte diligibilis: ita Deus qui est diligibilis dilectione infinita, à nulla creatura perfectè diligitur, sed tantum à seipso, in quo omne bonum integraliter & essentialiter inuenitur.

 2. Ali-

2. Aliter ex parte diligentis tantùm; vt attenditur, pro vt affectus secundum totum suum posse semper actualiter tēdit in Deum: nec talis perfectio possibilis est in via, vt homo actu semper diligat, dum in hoc seculo viuit, sed talis perfectio erit in patria, cum à corruptibili absolutus fuerit. 3. Tandem vt attenditur ex parte diligentis non quātum ad hoc vt semper actu feratur in Deum: sed quantum ad hoc, quod excludantur ea quæ repugnant motui dilectionis in Deum: & illam perfectionem requirunt Religiosi, quæ & in hac vita haberi potest. Vno modo, quando ab affectu hominis excluditur omne illud, quod contrariatur charitati, vt facit peccatum mortale. *Nam odio sunt Deo impius & impietas eius*. Alio modo non solum quod excludit affectum hominis ab eo quod est charitati contarium, hoc est, ab omni peccato mortali, quod Dei charitatem excludit & expellit: verumetiam omne illud quod impedit, ne affectus mentis totaliter in Deum dirigatur. Vt autem peccata excludantur & euitentur, ad hæc dantur præcepta diuina, quæ vnumquemque hominem obligant, ne committat & faciat peccatum. Tunc affe-

Religiosorū perfectio.

Sap. 14.

ctus

ctus ab aliqua impediatur creaturā, dātur consilia Euangelica. Propterea Religiosi non solum obligantur ad præcepta diuina, quibus euitare debent peccata: sed etiam professione emissa, ad consilia Euangelica, vt viuant in obedientia, sine proprio, & in castitate, hoc facientes student gloriæ & honori Dei, etiam vtilitati proximi quātum illis possibile est. *Religiosi ad quæ obligantur.*

Solent enim distingui quinque perfectionis genera. Primum genus perfectionis sufficientiæ est, quod consistit in adimpletione mandatorum, *Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.* Ad quod tenentur omnes; sic omnes tenentur facere pœnitentiā, cum sit mandatum & præceptum: & notat imitationem, non æqualitatem, vt mereamini effici filij Patris cœlestis per gratiam adoptionis. Secundum est, Religionis seu professionis, quod consistit in obseruantia consiliorum, vt, *Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.* Tertiū est, Prælationis, quod consistit in regimine subditorum. *Non est discipulus super magistrum: Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.* Quartum est, quod *Quinque perfectionis genera.* *Matth.5.* *Luc.6.* *Matth.19.*

Genes. 6. consistit in ostensione exemplorum, vt clerici respectu laicorum, ita *Noë vir iustus atq; perfectus fuit in generationibus suis: & cum Deo ambulauit.* Quintū est, quod consistit in tranquillitate, vt est consummatio difficillimorum & optimorum. 1. Ioan. 4. *Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pænam habet, qui autem timet, non est perfectus in charitate.* Religiosus vitam suā perpetuo vinculo consecrans Deo, in mansuetudine & humilitate hæc perfectionis genera propter amorem Dei desiderat, & potest amplecti; præsertim cum homo naturæ suæ perfectionem ad speciei rationem pertinētem habeat, cum nascitur, per augmentum tamen ad maiorem perfectionem videlicet adultæ ætatis perducitur: ita & Religiosus diuinum implens præceptum, vt nihil supra aut contra Deū diligat; ad maiorem perfectionem per aliquod spirituale augmentum dirigitur, videlicet, cum à rebus licitis abstinet, vt liberius obsequijs diuinis vacare possit.

Perfectus quis dicatur. Perfectus enim dicitur, in quo verè & realiter ita charitas perfecte inhæret: vt nihil aliud sit quam virtutum omnium præcipuè charitatis quod est vinculum

culmen perfectionis, culmen attigisse. Et perfectus dicitur, qui in statu perfectionis est, ad quē requiritur obligatio perpetua, ad ea quæ sunt perfectionis cum aliqua solemnitate: talis enim perfectio viuendi, modus est certis legibus & consuetudinibus institutus; quibus Dei adiutorio seruatis, essentialis ipsa perfectio acquiritur, vel exercetur acquisita. Duplex ergo perfectionis status est, vnus acquisitæ: alter acquirendæ. Prior est status doctorum, qui alios docent quod per doctrinam acquisierunt: Alter est discipulorum, quorum status est acquirendæ perfectionis, cum discere & acquirere conantur, quod ab alijs docetur. *Colloss. 3.* *Eius status, duplex.*

Status Religionis, quem Religiosi viri ex desiderio perfectionis assumunt, est status perfectionis acquirendæ, vt quasi in schola virtutum & disciplinæ proficiant, & de virture in virtutem ascendant, *Regula & vita Minorum status perfectionis est, cum habeāt leges & consuetudines viuendi, secundum obseruationem sancti Euangelij Domini nostri Iesu christi, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate.* Huius status professores hæc profitendo & obseruando quietant animum, vt ab omni-

bus exterioribus solicitudinibus liberi quæ Domini sunt, soliciti esse possint. Submittendo enim se alterius dispositioni voto obedientiæ, proprios actus præscindunt: depellendo exteriorum rerum curam voto paupertatis, quietem inueniunt: Amputando vxoris & filiorum educationem voto castitatis, carnem mortificant, & ita offerunt se Deo in holocaustũ, cum totaliter absumuntur. *Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi*, inquit propheta Dauid. Bonum scilicet animæ, dum propriam voluntatem Prælatorum suorum imperijs subijciunt per votum obedientiæ; Bonum fortunæ siue externarum rerum, dum plenè omnibus quæ possident, renunciant per votum paupertatis: Bonũ proprij corporis, dum illud per votum castitatis, Deo consecrant. Hæc, inquam, cum acceperint à Deo, & cum Dauide reddant fonti, à quo ea acceperunt, holocaustum se præbent. Inordinata quoque voluntas per obedientiæ votum depellitur; exteriorum bonorum cupiditas, per paupertatis votum tollitur; sensibilium delectationum concupiscentia, inter quas venereæ præcellunt, per continentiæ votum excluditur.

1. Cor. 7.

Holocaustũ Deo offerunt Religiosi.

1. Par. 29.

Hic

Hic status religionis fratrum D. Francisci, primo capite Regulæ depingitur & est status perfectionis acquirēdæ, quem D. Paulus agnouit cū diceret. *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres ego non arbitror me comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retro sunt, obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.* Philip. 3.

Religiosi præclara sanctissimorum tum veteris tum noui testamenti virorum habent exempla sui instituti. Enos filius Seth, præter communem rationem colendi Deum, cæpit inuocare nomen Domini. Enoch ambulauit cū Deo. Nazarei vouerunt Domino oblationem tempore consecrationis suæ. Prophetarum cætus in locis desertis singulari quadam vitæ seueritate Deo seruiebant. Ex quorum numero Elisæus, relictis parentibus & rebus omnibus cum Elia secessit in eremum. Elias peculiari habitu, succinctus zona pellicea eiusmodi vitæ institutum profitebatur. Filij Rechab, præter communem Gen. 4. Gen. 5. Num 6. 3. Reg. 19.

obsec-

obseruationem legis, diuino cultui se addixerunt, vinum non bibebant: à cōiugio abstinebant: exactamque obedientiam suis maioribus præstabāt. Apostolorum exemplū illustre extat apud Mattheum 19. Diuus Petrus inquit: *Ecce nos relinquimus omnia*: & prærer communem rationem viuendi, habebant omnia communia: Ideo magno consensu Sancti Patres asseuerant institutū Religiosorum planè Apostolicum esse, propter studium maioris perfectionis.

D. Francisci Regulam cæteris perfectiorem haberi, hoc modo patet: Religio, ad manus, vel plura bona instituta, cæteris præfertur. Vna ad vitam contēplatiuam, vt Deo pijs meditationibus & orationibus vacet, instituta est; Alia ad vitam actiuam, nempe ad dandas eleemosynas, recipiēdos peregrinos, curandos infirmos &c. ordinata est; itaque quamuis contemplatiua, actiua præstantior sit: præcellit tamē illa, quę ad contemplationem & praxin simul directa est, sicut D. Francisci Religio, quæ ad contemplandum, prædicandū & instruendum, ordinatur, vt simul vtrumque coniungat, otium videlicet, Magdalenæ, vacando diuinę contemplationi: & Negotium Marthæ, vtilitati pro-

*ri proximorum prædicationibus & instructionibus insistendo. Vnde dici poterit citra aliarum iniuriam, quantum ad aliqua statum religiosum concernentia, omnes alias Religiones, hanc antecellere. Nam offert paupertatem, ita vt eius professores nihil penitus in terris, neque in particulari, neque in communi, habere possint; cum cæteræ religiones habeant temporalia in communi. Castitatem offert, vt eius professores non tantum eam seruare voueant; verum etiam impedimenta quæ vllos à pura castitatis obseruantia impedire videntur, euitent. Obedientiam offert etiam generalissimam, & eius professores non solum Prælatis obedire teneantur in ijs, quæ promiserunt specialiter in Regula obseruare; sed insuper in omnibus, quæ eis à suis Prælatis præcipiuntur, dummodo contra Deum & Regulam non sint, quæ latius in diuersis Regulæ locis declarabuntur.

Regulæ huius professores non astringuntur tãtum ad tria substantialia vota viuendo in obedientia, sine proprio & in castitate, sed ad id totum quod in ipsa Regula continetur, & prout à iure com-

communi interpretatur, id est, secundū quod summus Pontifex & Ecclesia ipsam Regulam intelligunt, secundum intentionem instituētis, & approbantis: Propterea tenentur ad ipsius obseruantiam quo ad essentialia & cetera obligatoria.

Hanc Regulam profitentes, si profiteantur in statu gratiæ, promerentur præmium accidentale, hoc est, pœnarum propter peccata debitarum remissionem. *Peccata tua eleemosynis redime*, suadet Daniel propheta. Nabuchodonosori. Huius autem professores non tantum aliquid eleemosynarum dant: sed per Religionis professionem se totos diuinis obsequijs addicunt, & Deo in Holocaustum offerunt. Hoc enim omne satisfactionis genus etiam publicæ pœnitentiæ excedit; hanc gratiam professio ipsa confert ex opere operātis; non ex opere operato cum non sit Sacramentum. In baptismo, *eruimur de potestate tenebrarum harum, & transferimur in regnum filij dilectionis suæ*. In professione, eruimur de tenebris huius seculi & transferimur in regnum lucis æternæ. *Nolite timere, aut Dominus pusillus grex. quia complacuit patri vestro dare vobis regnum* at Apostolus *Eratis enim aliquando tenebræ:*

Dan. 4.

Colos. 1.

Luc. 12.

Eph. 5.

tenebræ: nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate, (fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate) probantes quid sit beneplacitum Deo. Professionem renouans, ratificare volens professionem emissam, merebitur quidem augmentum gratiæ, non tamen præmium accidentale, cum non habeat in sua potestate, quod nouiter offerat. Nam ex voluntate libera prouenit meritum & pœnarum remissio. Pænitentiam pro delictis agere potest & liberum est illi; cum resurgere post lapsum in professione virtualiter includatur, quia obligat se ad debitè tendendum ad acquirendã perfectionem, cũ Religionis status, status sit acquirẽdę perfectionis. In illo enim operam dat; vt omnibus virtutibus, & Dei charitate secundum modos & exercitia in sua Regula taxata, ad ipsam perfectionem venire possit; non enim tenetur per omnes vias & modos in alijs Religionibus traditos ad eam contendere: sed præscriptos in sua quam vouit; etsi aliquando mortaliter aut venialiter delinquat, cũ sit homo qui peccare possit, (si saltem non reuocet animum tendendi ad perfectionem, propter quod professionem emisit),

emisit) liberè & spontaneè absque alicuius facultate pœnitere potest, quia pœnitentia in professione virtualiter, includitur, quam actualiter exercebit, cum necesse fuerit. Et ita in holocausto oblato, Deo obtulit hoc quod habuit, & habebit, in obsequium Dei. Sicut arboris donatione virtualiter & nō actualiter donatur fructus futurus de præsenti, siue maturus, siue non maturus sit, interim tamē in possidentis obsequium & voluntatem cedit, & manet: ita professoris huius Religionis maturitas inseruit Deo continendo se in professione emissa: eiusq; fragilitas inseruit, eidem Deo, pœnitendo de delictis commissis & bonis omissis: *Nam gaudium est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente.* Gaudet Deus pater, quia creatura ipsius per pœnitentiam emendatur; gaudet Deus filius, quia ouis perdita sanguine ipsius redempta, reinuenitur; gaudet Deus spiritus sanctus, quia inspiratio ipsius locum inuenit; gaudent angeli, quia is propter quē sunt administratorij spiritus salutem recuperauit, gaudēt spiritus beati, quia frater resipuit.

Luc. 15.

Religiosus autem grauius peccat quam secularis cæteris paribus, uel scādali-

dali ratione, dum plures ad illius vitã respiciunt, vel ratione vo , vel ratione contemptus aut malitiæ, & sic magis irritat Deum. *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?* Scandalo autem secluso minus peccat cæteris paribus, quam Laicus. Quia si est Peccatum veniale, obruitur multitudine bonorum operum: Si mortale, facilius & citius resurgit propter pristinam consuetudinem, quæ est recta intentione erga Deum exercitatus, & propter exemplum fratrum. *Cum ceciderit iustus non collidetur, quia Dominus supponit manũ suam.* Hoc est, cum iustus peccato veniali ceciderit, quod est casus in domo non a domo, non collidetur peccato mortali, aut mortali pœna: etsi vulneretur in naturalibus, non tamen spoliatur gratuitis donis. Quia Dominus supponit manum suæ misericordiæ, quæ eum suscipit. Et si religiosus ex contemptu transgrediendo peccat in Regulam, est transgressio peccati mortalis: si ex libidine aut negligentia, est venialis, nisi fuerit essentialis aut obligatorij voti, & præcepti. Libidinis nomine, cupiditas nimia erga aliquod, propter quod quis transgreditur Regulam, intelligitur. Negligentiæ autem nomi-

Ierem. 11.

Psal. 36.

nomine torporem quendam, vel negligentiam crassam, qua cura & diligētia, per desidiam & pigritiam, omittitur, quidam intelligi volunt. At in eū finem Regulæ huius professores habēt suos Prælatos, qui gregem gubernant, & pijs admonitionibus pascunt, ne in luto fæcis & peccati extinguantur, sed piè exurgant & conuertantur, vt latius alias demonstrabitur.

CAPVT II.

IN Capite secundo Regulę agitur de receptione Nouitiorum, deq; eorū, & Professorum habitu, de Ministri examinatione, & Nouitiorum idoneitate: de quibus in prima parte capite secundo dictum est, quibus tamen hæc sequentia adijcimus. Sub impedimentis in Regula expressè positis comprehenduntur omnia alia, quæ canonicè ingressum Religionis impedire possūt, vt si quis in Archiepiscopali, Patriarchali, vel Episcopali dignitate sit positus, in tali casu absque licentia Papæ, Ordinem ingredi nemo potest. Item quando ætatem sedecim annorum nō habet completam: quando non est de bono genere natus: quando descendit

Tertia huius capitis pars agit de allocutione & visitatione sancta. Silentium à dicto Completorio vsque ad primam pulsationem horæ primæ diei sequentis ab omnibus obseruetur, exceptis hospitibus de nouo venientibus, & assistentibus eisdem de licentia Guardiani. Sileatur in claustro, in choro, in ecclesia, à principio chori & supra; in refectorio, tam in prima mensa quam in secunda; hoc non solum à residentibus, sed etiam à forensibus obseruetur. Sint in quolibet conuentu distincta & commoda loca, vbi fratres alijs loqui possint, dum oportet, & hoc breuiter & submissè. Loquantur fratres sine clamore vbique, & religiosè, maximè in dormitorio, ecclesia, oratorio claustro, libraria, & secreto necessitatis loco. Loquutionis præsumptionem fratres maximè iuniores summoperè vitent, ne dicant aliquid quod non pertinet ad dicentem; pro loco, tempore, & personis à loquutione cessent: de alienis factis non inquirant: alios docere, regere, arguere, vel eis aliquid imperare non præsumant: cum hoc sit Superiorum vel Seniorum officium

Vbi, & quomodo loquendum sit.

cium vſurpare: ad interrogata humiliter reſpondeant, & quid ſentiant inſinuent: ita tamen vt contra reſiſtentes dicta ſua pertinaciter non defendant. Superiores mandatum cum humilitate alijs proponãt, ne videantur ipſis imponere; neque iactanter, impetuosè, clamorosè, deſpectiuè nimis vel rigidè quidquam proponant: ſuauiter & humiliter loquantur: præſente ſeniore ſine ipſius nutu, maximè coram extraneis, loqui aut reſpondere non præſumant. In præſentia Cõuentus nulli loqui conuenit, ſine requiſito ſuperioris aſſenſu, niſi ſe humiliter in aliquo delicto accuſando, vel ad interrogata ſuperioris reſpondendo. D. Bern. Præſumptuoſum agnoſcas: *Prima die qua ingreditur habitare, incipit leges dare: prius in conuẽtu reſidet: in conſilijs primus reſpondet: non vocatus accedit: non miſſus ſe intromittit: reordinat ordinata, & reficit facta. Reprehenſibilis maximè in Relgioſo præſumptio, quem magis humilitas ſtabilit, verecundia ornat, venuſtat ſimplicitas, timor inſignit & aptum efficit diſciplina.* Hic ſenſum ſuũ non præſumit, aliorũ ſenſui præferre, nec extollitur de bonis ſibi à Deo collatis, nec alios ſpernit: ſed piè de omnibus ſentit, licet rei rationem non intelligat: Supe-

riores & seniores veneratur, & honorat, nullam superioritatem vsurpat: in choro, vel alibi fratrum defectus, risu, capitis motu, narium contractione, labiorum compressione, non arguit vel subsannat: sed sibi commissis intendit, & est sua sorte contentus. Hic, inquam, Religiosus humilis quando videt aliquid fieri quod illi displicere videtur, antequam iudicat, seipsum respicit, vtrum in seipso aliquid reprehẽsibile inueniat, vt cum Propheta dicere queat, *Ego sum qui peccaui; ego sum qui iniquè egi*, 2. Reg. 24. & non detrahit, non condemnat nec iudicat, sed magis excusat intentionem, si opus aut factum excusari non potest, puta ignorãtiam, puta casum, seu surreptionem. Quod si rei certitudo nullam omninò excusationẽ recipit, persuadet nihilominus sibi & dicit apud semetipsum; Quã vehemẽs fuit illa tẽtatio; Et quid de me illa fecisset, si accepisset in me similem potestatem? Et si loquitur cum extraneis & secularibus, vtilia & honesta loquitur: si ipsi inutilia loquuntur, tacet, & non sequitur illos; est timidus inter ipsos; non videtur sibi esse securus; cum bis interrogatus fuerit, vix responsum habet. Non est enim liberè loquendum,

dum, nisi ad laudem Dei, ad accusationem sui, & ad vtilitatem proximi.

Et quia licet secundum Euangelium, de omnibus rebus quæ apponuntur, manducare, Fratres, cum venerit hora prãdij aut cœnæ, pia deuotione præparent se, vt eleemosinas secura conscientia manducare possint, comesturi enim sunt labores & sudores pauperũ, imò delicta & peccata; itaque cum timore & dolore cordis cibũ & potum suscipiant, dicendo cum B. Iob. *Antequàm comedam suspiro*. Iob. 3. Lectionem libenter audiant & de Deo cogitent, vt vterque homo reficiatur. Sint ergo in mensa honesti, capite cooperto, oculis non diffusis sedeant; bibentes ambabus manibus scyphum teneant, oculos à circumspectione, linguam à loquutione cohibeant, ea tantum quæ sibi apposita sunt attendant, nunquam ciborũ diuersitates affectent, nec in eis delectationem quærant; cibum inordinatè frangendo, circumcidendo, vel micatenus excrustando non accipiant, ossium corrosionibus non insistãt, carnes præter exigentiam non scindant, communibus sint contenti, os suum ad omnia quæ alij comedunt, assuescant: cibũ in ore habentes, & scyphum in manu

tenentes non loquantur: cibum ori nõ ministrent armata manu: cibo non expedito potum non ingerant: dum bibunt vel comedunt caput in caputio non teneant, profundatum: caueant ne in paropside, scypho, vel ouo, præmorsum aliquid iterum comesturi reponãt: policem poculo non immergant, nec super potum in scypho, vel super cibũ quemlibet sufflent, nec digitos in potagium, offas, vel olera, coclearis vice piscando immittãt: Superfluitates piscium & similia ex ore super mensam non proijciant, nec nuces pro alijs dentibus frangant. Si quis tussit, aut sternutat, faciem à mensa auertat, nares nudis manibus non emungat: circumstantibus fratribus salem, & alia necessaria quæ à fratribus tradi possunt, manum extendendo super mensam, ita vt manica sua eorum cibus attingatur, porrigere non attentet: panem super cõmunem vestem sine interpositione tobaliæ non scindat: mensalia frequẽti detersione cultelli nõ maculet: mappas & manutergia fratrum, dentium fricatione non fœdet: tractim, & non nimia festinatione comedat: sine orationis alicuius præambulo, manus ad cibum non extendat: bis in die duntaxat

xat comedat: Alios fratres ad pocula non coinuitet, sed comedat vel bibat vnusquisque pro suæ arbitrio voluntatis, quantum necessitati suæ viderit expedire. Encænia per mensam non mittat: à fragmentis & reliquijs caueat: pro socijs aut vix, aut nunquam, maximè circa finem refectionis, panem, vel aliud scindat, aut potum in scypho ponat, nisi saltem quantum ipse solus comedere vel debere valeat: Nunquam pro buccella panem integrum scindat, præsertim si apud socios fractum inueniat. Si fratres scyphum cōmunem habuerint, qui voluerit bibere non amplius quam possit bibere vna vice, de potu apponat. Murilegos vel aues ad mensam, & inter seculares Religiosus non pascat; cum nec in refectorio debeant sustineri. Inter seculares non expedit appositam semper portionem comedere, aut penitus euacuare scutellam, ne fortè magis voracitati quam necessitati asscribatur. Ne notentur de nimia potatione, caueant fratres ne post refectionem, etiam si vinum sæpius offeratur, frequenter bibant, aut si postquam in communi potatum est, sine vrgente necessitate seorsim potū requirant, nec omninò patiantur vt

potus vbi dormitur remaneat. Vitandæ ſunt vigiliæ, quæ occaſionem verbis aut potationi miniſtrant. Vigilare ad ignem, ſitim prouocat & bibitare compellit; grauat corpus; exhaurit ſpiritum: tempus in verbis penè imperceptibili ſubductione conſumit: tempeſtiuè ad orationem ſurgere officij debitum deuotè vt expedit ſoluere, non permittit. Et qui ſerò ſobrietatis non ſeruat ſententiam, manè frequenter ſuſpenditur à diuinis. Manè prædicant docti, ſerò concionantur indocti. Nō appetant cibos delicatos, ſed ſint appoſitis contenti; non diſponant ciborum præparatione, neque requirant quomodo præparentur, nec cibum nec potum laudent, vt de eiſdem amplius apponatur, inter extraneos medicinas non oſtendant. Modus etiam comedendi ſeruandus eſt: caueant ergo ne alijs à comeſtione ceſſantibus ipſi comedendo vel loquendo menſam detineant. Super menſam cum ſocio coram illiteratis latinè non loquantur; Dominum domus, vel alios quoſcunque ad comedendum, vel bibendum non inuitent; comedentes ſe non appedient ſuper menſam, aperta comedāt facie, caput in caputio nulla

ratio-

tatione profundent; De portione sibi apposita non faciant encænia familiæ, nec canes nec murilegos instar patrisfamilias de mensa benedicta Domini pascant. Si aliqua abstinentia videtur dura, cogitet frater humilis & pauper de Domino Iesu, qui cum esset verus Deus in anxietate patibuli fatigatus, spinis coronatus, clauis perforatus, sitiens, felle & aceto fuit potatus, & sic quamlibet asperitatem facillimè sustinebit.

CAPVT IV.

D. Franciscus pecuniam & stercus vno amoris pretio voluit fratres suos ponderare, propterea in Regula denarios & pecuniam recipere strictissimè inhibuit. Voluit enim S. Pater vt fratres ipsius irēt ostiatim, & sic necessaria absque pecuniæ procuratione bono modo mendicarent. Attendentes autem quidam fratrum penuriam, misericordia moti, & à spiritu diuino tacti, instituerunt miserijs eorum subuenire, qui vocantur in Regula amici spirituales, per illos Ministri & Custodes necessitatibus infirmorum & induendorum fratrum, prouidere debent. Possunt.

sunt & hi alijs, tam Guardianis quam non Guardianis hoc committere, præsertim quorum notitia pijs & deuotis est grata, vt & ipsi tanquam fratres pro suis confratribus laborent. Prælatis iure diuino & prælationis filijs suis prouidere incumbit: cæteris fratribus ex commissione; & quibus non est singulariter commissum, vt sunt subditi, nullo modo se intromittant, in procuratione alicuius necessitatis mediante pecunia, hoc enim specialiter eis per Regulam prohibetur. Et sicut prouisio per amicos spirituales in duobus tantummodo casibus ex Regula expressè conceditur, pro necessitatibus scilicet infirmorum & pro fratribus induendis: cæteræ maiores, quando videlicet, nec per humilem mendicationem, nec per oblationem liberalem, nec per fidele laboritium commodè absque magna distractione & melioris boni impedimento necessaria haberi possunt, subintelliguntur. Pro cuius tamen rei & conscientiarum fratrū securitate, tria principaliter in hoc negotio sunt attēdenda. Primum ex parte rei, cuius prouisio pecunia mediante procuratur. Secundum ex parte fratrum: quo ad modum & formam tenendam in procurā-

da pecunia. Tertium, qualiter ipsi fratres circa tales eleemosinas expetendas & retinendas se habere debent. *Circa primum principale* notandum est, quod vt procuratio pecuniaria ad aliquam rem habendam licitè per fratres fieri possit, quinque conditiones necessariæ sunt. Prima, quod talis res, cuius solutio procuratur sit verè necessaria, quia vsus necessarius rerum tantum fratribus conceditur, & sic procuratio solutionis rei necessariæ nobis indulgetur; ita excluduntur appetitus, curiositates, relaxationes, & cæt. Et sufficit necessitas quædam accommoda, secundum statum & professionem nostram, & illa est quæ talem habet manifestam necessitatem præsentem vel imminentem, ita, vt si ei non prouideatur, status debitus tum officij, tum communitatis, tum particularis personæ, sine detrimento commodè stare non posset. Et hoc siue corporalis siue spiritualis sit necessitas; Corporalis, vt puta, de alimentis, vestibus, lectis, domibus, ornamentis Ecclesiasticis, ac cæteris ad cultum diuinum, ad sapientiale studium, & alijs huiusmodi, ad executionē officiorum requisitis, prouidere. Ad licitam enim, moderatamque horum

& similium prouisionem licitè potest pecunia procurari. Spiritualis, puta, quando non nisi pecunia mediante aliquod grande bonum prædicationis, vel pacis & huiusmodi fieri posset: vel aliquod vitari grande malum: licitè enim tunc pecuniaria erit procuratio, vsus accommodus, nostroque statui conueniens censendus est, secundum nostram professionem & vocationē, quæ consistit in magna paupertate & humilitate. Quare omnia quibus vti volumus, nostro debent statui seu vocationi esse conformia, vt sit vsus moderatus omnium rerum quibus vti possumus, ergo res superfluæ, siue sint ornamenta, & vasa ecclesiastica, siue libri duplicati, aut curiosi, vel aliæ res non necessariæ, mediante pecunia non sunt procuranda; sic nec ædificia, & officinas statui nostro pauperi non conuenientia fratres non faciant, nam temperatis & humilibus ædificijs, minores vti debent, ne huic tantæ promissæ paupertati quod patet oculis, contrarium foris clamet. Sic non est currendū ad pecuniam vt expendatur pro vsu superfluo, curioso seu splendido. Superfluum dicitur, & est id, quo sublato reliquum commodè, sufficit: Curiosum est,

est, quod ad sensuum delectionem fit; vt picturæ, decor in ædificijs, & huiusmodi. Pretiosum est, quod vltra sufficientis necessitatis, respectu nostri status valoris quid habet, vt puta argenteam quærere crucē, vel auream vbi lignea vel ærea, sufficit: Similiter ampullas & lampades huiusmodi procurare, vbi sufficiunt vitreæ. Et idem de candelabris & cæteris huiusmodi dicendum videtur. Secunda conditio est, quod necessitas prædicta præsens vel imminens de propinquo sit, non autē futura. Præsens dicitur, quæ certa & determinata nunc est, ad quam præterita necessitas reducitur, vt puta quando pro aliqua re empta solutio pecuniaria debet procurari. Necessitas verò imminens, ingruens, emergens, vel de propinquo apparens, est illa, quæ certa & determinata est, & incipit iam esse vel cognoscitur certitudinaliter iam breui euentura. Pro necessitate autem futura seu possibili, quæ nec præsens nec per notitiam certam cognoscitur, & eius inchoatio tantum possibilis est, pecunia nullo modo procurari potest. Nec fratres in eius depositione vel expensione consentire debent, etiāsi legata vel liberaliter oblata sit: quare pro infir- Nota.

infirmis futuris mediante pecunia nõ debet procurari zaccharum, &c. sed cũ infirmi fuerint de præsenti & eminenti. Tertia conditio est, vt non sint eleemosynæ indifferentes depositæ & oblatæ, ex quibus solutio fieri potest; Nã si fuerint, tunc Prælati necessariarum rerum solutionem non procurent per alios, nisi velint Regulæ esse transgressores. Dicuntur autem pecuniæ indifferentes, quæ simpliciter offeruntur, & per ipsos offerentes, seu deponentes non sunt alicui certæ necessitati vel vsui deputatæ. De illis tenetur Prælatus, cum in nostra Religione nullum proprium habetur, neque in particulari, neque in communi, communitati & fratrum necessitatibus particularium prouidere, præsertim illis quæ magis vrgent, deinde cæteris minus vrgentibus. Quarta conditio est: Si commodè necessaria mendicari possunt, ad pecuniam non debet recurri. Quinta est: Pro necessitate aliena, siue secularium siue aliorum fratrum eorum curæ non commissorum, pecunia procurari non debet. Quicunque fratrum pecuniam deponi faciunt, vt eam dispensent pro libitu voluntatis suæ, mortaliter peccant; cum illud Ministris & Custodi-

bus tantum concedatur,& debent sicut proprietarij puniri.

Visis necessarijs conditionibus, quæ requiruntur ex parte rei, pro qua est procuranda pecuniaria solutio; videndum modo est secundum principale, quod est ex parte fratrum, qualiter se habere, quemue in procuratione pecuniæ modum obseruare debeant. Circa hoc dantur modificationes, quarum prima est. Quod nullo modo fratres mutuo pecuniam requirant, quod tūc fit, cum eam recipiunt cum obligatione tacita vel expressa æquiualens reddendi: quia fratres dominij & omnis obligationis ratione paupertatis incapaces sunt, sic mutuum illis interdicitur. Possunt tamen pro subleuanda fratrū necessitate seclusa obligatione polytica promittere se velle bona fide laborare, vt cōmodè poterunt, quod eis satisfiat,&hoc per se, vel per alios,& sic nulla erit obligatio seu dominij trāslatio. Et quia fratrum non est habere pecunias, seu earum vsum; sed omnia manent in auctoritate dantium, sic & ipsi mutuare non possunt, sed bene Dominos pecuniæ rogare, vt sint contenti mutuare petenti. Secunda est, quod fratres specificare debeant necessi-

Quomodo pecunia procuranda sit per amicos spirituales.

tatem

tatem,pro qua pecuniam petunt,propter bonum exemplum, ad euitandam materiam cuiuscunque impuritatis & suspitionis,quæ ex tali generali procuratione posset oriri. Melius enim seculares ædificantur, & libentius eleemosynas faciunt, quando necessitates exprimuntur, & hoc non in mente, sed expresso verbo, vt ab omnibus agnoscantur: si tamen commodè, honestè & sine scandalo necessitas in particulari notificari non potest, omnibus specificare necesse nõ erit. Tertia est, quod aliquam procurantes necessariam solutionem, non plus scienter procurent, vel deponi permittant quam necessarium esse creditur, pro ipsa explenda necessitate; & qui aliter facerent, peccarent contra Regulam mortaliter, & si dans plus dederit, quam necessitas postulantis requirit, manebit in dantis potestate quod residuum est, & fratres illud reddant, vel pro expendenda alia necessitate humiliter rogent, si autem Dominus absuerit, ita vt ab eo consensum exigere non possent, tunc depositarius, aut Rei gestor dantis, poterit alijs fratrum necessitatibus de superfluo prouidere. Quarta est, quod quando pecunia procuratur, seu liberaliter offertur,

tur, nullo modo fratres aliquem nominent seu præsentent, cui ipsa pecunia detur seu committatur expendenda: sed poterunt Dominum eleemosynæ exhortari, vt per seipsum, vel per alium iuxta suum beneplacitum assumendum satisfacere velit, possunt tamen aliquorum notitiam dare, vel nominare aliquem, cui committi potest agendorum executio; possunt etiam fratres notificare legitimum creditorem, cui satisfaciendū erit, ne persona intermedia à fratribus presentata, esset persona interposita, quod esset contra Regulam; & fratres nullum secum ferant ad recipiendam pecuniam quam procurant, nec aliqua debet persona coram dante apparere, antequam de eius voluntate constiterit; nec aliquem in depositarium assumant, cui habent dicere, fac de pecunia ita vel ita, da monetam hanc vel illā: huiusmodi enim actus propriè sunt administratio, vel autoritatiua dispositio pecuniæ, vel eius vsus, quæ omnia fratribus ex Regula prohibentur: Nec depositarius debet esse famulus fratrum, ne appareat interposita persona, ad eorum mandatum & nutum pecuniam expendens, videtur saltem ratione scandali. Quod

si per-

si pecunia fratribus mittitur seu offertur, nisi expresse per mittentem, vel offerentem aliud exprimatur, prædictis semper modis ipsis fratribus licitis prorsus oblata intelligitur & missa. Et si nomine fratrum ad eorum necessitates subleuandas recipiatur pecunia, non tamen eorum autoritate, sed dantis recipitur & expenditur, & pecuniæ dominium apud dantem semper remanet, vsquequo in fratrum vtilitatem fuerit conuersa. Et si dans pecuniam intendit se priuare dominio illius, hoc debet intelligi, secundum modum licitum ipsis fratribus iuxta eorum professionem; & cum pecunia fuerit in actu, semper in bonis dantis est censenda: & cum fuerit in fratrum necessitates commutata, tunc desinit esse sua. Quinta est. Quod si talis procuratio solutionis, non statim solui, sed deponi penes aliquem debeat, ita hoc fiat, vt tam pecuniæ dominus, quam depositarius semper agnoscant, quod nihil autoritate fratrum sit. Ideo protestari debent, quod quamdiu pecunia ipsa durauerit, apud depositarium, semper dominium, proprietas, possessio ac illius vsus, ipsius dantis sit, cum libera potestate eam ad se quandocunque voluerit,

erit, reuocandi. Et quod fratres ipsi nihil in dicta pecunia, seu eius vsu, & administratione iuris habere volunt, id non mente sed expressè protestari debent, ne fiat scandalum pusillorum.

Tertium & vltimum principale quod ex parte fratrum attendi debet, modū respicit, quem ipsi fratres circa erogationem talium pecuniarum, & tenentes eas, obseruare tenentur. Prima necessaria obseruanda conditio est, vt fratres ipsi firmiter in corde credant, nullum se vnquam Dominium, actionem, administrationem, seu dispensationē circa ipsam pecuniam habere. Neque item ore, vel opere, aut aliquibus signis prædicta habere demonstrent: sicut in veritate non habent, nec habere possunt, vt ex Regula ipsa patet, & ex Pontificum declarationibus. Ex quo sequitur, quod pecunia determinatè, seu specialiter & expressè deposita pro aliqua necessitate, vel pro aliquo conuentu, vel pro aliqua determinata persona, minimè possit in alias necessitates, seu alios conuentus, seu personas alias à prænominatis expendi, nisi de hoc expressa vel probabiliter præsumpta, à Domino pecuniæ habeatur voluntas. Ideo nec Generalis Minister

aliter

aliter facere, nec quempiam ad oppositum licentiare possunt, & contra dãtis voluntatem, nec depositarius, nec ipsi fratres aliquid immutare possunt; sed secundum voluntatem Dantis, debent omnia expendi. Imo moriente fratre cuius necessitati, aliqua eleemosina pecuniaria est assignata, tenetur superior, aut totum aut superfluum dãti restituere: Sed si non inueniretur pecuniæ Dominus aut eius hæres: habet Diœcesanus Episcopus de ea sicut de incertis alijs disponere. Alia verò quæ frater ille ad suum particularem vsum habebat, ad vsum erunt Ordinis, quamdiu rerum illarum concessor id patiatur: non autem ad Dominium, cum ordo noster omnis Dominij incapax sit, & expers. Si pecunia indifferenter, non pro aliqua necessitate, vel aliquo conuentu, vel aliquo fratre determinatè aut expresè deposita seu oblata fuerit, tunc licitè poterit Prælatus illam transmittere vel expendere, pro alijs locis seu necessitatibus fratrum, dummodo sibi & suæ sint curæ commissi. Quia sicut pro istis licitè pecuniam procurare potest, sic & indifferenter oblatam licitè poterit expendere. Ex quo liquet non posse Guardianum huius loci, pe-

cunias

cunias sic indifferenter, siue promissis siue liberaliter oblatas, ad alium Guardianum seu fratrem suæ curæ non cōmissum, transmittere, nec pro illis expendi facere, nisi de licentia Custodis aut Prouincialis amborum. Neque vnus Prouincialis alteri poterit Prouinciali tales pecunias trāsmittere, vel pro illis expendi facere, nisi de licentia Generalis aut Superioris vtriusque, & ad hoc licentiam dantis, aut ipsius depositarij, rogare debent, vt tales pecuniæ, pro hoc aut illo loco, pro hac vel illa necessitate, expendi queant, & sic eodem modo de legatis fiet. Si testator moriatur qui legauit, antequam pecunia sit expensa, fratres agant cum depositario pro eius expensione, sicut potuissent ipso Dante viuente, etiamsi hæredes contradicant. Depositarius quoquo modo in ipsa pecunia se habeat, non potest in iudicio ad repetendum eam directè aut indirectè à fratribus conueniri: sed principali pecuniæ Domino, possunt qui eum subrogauit, notificare, vel iudici Ecclesiastico, si subroganti aut eius substituto fieri non possit, & hoc humiliter, vt depositarij conscientia prouideatur: nec fratres clauem capsulæ habeant, nec sigillent,

nec

nec præcipiant, quomodo aut qualiter pecunia expendatur, sed debent fratres à verbis autoritatem prætendentibus, per omnem modum abstinere. Vt neque verbo, neque scripto pecuniam sic vel sic expendendam depositario mandent: sed tantum humiliter rogent: nec computum autoritatiuum exigant, nã huiusmodi actus pertinent ad veros pecuniæ dominos. Computum verò recipere simpliciter, summando quantum sit expensum, quantumue remaneat expendendum, vt sic agnosci possit, an sufficiens habeatur pecunia, an alia sit requirenda pro expediendis necessitatibus, nullo modo fratribus videtur interdictum.

Pecuniarius quæstus illicitus est, & magis propriè prohibitus, quando à multis contribuentibus indifferenter offertur, & cum recipiuntur oblationes pecuniarum in Ecclesia, vel alibi. Primus est, quando trunci vel cippi ad reponendas pecunias offerentium, alicubi reponuntur. Vnde fit, quod fratres, consentientes in suis domibus à secularibus crucem vel alias reliquias osculantibus pecunias offerri in altari seu vasculo, peccent cõtra Regulam mortaliter. Consentire autem dicuntur, quando

quando non resistunt. Secundus est, si fratres consentiant aliquando, & permittant aliquos seculares propria deuotione motos, per plateas, per domos, per ecclesias seu per alia loca nomine fratrum pecuniam requirere; id enim videntes, & prohibere non curātes, consentire dicuntur. Quoniam hi si non expresse, saltem tacitè per consensum, interpositæ contra Regulam personæ censentur. Dictum est nomine fratrum, Quia si notificatis fratrum necessitatibus Episcopo, seu Curato, idem Episcopus seu Curatus eleemosynas proprio nomine, non fratrum exquiri facerent, vel aliquis alius deuotus Ordinis, ex se proprio, non fratrum nomine, exquiri faceret, tunc nō esset quæstus pecuniarius prohibitus, sed modus purissimus secundum Regulam. Tertius est, vt à tali collecta pecunia recursum retrahant, nec acceptent, si acceptauerint tacitè vel expressè consentire videntur: si tamen collectores aliquid pro necessitate fratrum emerint illis nescientibus, accipiant in modum eleemosynæ cum benedictione Dei. Quartus est, quæcunque oblatio bursarij in itinere. Ratio est, quia secundum Regulam, pecunia procura- *Nota.*

Bursarius an habendus in via.

ri non potest, nec pusillos scandalizare debemus, seculares enim exinde occasionem sumerent eleemosynas denegandi, & viam misericordiæ alijs bonis fratribus occludendi. Et licet Christum & Apostolos, bursarios aliquando habuisse legamus, vt personæ communes, & Ecclesiæ Prælati aliorū curam habentes, vt nunc Papa & Episcopi: Nos tamen quia non succedimus eis in statu Episcoporum, sed in exemplo vitæ particularis perfectionis, bursarium habere non possumus. Tribus tamen occurrentibus conditionibus licet fratribus bursarium ducere. Quarū prima est, quod itineris causa sit rationabilis, vt puta pro obedientia, & pro negotijs expedientibus Religioni & huiusmodi: non autem quando quis ex propria voluntate sine sufficienti rationabili causa, iter arripit, & sic culpabiliter se exponit necessitati. Secunda est, quandocunque fratres per regiones inhumanas iter facerent, vbi valde verisimile esset, quod commodè necessaria vitæ mendicando, vel pecunia mediante secundum Regulam, prout necessitas occurrerit, procurando inuenire non possent. Extrema enim necessitas probabiliter imminēs, caret lege.

Tertia

Tertia est, vt tunc omninò quantum possibile est, sic fratres circa bursarium se gerant, quod nec corde, aut opere, aut signo habeant, aut habere videantur, aliquam circa dictam pecuniam expendendam, aut eius vsum, autoritatem vel actionem, mandando scilicet, quod sic vel sic ipsa pecunia expendatur, vel de ea computum exigendo, & cætera huiusmodi: Sed cum dicto bursario agendum est, ac si ipsa pecunia propria ipsius esset.

CAPVT V.

D. Franciscus cuidam Carnali qui non laborabat dixit, præsertim cum non iret cum cæteris pro eleemosyna: *Vade frater, iuxta viam tuam, quoniam vis comedere laborem fratrum tuorum & esse otiosus in opere Dei: sicut apis otiosa & sterilis, quæ non lucratur & non laborat & comedit laborem & lucrum bonarum apum.* Tria hoc capite dicentur, videlicet, de Labore, de Otio fugiendo, & Spiritum non extinguendo deuotionis & orationis. Religiosi conuersando cum proximis, suas habent functiones, quarum quædam sunt Spirituales, vt concionari, docere, excipere confessiones & hu-

iuſmodi: quædam ſeculares, quę ſcilicet proximè ordinantur ad huius vitæ cōmoda, vt procuratio & adminiſtratio bonorum temporaliū, & eiuſmodi, quę tamen facultate ſuorum Prælatorum fiunt, non ex cupiditate, ſed ex charitate, cauſa vtilitatis aut neceſſitatis proximorum ſiue ſui ordinis, ſiue aliorū, & actibus qui ſine tumultu & inquietudine ſunt, & hoc faciendo acquirunt charitatis perfectionem, quæ eſt religioſæ vitæ ſcopus. Sic D. Paulus, *manibus ſibi ſæpe victum parauit*, Rom. 16. *Et Phebē commendat Sanctis, vt eam ſuſcipiant in Domino dignè & aſſiſtant ei, in quocunque negotio etiam indiguerit.* Imo, humilitatis, neceſſitatis, vel vtilitatis cauſa poſſunt ire mendicatum, ad exemplum Chriſti & Apoſtolorum. Chriſtum enim cum triduo maneret Ieroſolymis, panem petiuiſſe, ſcribit D. Bernardus, Luc. 2. Petijt aquam à Samaritana, Ioan. 4. hoſpitium à Zachæo, Luc. 19. Apoſtoli eleemoſynas ex eccleſijs Achaiæ, Macedoniæ &c. pro ſanctis qui erant Ieroſolymis, collegerunt, 1. Cor. 6. Rō. 15. Et Chriſtus pollicetur ijs præmium, qui in ſuo nomine dederint aquæ potum. Illi cenſentur nomine Chriſti petere, qui veſtigijs Chriſti Domini per

Reli-

Religionis profeßionem, & paupertatem voluntariam, inſiſtunt. D. Franciſcus, omnibus libenter ſeruiebat: & vix ab aliquo ſibi ſeruiri acquieſcebat, reputans ſe indignum omni ſeruitio. Dicebat enim quod Chriſtus non venerat miniſtrari, ſed miniſtrare. Si autem quis illi ſeruiebat in aliqua neceßitate, gratias agebat Deo, qui ſeruienti volũtatem dederat ſeruiendi, & referre ſtudebat beneficia ſibi collata, tam referenti, quam inſtrumento quo vſus fuerat in illo beneficio, ita vt etiam aliquãdo inanimatis inſtrumentis, & animatis animalibus loqueretur, & ſolebat dicere: *Quis ſum ego qui pro alijs gratias refero: cum non ſufficiam referre eas pro minima parte boni, quod mihi Deus fecit: & maximè cum ſim tam parua creatura?* Et ſic annihilabat ſe, & ſemper charitatem prætendebat: ita vt fratres eius, omnia ſeruitia quæ faciunt, ſemper radicentur in charitate, alioquin non expectent meritũ. Quia ſicut dicit Aug. Tanta eſt virtus charitatis, vt & prophetia, & martyriũ ſine ipſa nihil eſſe credantur. Præſertim fratres laborent conſideratè & honeſtè, dum fuerint cum fratribus in officinis. In oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vnde &

nomen accepit. Cum per dormitoriũ fratribus quiescentibus vadunt, non planè, imò quasi furtiuè incedant, Surgentes à lecto ipsum decenter operiãt, ne velut irrationabilium cubile remaneat imparatus. In loco secreto ne sint inhonesto modo alicui offendiculo, ne stantes vrinent, vel à loco minus honestè recedant, Sed nec per hortum est facile vrinandum, vel alibi vbi à socijs, aut ab alijs videri possint, multa enim possunt honestè fieri, quæ non possunt honestè videri. In ostijs officinarum, vt in refectorio, oratorio, dormitorio, cæterisque quæ consueuit frequentare conuentus, aut vbi fratrũ communis est transitus, maximè circa priuatarum introitum, vnde ad necessaria euntes & redeuntes respici possunt, nunquam honesti fratres faciant stationem. Quando etiam intrant & exeunt, officinarum secretiarum ostia post se claudant, ne superuenientes extranei & intrantes fratres inueniãt imparatos. In locis communibus vbi fratrum occurrerit frequentia, nullo modo detineant aduentantes. Tempus etiam in labore seruãdum est: Sunt enim exercitia, quæ necessitati quotidianæ inseruiunt, vt est ciborum præparatio, necess-

necessariorum ad diem vtēsilium, coquinæ ablutio, & consimilia, quæ omni tempore fieri solent. Sunt quædam alia, quæ in diem alteram differri possunt, vt est scribere in quaterno, tunicam virgis excutere, caput abluere, cæteraque alia à quibus est Dominicis diebus & festis præcipuis abstinendum, ob sacri reuerentiam temporis. Quicquid pertinet ad conuentum, id præcipuæ diligentiæ studio est agendum, non ex sola consuetudine, sed ex animi deuotione, vt in communibus sit feruoris affectio specialis, conuentualem vitam, vt sanctissimam imò angelicam, toto affectu animi amplexantes ei tam continua quam deuota prosequutione adhæreant. In conuentu Dominus habitat & requiescit, ergo vix nisi coacti à conuentus congregatione recedant. Maiora domus officia, videlicet hospitulariæ, refectorij, infirmariæ, lectionis ad mensam & huiusmodi, si contingant committi magna debent deuotione suscipere, ad faciendum ea mansuetè, velociter, acceptabiliter, integrè, ac circumspectè, hoc est sine murmure & displicentiæ signo, sine vitio tarditatis; vt quibus ministratur, prout honestè fieri poterit, satisfiat

perfectè vt res exigit, tempore congruo & modo debito. Sint ergo fratres promptissimi ad conuentual a exequēda, præsertim quæ necessitatis & vtilitatis sunt, vt præesse Sacristiæ, librariæ, infirmariæ, coquinæ, cameræ hospitū, horto, vt hortus colatur, vt lauent pannos, scutellas, tunicas, pedes infirmorum & aliorum, & capita cum oportebit, & similia. Nunquam tardè, ad opus Dei, vel ad mensam accurrant, nihil operi Dei præponatur, qui se à cōmuni oratione secludit, à communi refectione repellatur, tardus accessus ad diuinum cultum, & ante horam recessus arguitur. Ad mensam quicquid apponitur, præparatum, vt decet, reficientibus offeratur. Nuces si dandæ fuerint, prius frangantur. Herbæ crudæ si apponendæ fuerint, mundentur, & sic de alijs obseruetur. De omnibus quæ apponuntur si fieri potest, portio singulariter tribuatur, sal apponatur, cochliaria non desint, ne digito piscari oporteat.

Otium fugiendum.

Quicquid agūt fratres, faciant ad excludendum otiū animæ inimicū, *Multa enim mala docuit otiositas.* Eccl. 33. Otium enim viui hominis sepultura est, propter otiū iacēt incultæ virtutes: tum etiā homo-

homo per otium sæpe ad luxuriam incitatur. Gen. 9. 2. Reg. 11. cuius rei Noë & Dauid testes sunt: in Superbiam incidit, vt Nabuchodonosor. Dan. 4. mūdanam gloriam & caducam quærit, vt Salomon, 3. Reg. 10. ciborum lautitias consectatur, vt Epulo diues, Luc. 16. Otium nutricula quædam somni est, seminarium detractionum, & susurrationum: seminat otium zyzania & cupiditates, mouet iram, succendit & parit homicidia. Quisquis ergo amator otij inertis fuerit, regnū cœlorum non possidebit. Ijs igitur qui sese totos Dei cultui manciparunt, nil est perniciosius ipso otio. Diabolus otiosos, frequenter præcipitat, vnde D. Hieronymus: *Semper aliquid boni facito, vt te semper Diabolus inueniat occupatum*, in Eremo dictum est S. Antonio: *Antoni, si cupis placere Deo, Ora, & quando ex oratione defessus eris, manibus tuis labora; ac semper alicui honestæ occupationi teipsum dedito.* In his ergo maximè se exerceant fratres, vt frequenti oratione, freqnenti lectione & seruitijs, tota vita decurrat, nemo sit otiosus sed peracto externo seruitio, statim ad cellam se conferat, ibi oret vel legat; & non exeat cellam nisi vrgente necessitate coactus, me-

morans illud Bern. quod sancti angeli cellas habent pro cœlis, & à cellis sæpè ad cœlum ascenditur Hoc voluit D. Franciscus cum diceret, quod fratres labore otium animæ inimicum deberent excludere, nec tamen orationis & deuotionis spiritum extinguere. Oratio autem non cessat apud eũ, qui non cessat benefacere. Sit oratio in charitate fũdata, secreta, verecũda, iusta, lachrymosa & frequens. Orans debet se pręparare ad intimã deuotionem, si velit attingere diuinã prægustationem, teste Gregorio: Oratio sit cordis, non labiorum. Deus verba deprecantis non tantum intendit; sed cor orantis aspicit, in oratione anima in modum arboris debet leuari, & suam paruitatem respectu immensitatis eius ad quem dirigitur, considerare. Nam vermiculus putridus, cum Deo æterno: creatura mortalis, cum creatore omnipotenti, agit. Habet Oratio multas virtutes: Oratione enim Moyses amouit plagas AEgyptiorum. Exod. 7. 8. 9. 10. prostrauit Amalech. Exod. 17. placauit Deum post adorationem vituli. Exod. 32. Oratione absorptus est ignis ne deuorarentur castra murmurantium. Num. 11. Oratione Maria mundata est à lepra.

Orationis virtutes quæ.

Num.

Num. 12. Elias propheta oratione impetrauit pluuiam, & resuscitauit mortuum. 3. Reg. 17. & 18. Ezechias oratione prolongauit vitam. 4. Reg. 20. Et Manasses acquisiuit gratiam 2. Par. 33. Oratione Tobias iunior liberatus est à Dæmone. Tob. 6. Bethulia ab obsidione Holofernis. Iud. 13. Oratione, Sidrach, Misach, & Abdenaho liberati sunt de fornace, & Daniel de lacu Leonum: Dan. 3. 7. & 14. Oratione, exauditus est Iob in sterquilinio. Iob. 42. Ieremias, in lacu lutoso, Ierem. 38. Ionas in ventre ceti. Ion. 2. Oratione denique Leprosi mundati, infirmi curati, mortui resuscitati sunt. Matt. 8. Ioan. 11. & multò plura, quæ hic enarrare longum foret oratione acquisita sunt: quapropter D. Franciscus, spiritum deuotionis & orationis non vult extingui.

CAPVT VI.

D. Franciscus S. Paupertatem pro sua Domina elegit, propterea cõsuluit Christum, an fratres possent aliquid habere in cõmuni, qui respõdit ei dicens. Ego auferam omnia in speciali & in cõmuni; huic etiam famili æ semper ero paratus prouidere quantũcunq; crescat;

crescat, & semper eam fouebo quamdiu sperabit in me. Propterea posuit in Regula, *Fratres nihil sibi approprient, &c.* Paupertas in duplici est differentia. Quędam, quæ cum paupertate spiritus nihil superfluum temporale: sed quod commodè necessarium est, retinet. Altera quæ perfectior est, quæ cum paupertate Spiritus, nec superfluum, nec necessarium, tanquam proprium, sed simplicem vsum facti retinet, ex Dei pendens prouisione. Et hæc est paupertas, ad quam Fratres Minores obligantur: quæ quidem virtus heroica est, qua propter Deum quis à se abdicat omne ius ciuile, viuens de non suo, vnde fit incapax quinque politicorum seu ciuilium actuum, qui sunt, Dominium, Possessio, Proprietas, Vsus fructus, & Vsus iuris politici. Dominium ius est habendi, possidendi, vendendi, donandi, distrahendi, prout Domino rei placuerit, secundum modos à iure non improbatos. Possessio est temporalis rei retentio, & addit supra dominium, quod non impediatur ab altero. Proprietas addit supra dominium, & possessionem, quod rei Dominus, secum parem non habeat in possidendo. Vsus fructus est ius vtendi & fruendi rebus alienis

Paupertas duplex.

alienis, salua rerum substantia. Vsus iuris, seu vtendi facultas; ius est, rebus alienis vtendi tantum. Et in hoc differt ab vsu fructu, quia vsufructuarius pro se & pro alijs fructus accipere potest, vendendo, donando, illosque distrahẽdo: Vsuarius verò non nisi pro se solo potest fructus accipere. Essentia verò Euangelicæ paupertatis prædictæ in abdicatione horum quinque actuum, & omnis politici iuris consistit, tam quo ad rem, ad quam dominium, possessio & proprietas spectant: quam quo ad rei vsum, quem alij duo actus vsus fructus scilicet, seu vsus iuridicus respiciunt. Et solum in simplici vsu facti, non iuris consistit: semper de non suo politicè viuens, ex quo mendicitatem, vt de eleemosynis viuat, habet annexam: Nec talis paupertas in iudicio repetere tanquam sibi iure politico debitas res vnquam poterit, siue iustè, siue iniustè ei tollantur. Quod autem sit hæc prædictæ paupertatis Euangelicæ essentia, patere potest ex verbis Domini, *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me.* Hoc enim intelligitur de vniuersali & exteriori rerum omnium abdicatione tam *Matt. 19.*

in particulari, quam in communi. Qui in supremo gradu perfectionis professores sunt, nec rem qua vtuntur tueri possunt, excipiendo contra eam auferentes, nec actionem habere, ad recuperandam ablatam. Audistis quia dictum est antiquis. *Oculum pro oculo, & dentem pro dente.* Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, prabe illi & alteram, & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei pallium.*

Matt. 5.

Professores perfectionis Euangelicæ paupertatis, simplicem facti vsum habēt in rebus, non iure politico & ciuili, sed diuino & naturali, nec tamen habent Dominium, proprietatem aut aliquod ciuile ius, quorum incapaces sunt, sicut D.F. fratres. Est enim duplex ius quatenus ad rē spectat; aliud quidē diuinū naturale: aliud vero Politicum & ciuile Diuinum naturale ius, potestas seu facultas quædam est, ad aliqua vtendum re, absque vllo ciuili in ea iure, vt comedere vuas in alterius vinea, tempore veræ necessitatis. Politicum & ciuile ius est, quod exceptionem possidendo habet contra agentes: & actionem non possidendo ad rem assequendam. Lex diuina dicitur esse fas,

Lex

Lex humana Ius. Fas seu æquum est, comedere vuas vt dictum est, non tamen est Ius, cùm non det ciuilem ad hoc actionem; ita distingui potest, quomodo vsus simplex facti potest esse sine proprietate, & iure omni ciuili in rebus, quæ ipso etiam vsu consumuntur. Ideo hæc paupertas altissima dicitur, quia nulla maior abdicatio rerum esse potest, quam vbi solum simplex & vsus facti necessariorum tam in communi quam in particulari, sine vllo iure politico relinquitur: necessario enim vsu sunt contenti, qui est simplex & nudus vsus facti. Mortalium vita, proprietate, possessione, vsufructu & vsu iuridico carere potest, vsu tamen simplicis facti necessario eget, & hic vsus nihil iuris præbet vtentibus. Quemadmodum, dum quis amicos conuiuio excipit minimè eos esculentorum & poculētorum, quibus mensa extruitur facit Dominos, & qui seruum conducit, vt illi operetur, Domini supellex & instrumenta quibus in conductione vtitur, minimè ad ipsum pertinent, sed manent Domino: ita cum summus Pontifex, & sedes Apostolica, dominium rerum omnium quibus fratres minores vti possunt, sibi as-

Simile.

bi assumpsit: & eorum professio ab Ecclesia sit recepta, eos etiã quotidie inuitat, & facultatẽ comedendi, bibẽdi, & vestiendi præbet, vt vsum tantum habeant: Sedi autẽ Apostolicæ & Ecclesię manet Dominium iuris politici, & sic rebus alienis in necessitate vtuntur, ad vitæ sustentationem & officiorum executionem tantum: & quia mobilia & immobilia, quorum vsus fratribus licitus est, ad ipsum summum Pontificẽ, seu Romanam Ecclesiam pertinent, earum rerum gratia, quæ æstimato pretio aliquando vendi contingunt, & ad alios actus alienationis exercendos, Syndicus instituitur; qui non à Guardiano aut conuentu; sed à Generali, Prouinciali aut Custode, vel saltem habente commissionem instituitur & destituitur, & censetur auctoritate Apostolica institutus, cum à prædictis nominatus fuerit, & sic non est interposita persona, sicuti esset, si à Guardiano aut Conuentu & fratribus institueretur, & hic non erit de Ordine. Per hunc dantur remedia oportuna, per quæ nostri ordinis pura obseruantia in suo vigore obseruetur. Huius est auctoritate Papæ & Romanæ Ecclesiæ exequi munus suum pro fratrum vtilita-

te, vt ipsi ex bullis Syndicatus conceditur.

Syndici auctoritas, ad quinque esse dignoscitur. Primò ad recipiendas nomine Papæ seu Romanæ Ecclesiæ, res omnes mobiles siue immobiles oblatas, seu modo licito donatas, aut in vltima voluntate ipsis fratribus relictas, cum Papa & Ecclesia Romana sibi dominium quibus fratres licitè vti possunt, reseruent, nisi dans in dãdo aliud explicuerit. Secundò ad emendum, vendendum, commutandum, impignorandum, mutuandum, commodandum, alienandumque res omnes quibus fratres licitè vti possunt, ad Dominium Ecclesiæ pertinentes, & ad recipiendum, & expendendum earum prętium in necessitates fratrum. Sicut quilibet Dominus de suis rebus per suũ procuratorem seu substitutum facere potest, ita & Papa per suum Syndicum. Et non habere Syndicum ad hos prædictos actus, est se periculo probabiliter committere: Nam vix aliquis reperitur Conuentus, quin aliquid quod distrahi, alienari, vel renouari debeat, & superfluum quod tollatur, & aliud necessarium de eius pretio acquiratur, non habeat. Idque per alium quam

Syndici authoritas quot modis dignoscatur.

perr

per Syndicum prædictum licitè fieri nequaquam poteſt. Nam cum bona(vt dictum eſt) quibus fratres vtũtur ipſius Pontificis ſint, per eius Syndicum, & non per alium licitè poſſunt expediri. Quod ſi fratres per alium quidpiam vendi, & pecuniam recipi & expendi fecerint, hic talis interpoſita fratrum perſona erit, & fieret contra Regulam. Tertio inſtituitur Syndicus, ad recipiendum nomine Eccleſiæ, & iudicialiter repetendum eleemoſynas omnes, etiam pecuniarias, modo licito ipſis fratribus relictas, ſeu in teſtamento legatas: Quia legata non pertinent, ad ipſum legantem qui mortuus eſt, neque ad eius hæredes cum non ipſis, ſed fratribus ſpecialiter facta ſint: nec eorum Dominium ad fratres pertinere poteſt, cum cuiuſcunque iuris ſint incapaces: ergo eorum Dominium, vel ſaltem diſpenſatio ſeu diſpoſitio ad Papam pertinere probatur ſicut quæcunque alia quorumuis legatorum ad pias cauſas diſpoſitio. Diſponit ergo Papa per ſuum Syndicum, de talibus pijs legatis ipſis fratribus derelictis, ſicut ipſius pecuniæ Dominus liberè quid per ſuum ſubſtitutum eſſet faciẽdum, diſponere potuiſſet; ſic Regulæ

puri-

puritas non maculatur, & fratres litigijs non assistunt; sed tam hæredes, & executores, quam Iudices seu alij Prælati ex officio proprio diligenter procurent, & faciant, quod talia legata soluantur; & piæ defunctorum voluntates impleantur, & fratres pauperes opportunis auxilijs non fraudẽtur. Quartò, ad experiendum in iudicio, seu extra, in omnibus actionibus & caufis, quæ in priuilegijs syndicatus explicãtur, & fratres licitè Syndico vti possunt, pro rebus omnibus ad ecclesiam Romanam pertinentibus, dum expressè pateat, quod fratres nõ sint actores, neque talibus iudicijs assistant, vt omnis penitus vitians circumstantia, caueatur. Quinto, ad recipiendum nomine Ecclesiæ, omnes pecuniarias eleemosynas, quomodocunque prouenientes, siue oblatę illæ sint liberaliter, siue pro Missis & diuinis officijs; siue in vltimis voluntatibus legatæ; easque expendendas pro necessitatibus communitatis, & hoc quandoquidem pecunia apud Syndicum deposita non est amplius dantis, sed Romanæ Ecclesię: nisi Dans protestetur, & velit repetere cum adhuc in illo fine non sit expensa, in quem pro necessitate contribuerit.

Sic

Sic quando fratres, vt Ministri & Custodes, recurrunt ad Syndicum pro expendenda pecunia apud eum delata: ipso vtiq; tanquam amico spirituali, & non aliter vtuntur seu vti poterũt. Et hoc siue Syndicus, Dantis depositarius sit, siue Ecclesię, quandoquidem cum ipso Syndico se habere debent fratres, tanquam cum pecuniæ Domino, aut eius substituto.

Emere cum dicitur is, qui ad pretium pro re empta dandum ex ipso emptionis contractu obligatur; hoc verò facere non potest, nisi qui Dominium, aut ius in pecunia seu pretio habere potest: & hoc cum fratribus sit interdictum, emere non possunt, possunt tamen promittere se velle procurare pretium pro re empta, sed soluendi obligationem excludere debent.

Vendere idem est, quod rem propriam, in alienum dominium pro pretio transfundere, cuius rei fratres incapaces sunt. Licentia Prouincialis, vel aliorum fratrum, quibus Prælati commiserint, per Syndicum nomine Ecclesiæ Romanę vendi potest aliquid. Et si pretium pecuniarum est, non nisi per Syndicum, vel de eius auctoritate, per alium recipi & in fratrum necessita-

tes expendi poterit: Quod si pecuniarum non sit, sed res qua fratres indigeant: benè fratres poterunt talem rem recipere per seipsos, ad vtendum ea, & si aliquis huius rei vendibilis sibi Dominium reseruauit, ipsius licentia vendi debet, ne fiant interpositæ personæ, si aliter fieret. Res quas fratres, ad suum vsum habent, nō possunt propria autoritate pro alia re commutare, distrahere seu alienare, sed totum fieri debet autoritate Domini rei datæ, si forte Dominium in re ipsa sibi seruauit: Si verò res commutanda ad Ecclesiam pertinet, sufficit vt fiat licentia Generalis vel Prouincialis Ministri in suis administrationibus. Et potest dicta commutatio fieri pro alijs eiusdem vel diuersæ speciei quibuscū que, quibus fratres licitè vti possunt. Ita tamen vt nulla interueniat consideratio pretij, hoc est, vt detur pro pretio alterius rei, quia tunc verè esset venditio & emptio, quæ fratribus prohibentur. Si autem res in Ordine, non extra Ordinem commutanda requiritur, de Ministrorum pręsumpta licentia poterit Guardianus aliquas res, vt lanam, oleum, procurare, ad commutandum intra Ordinem pro alijs necessarijs

ſarijs rebus, quando alias commodè Conuentus, fratrum neceſſitatibus prouidere non poterint, quia res ad vſum Ordinis recipitur, niſi Dans pro vno, & non pro alio Monaſterio determinauerit.

Inpignorare, cum ſit proprietatis actus, non poſſunt fratres, ſed poſſunt rem inpignoratam tradere, & conſignare: nec poſſunt pignora pro rebus venditis recipere.

Mutuare vel mutuari ſtrictim non poſſunt: ſed largo modo, ſcilicet, rem ad ſimplicem vſum facti abſque aliqua proprietate recipere, & ſecluſa omni reſtituendi obligatione politica; ſolū promittendo fideliter laborare pro ſolutione facienda, licitum eſt fratribus.

Commodare, cum nullum ius habeant ad repetendum, non debent extra ordinem; intra ordinem ſibi inuicem accommodare poſſunt, & inuicē accipere accommodata, quia tunc eſt actus charitatis, vt fratres inuicem ſibi in neceſſitate ſubueniant.

Neque nos alijs, neque alij nobis ciuiliter pro aliqua re temporali obligari poſſunt. Nam ciuilis obligatio hæc duo neceſſaria dicit, nempe quod vnus teneatur ad id, ad quod ſe alicui obligauit,

uit, & alius prædictam habeat obligationem, seu ius aduersus illum: quorũ actuum fratres incapaces sunt. Attamẽ largo modo, de obligatione loquendo, prout pro quadam æquitate, seu naturali obligatione sumitur, benè poterunt alij ipsis fratribus obligari, & ipsi fratres alijs.

Donare cum actus proprietatis sit, nullus frater verè donare potest, cum in alium dominium transferre non valet. Vnde benè obseruet frater Minor quod petere vel recipere aliquid animo & intentione alicui alteri extra ordinem donandi, actus proprietatis est, si propria autoritate absque licentia ipsius dantis donetur, quia res hæc ad Ecclesiam non pertinet, & per consequẽs eius dispẽsationis autoritas ad Prælatum non spectat, necessariò itaque ipsius dantis licentia ad donandum requiritur. Prælatus enim in his tantum dispensandi habet autoritatem, quæ in Ecclesiæ dominium transierunt, cuiusmodi minimè sunt quæ petuntur & recipiuntur, vt extra ordinem donentur. Quod si intra ordinem alicui, cuius cura ad eum non spectat donare propria autoritate voluerit, proprietarius vtique erit. Quatuor requiruntur

condi-

conditiones vt tuta conſcientia fratres donare poſſint. Prima eſt, vt res donanda ſit vilis & parui valoris, vt tres aut quatuor nuces, duo aut tria poma pro pueris, penna, folium chartæ, acicula, inter fratres. Secunda vt de ſuperiorum licentia talis donatio fiat, vt eſt Generalis, Prouincialis, Guardiani, præſidentis in eorum abſentia, atque ſic offerunt amicis ſpiritualibus & benefactoribus, grana benedicta, imagines benedictas, agnus Dei, quæ etiam in eum finem licentia Superiorum ſibi acquiſierunt. Tertia, vt ſit res donanda mobilis. Quarta, vt nullatenus ſit pecunia, cum fratres pecuniarum dominium aut diſpenſationem non habeant. Ex hoc ſoluitur dubium, quod nec fratres nec Syndicus hæredibus teſtatoris quicquam dimittere poſſint, niſi ſcandalum interuenire poſſet, propter quod non tantum pars, ſed etiam totum dimitti poteſt. Quod ergo fratribus vi profeſſionis interdictum eſt: hoc Syndicus, Papæ & Eccleſiæ perſonam gerentibus licet. Ipſi in vſum fratrum, nomine Summi Pontificis, qui fratrũ curam, vt pater habet, emunt, vẽdunt, commutant, impignorant, mutuant, commodant, donant, niſi dans aut ali-

quis sua autoritate, sibi ad tempus, vel donec necessarium fuerit in re vendibili, commutandi, &c. aliquid proprietatis, & iuris conseruauerit, nam tunc nondum est in potestate Ecclesiæ & Papæ, cuius personam Syndicus gerit; ergo licentia & autoritate Dantis fieri debet, quod faciendum erit, antequam fratres vsum habere poterunt.

Imò intantum votum Paupertatis fratres constringit, vt sine suorum Prelatorum licentia, nec à quocunque potente donare; nec à quocunque fratre quidquam in vsu vtensilium recipere aut retinere valeant. Disponere de vsu rerum ad Ministros & Custodes pertinet, ex consuetudine videtur, in casu manifestæ necessitatis vrgētis & Guardianis concessum. Prædicti concedendo sic faciant, vt in eis & eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout eis in eorum Regula videtur indicta habita consideratione ad qualitatem personarum, ad temporum varietatem, locorum conditionem, & alias circumstantias, prout plus vel minus ac aliter prouidere requirant, non idem debet esse vsus rerum sanis & ægrotis; tempore æstiuo & hyemali; Hispanis & Germanis; lasciuis delicijs, & lassis

magno labore & exercitio; Non enim idem eiusdem speciei cibus diuersis personis, diuerso tempore, diuersis locis erit eiusdem saporis, nam qui in vna regione est delicatus, potest in alia esse vilis & sic deinceps; Si aliter attentarent concedere, eorum concessio seu dispositio nihil valeret, cum contra facultatem eis à summo Pontifice factã disponant. Conditiones autem, quæ vsum rerum concessarum licitum reddunt hæ sunt, vt vsus paupertatem non excedat, & quod talis vsus sit reuocabilis & determinatus. Reuocabilis, inquam, quia subditi Religiosi voluntas debet semper Prælatorum suorum voluntati esse subiecta, vt quando ipsi Prælati mandauerint, rem concessam resignet; Determinatus insuper, quia res vtibilis debet determinari pro hoc, vel illo, & honesto exercitio seu aliqua necessitate, statui, officio, seu personæ cui fit concessio expedienti, & non generaliter. Prælatus qui generaliter dispensaret cu quam de vsu rerum esset infidelis & iniustus, abutens potestate tradita in ædificationem in destructione. Et multo magis de conquirẽda pecunia peccaret mortaliter, & esset præuaricator Regulæ, & occasio peccati mor-

mortalis ſubditorum. Qui aliquam rem abſque licentia Prælatorum, ad vſum ſuum recipit, vel alteri dat peccat mortaliter contra votum obedientiæ renitente & contradicente Prælato. Proprietatis crimen incurrit qui rem furtiuè ſurripit, abſcondit & retinet. Et ſicut cuiuſque rei corporalis ſeu incorporalis propr-etas, omnibus contractus proprietatem importans fratribus omnibus prohibetur, ſic etiam appropriatio in vſu rei illicito ipſis prohibetur ex Regula, quæ fratribus inhibet, nil ſibi appropriare. Quare nullus ſibi frater vſum rei ſic vendicare debet, vt per hoc voluntariæ ſuperioris diſpoſitioni, vel fraternę, vt charitas exigit, communicationi præiudicet. Prælatus ſemper rem conceſſam repetere debet, maior eſt fructus in cõmunicatione rerum quam cupid tatis, in appropriatione, ergo libris proprijs Prælato denegante non vtantur, nec ſpecialia loca vſurpent. Et ſuper omnia caueant fratres, ne aliquando Religionem peſtis illa ingrediatur: vt ſpecialia loca, ſeu Cuſtodias, aut Prouincias ſibi vſurpent: vt vix extra eas fieri patiantur, nec alios ad ipſas venire ſuſtineant. Hæc enim peſtis charitatem

fraternam expellit, & fratres Prouinciarum suos, appropriato nomine appellat: alios verò extraneos reputat, vt hospites suos curat, alios expellit & fugat: ideo tamquam letali pesti ostiũ ei occludendum est, ne aliquando Ordinem ingrediatur. Vbi enim hæc pestis præualet, multa zelo patriæ in præiudicium charitatis, communitatis, pacis, & puritatis contingunt. Libertas item & disciplina Ordinis impeditur: vt vix extra patriam & notos quis sine graui scandalo & confusione possit transmitti. At secundum Regulam viuentes, se vbique peregrinos, sicut eos Regula vocat, & aduenas esse in hoc sæculo considerantes: cælestem sibi patriam, non terrenam vendicare contendunt: hic tanquam in aliena terra, humiliter conuersantes. Nam licet domorum, & aliarum rerum vsus nobis licitus sit: tamen tam domorum, quam rerum omnium, & ipsarum vsus, nobis appropriatio vitiosa est, & ex Regula prohibita. Vna omnium nostrum obedientia sub vno capite vnum ex omnibus nobis collegium facit, & fratres constituit omnes. Appropriatio autem non patitur Vnitatem. Ille sibi vsum appropriat, qui non ex

Præ-

Prælati obedientia, sed contra eius voluntatem vult vsum sibi habere, vsus fratribus licitus, non est vsus quarumcunque & quantarumcunque rerum, sed tantum necessariarū. Omnis superfluitas fratribus interdicitur, hæc autem attenditur in Numero, magnitudine, in sumptu, & decore: In numero duo superfluunt, si vnum sufficit. In magnitudine, magnū superfluit, si sufficit paruum. In sumptu, sumptuosum, si satis est vile. In decore speciosum, si sufficit despicabile, omnia quæ in vsum fratrum, qui altissimæ paupertatis professores sunt, aliquando veniunt; habeant paupertatem, vtilitatem & asperitatem, quæ diuitum affluentiæ, decori & mollicici opponuntur. Semper sit quo ad Dominium omnimoda abdicatio, & in vsu necessitas. Nil fixū & stabile vnde viuant habeant, nec abundātem sed pauperem rerum vsum colant. D. Franciscus, paucos libros volebat haberi in communi ad necessitatem indigentium paratos, odiebat domorum arrogantiam, & exquisita vtensilia abhorrebat, voluit vt omnia paupertatem clamarent: omnia peregrinationem & exilium decantarent. Noluit quod fratres in domibus vel

Ecclesijs, vel hortis, vel alijs rebus quibus vtebantur, modum excederēt paupertatis, nec aliqua loca iure proprietatis possiderent, sed in eis semper tanquā peregrini & aduenæ morarentur, hæc fuit intentio ipsius S. Patris vsque ad finem, vt paupertas in omnibus seruaretur. Ita fratres eius nec reditus, nec possessiones vel eorum vsum recipere vel habere possunt, nisi tantum hortorum pro necessarijs hortalitijs, & ad eorum recreationem: & domorum ad inhabitandum, dummodò sint competentes & paupertatem nostram non excedant. Incerta debet esse mendicitas, quæ victum præbeat Religiosis mendicātibus. Possessionum nomine, non tantum agri, vineæ, viridaria & domus: sed omnia quæ successiuè fructificant, intelliguntur, vt armenta ouium, vaccarum, iumentorum, &c. propterea nec sues, nec apes, nec columbas, nec gallinas, & cætera huius generis, fratres habere possunt; siue ipsi hęc habeant, siue alij pro ipsis ad eorum subleuandas necessitates: tamen gallinas aliquas nutrire, ad habenda pro infirmis oua recentia nostræ paupertati non videtur derogare, dummodò non ad superfluitatem, sed tantum

ad necessitatem fiat, & caueatur scandalum.

Fratres non possunt esse hæredes aut successores defunctorum, cum incapaces sint omnis ciuilis iuris, vt nec sibiipsis in speciali, nec Ordini in communi quicquam acquirere valeāt. Si causa pia apponitur, vt, dicta hæreditas vendatur, & in necessitates ipsorum fratrum conuertatur, tenet & est validum testamentum, quo ad causam piam ibi appositam. Quod verò attinet ad particularia legata, quæ fratribus relinquuntur, benè poterunt huiusmodi legata si indigeant acceptare. Est enim Legatum donatio, vel eleemosyna quædam à testatore relicta, & ab herede seu executoribus testamenti post mortem testatoris præstanda, dummodo talia eleemosynaria legata modo congruo & licito nostro statui & in quantitate moderata, relinquantur. Moderata quantitas non à Guardianis & Cōuentibus, sed à Ministris & Custodibus censebitur, & determinabitur, & erit moderata quantitas, quando solum id acceptatur, quod imminens necessitas requirit, & non plus. Et quod superest vltra imminentes fratrum necessitates, fratres petere non debent, donec noua

emergat necessitas: Ita vt nunquam recipi possit, si nunquam superuenerit necessitas. Non enim thesaurizare debent fratres, sed petent eleemosynaliter tantum, & non aliter, & hoc intelligendo de modico tempore, non de tempore in tempus, prout requirit necessitas. Nam si in perpetuum prouideretur, excluderetur necessitas. Si vitæ necessaria ex quotidianis mendicationibus commodè inueniri non possent, licitum est tunc fratribus congregationes in futurum rerum naccessariarum facere frumenti, scilicet, vini, olei, leguminum, &c. dummodo tales prouisiones moderatæ in diuturnitate, & quantitate fiant, cauẽdo semper scandalum.

Contra hoc caput peccant, qui permittunt se institui hæredes, vel reditus annuos recipiunt. Item qui curijs assistunt & litibus, dum de rebus agitur in eorum vsum conuertendis. Item qui miscent se executionibus testamentorum, aut dispositioni vsurarum & iniustè ablatorum. Consilium tamen dare licet. Item qui habent vineas vel hortos, vt colantur, & hortalitia vendantur, vel ad talem vsum legata recipiunt. Item qui granaria vel cellaria habent, vnde viuere sine mendicatione possent

quo-

quotidiana, quod relinquitur iudicio & conſcientiæ Miniſtrorum cum conſilio diſcretorum quorum ſuper hoc conſcientiæ onerantur, Item qui alunt armenta ouium & fructificantes beſtias, vt ſues, apes & huiuſmodi. Item qui habent ędificia, calices, vel ornamenta, in numero vel magnitudine exceſſiua. Et qui habent vtenſilia ſuperflua, vel ſupellectilem ad ſtatus ſui exſecutionem non neceſſariam. Violant quoque votum & proprietarij ſunt ſequentes actus exercentes.

Proprietatis actus varij.

Proprietatis actus hi cenſentur. *Primus*, Qui rem aliquam accipit, vel donat contra voluntatem expreſſam, vel probabilem ſui ſuperioris. *Secundus*, Qui 1.
contra talem Prælati voluntatem, rem 2.
communem alijs fratribus, in vſum ſibi ſpecialem aſſumit: vt ſunt libri, veſtes, &c. vel alteri concedit. *Tertius*, Qui 3.
tempore infirmitatis, aut ſanitatis abſcondit clauem aliquam, vel res aliquas, ne Prælatus aliquid ex eis tollat, & prout vult de eis diſponat. *Quartus*,
Si Prælato aliquid de rebus ad vſum 4.
alicuius particularem conceſſis, tollēte, & de eo ad libitum diſponente, contra eum frater turbatur & obmurmurat. Hic peſſimus ſecundum S. Bernar-

dinum proprietarius censendus est, si constans in proposito, & voluntate permaneat rem illam sibi habendi cōtra Prælati voluntatem, cum solus prælatus possit de rebus loci disponere, prout iudicauerit expedire.
5. *Quintus*, Qui claues quorumcunque scriniorum, vbi res ad communitatis necessitatem seruantur, secum extra Monasterium defert, & non vult Prælato assignare: ne eis fratres vti possint, cū expedierit, vel Prælatus posset de eis disponere cum voluerit.
6. *Sextus*, Qui scienter, & in fraudem Prælatorum cellam occludit, è Monasterio recedendo ad aliquod tempus: ita vt aperiri non possit, ne Prælatus de ea ad libitum disponat. *Septimus*, Cum quis libros, vel
7. res quascunque, quibus non vtitur, nec necessarias sibi nunc, vel infra aliquod temporis interstitium, habet: & ab alijs requisitas noluerit ad tempus concedere: hoc enim sibi vsum appropriare est, nisi ad hoc facultatem à suo habuerit superiori. Vel ex rationabili causa eas denegauerit: vt puta quia petens dilapidator est rerum sibi præstitarum.
8. *Octauus*, Si quis coram superioribus suis de re aliqua cum aliquo fratre contendit, contra voluntatem ipsorum

Prælatorum. Quia cum nec in re, nec in eius vsu aliquod habeat ius, eam suorum Prælatorum dispositioni, & voluntati debet relinquere. *Nonus*, Frater qui propria voluntate & importunitate contra agnitam sui superioris voluntatem in loco vel cella aliqua vellet commorari. Et qui item, vt in particulari loco permaneat, obedientiam ei præstitam ad alium locum habitandū, procurat ad preces quorumcunque, reuocari. Hic vtrique proprietarius est loci, si ibi contra sui superioris voluntatem cognitam, permanere vult, intuitu ipsius loci, puta, quia alibi stare non vult. *Decimus*, Qui rem ad vsum particularem concessam, in alium sine debita licentia, saltem probabiliter præsumpta, propria autoritate commutat, aut distrahit, & panem eleemosynarium, vinum, oleum, & huiusmodi in aliud propria autoritate conuertit. *Vndecimus*, Qui vendit, seu vendi facit ligna syluæ, seu fructus, vel olera hortorum, fratrum ipsorum nomine, & autoritate: quia solum ad nudum vsum, non ad dominium, hæc habere possumus. *Duodecimus*, Qui domos donatas, vel ad petitionem fratrum emptas, in quibus ipsi ordinariè non commorantur: pro-

9.
10.
11.
12.

prio nomine, & autoritate alteri locat. *Decimus tertius*, Qui res oblatas vult sibi
13. vi acquirere, vel defendere: aut suo nomine, vel autoritate exigere, vel exigi
14. facere. *Decimus quartus*, Qui contractum quemcunque seu pactum cum obligatione ciuili cum alio facit. Siquidem ex promissa Regula fratres incapaces sunt omnis iuris aliquid habendi: ergo nec ius emendi, vendendi, permutandi, dandi ac habendi habere
15. possunt. *Decimus quintus*, Qui res quascunque, præcipiente Prælato in visitationibus, vel extra, omnia ad vsum fratrum concessa, sibi ostendi, & præsentari; fraudulenter abscondit, & ce-
16. lat, ne ab eis tollantur. *Decimus sextus*, Qui quodcunque temporale pro labore in Ordine, vel extra Ordinem, cum pacto præcedenti, in iudicio propria autoritate recipit: vel pro quacunque re temporali, in iudicio propria autori-
17. tate, & nomine contendit. *Decimus septimus*: Qui eleemosynas pecuniarias contra sui superioris voluntatem de-
18. poni facit, vel expendi. *Decimus octauus*. Qui promissionem alicui facit, seu se alicui obligat, ad aliquid faciendum: vel votum aliquod emittit, licet de cōtraria sui superioris volūtate præsumat.

Actus

Actus proprietatis sunt, propriæ voluntatis, Sicut firmare propositum non obediendi superioribus, licet contra votum paupertatis non sint, & ad prædictos poterunt alij particulares casus reduci, qui in S. Bernardino poterunt videri in fine Tractatus de obedientia fratrum Minorum. Recensentur autem hoc modo.

Violant votum & proprietarij sunt, 1.
Qui rem quamcunque, aut à quocunque donatam Prælato in fraudem celant: vel cum præcipit vt reddatur, vel alteri concedatur aut detur, non statim reddunt. Qui vsum rerum communi- 2.
tatis in proprium vsum commutant, aut alijs dant sine licentia Prælatorum. Qui abscondunt clauem, ne Prælatus quicquam tollat, aut aliud disponat: & 3.
si quid tollitur, turbantur & murmurant. Qui deliberatè eo sunt animo, vt 4.
si quid tolleretur aut repeteretur, non statim acquiescerent. Item peccant in votum, Qui Missam celebrant pro pecunia, quando fratres tunc pro tempo- 5.
re præsenti, vel de proximo imminenti, non habent necesse recurrere ad amicum spiritualem, vt aliquid soluatur aut ematur. Qui eleemosynam pro ne- 6.
cessitate depositam, aut datam nolunt

magno labore & exercitio; Non enim idem eiusdem speciei cibus diuersis personis, diuerso tempore, diuersis locis erit eiusdem saporis, nam qui in vna regione est delicatus, poterit in alia esse vilis & sic deinceps; Si aliter attentarent concedere, eorum concessio seu dispositio nihil valeret, cum contra facultatem eis à summo Pontifice factã disponant. Conditiones autem, quæ vsum rerum concessarum licitum reddunt hæ sunt, vt vsus paupertatem non excedat, & quod talis vsus sit reuocabilis & determinatus. Reuocabilis, inquam, quia subditi Religiosi voluntas debet semper Prælatorum suorum voluntati esse subiecta, vt quando ipsi Prælati mandauerint, rem concessam resignet; Determinatus insuper, quia res vtibilis debet determinari pro hoc, vel illo, & honesto exercitio seu aliqua necessitate, statui, officio, seu personæ cui fit concessio expedienti, & non generaliter. Prælatus qui generaliter dispensaret cu quam de vsu rerum esset infidelis & iniustus, abutens potestate tradita in ædificationem in destructione. Et multo magis de conquirẽda pecunia peccaret mortaliter, & esset præuaricator Regulæ, & occasio peccati mor-

mortalis ſubditorum. Qui aliquam rem abſque licentia Prælatorum, ad vſum ſuum recipit, vel alteri dat peccat mortaliter contra votum obedientiæ renitente & contradicente Prælato. Proprietatis crimen incurrit qui rem furtiuè ſurripit., abſcondit & retinet. Et ſicut cuiuſque rei corporalis ſeu incorporalis proprietas, omnibus contractus proprietatem importans fratribus omnibus prohibetur, ſic etiam appropriatio in vſu rei illicito ipſis prohibetur ex Regula, quæ fratribus inhibet, nil ſibi appropriare. Quare nullus ſibi frater vſum rei ſic vendicare debet, vt per hoc voluntariæ ſuperioris diſpoſitioni, vel fraternę, vt charitas exigit, communicationi præiudicet. Prælatus ſemper rem conceſſam repetere debet, maior eſt fructus in cõmunicatione rerum quam cupiditatis, in appropriatione, ergo libris proprijs Prælato deuegante non vtantur, nec ſpecialia loca vſurpent. Et ſuper omnia caueant fratres, ne aliquando Religionem peſtis illa ingrediatur: vt ſpecialia loca, ſeu Cuſtodias, aut Prouincias ſibi vſurpent: vt vix extra eas fieri patiantur, nec alios ad ipſas venire ſuſtineant. Hæc enim peſtis charitatem

fraternam expellit, & fratres Prouinciarum suos, appropriato nomine appellat: alios verò extraneos reputat, vt hospites suos curat, alios expellit & fugat: ideo tamquam letali pesti ostiũ ei occludendum est, ne aliquando Ordinem ingrediatur. Vbi enim hæc pestis præualet, multa zelo patriæ in præiudicium charitatis, communitatis, pacis, & puritatis contingunt. Libertas item & disciplina Ordinis impeditur: vt vix extra patriam & notos quis sine graui scandalo & confusione possit transmitti. At secundum Regulam viuentes, se vbique peregrinos, sicut eos Regula vocat, & aduenas esse in hoc sæculo considerantes: cælestem sibi patriam, non terrenam vendicare contendunt: hic tanquam in aliena terra, humiliter conuersantes. Nam licet domorum, & aliarum rerum vsus nobis licitus sit: tamen tam domorum, quam rerum omnium, & ipsarum vsus, nobis appropriatio vitiosa est, & ex Regula prohibita. Vna omnium nostrum obedientia sub vno capite vnum ex omnibus nobis collegium facit, & fratres constituit omnes. Appropriatio autem non patitur Vnitatem. Ille sibi vsum appropriat, qui non ex Præ-

Prælati obedientia, ſed contra eius voluntatem vult vſum ſibi habere, vſus fratribus licitus, non eſt vſus quarumcunque & quantarumcunque rerum, ſed tantum neceſſariarū. Omnis ſuperfluitas fratribus interdicitur, hæc autem attenditur in Numero, magnitudine, in ſumptu, & decore: In numero duo ſuperfluunt, ſi vnum ſufficit. In magnitudine, magnū ſuperfluit, ſi ſufficit paruum. In ſumptu, ſumptuoſum, ſi ſatis eſt vile. In decore ſpecioſum, ſi ſufficit deſpicabile, omnia quæ in vſum fratrum, qui altiſſimæ paupertatis profeſſores ſunt, aliquando veniunt; habeant paupertatem, vtilitatem & aſperitatem, quæ diuitum affluentiæ, decori & mollicieí opponuntur. Semper ſit quo ad Dominium omnimoda abdicatio, & in vſu neceſſitas. Nil fixū & ſtabile vnde viuant habeant, nec abundātem ſed pauperem rerum vſum colant. D. Franciſcus, paucos libros volebat haberi in communi ad neceſſitatem indigentium paratos, odiebat domorum arrogantiam, & exquiſita vtenſilia abhorrebat, voluit vt omnia paupertatem clamarent: omnia peregrinationem & exilium decantarent. Noluit quod fratres in domibus vel

Ecclesijs, vel hortis, vel alijs rebus quibus vtebantur, modum excederēt paupertatis, nec aliqua loca iure proprietatis possiderent, sed in eis semper tanquā peregrini & aduenæ morarentur, hæc fuit intentio ipsius S. Patris vsque ad finem, vt paupertas in omnibus seruaretur. Ita fratres eius nec reditus, nec possessiones vel eorum vsum recipere vel habere possunt, nisi tantum hortorum pro necessarijs hortalitijs, & ad eorum recreationem: & domorum ad inhabitandum, dummodò sint competentes & paupertatem nostram non excedant. Incerta debet esse mendicitas, quæ victum præbeat Religiosis mendicātibus. Possessionum nomine, non tantum agri, vineæ, viridaria & domus: sed omnia quæ successiuè fructificant, intelliguntur, vt armenta ouium, vaccarum, iumentorum, &c. propterea nec sues, nec apes, nec columbas, nec gallinas, & cætera huius generis, fratres habere possunt; siue ipsi hęc habeant, siue alij pro ipsis ad eorum subleuandas necessitates: tamen gallinas aliquas nutrire, ad habenda pro infirmis oua recentia nostræ paupertati non videtur derogare, dummodò non ad superfluitatem, sed tantum

ad

ad necessitatem fiat, & caueatur scandalum.

Fratres non possunt esse hæredes aut successores defunctorum, cum incapaces sint omnis ciuilis iuris, vt nec sibiipsis in speciali, nec Ordini in communi quicquam acquirere valeāt. Si causa pia apponitur, vt, dicta hæreditas vendatur, & in necessitates ipsorum fratrum conuertatur, tenet & est validum testamentum, quo ad causam piam ibi appositam. Quod verò attinet ad particularia legata, quæ fratribus relinquuntur, benè poterunt huiusmodi legata si indigeant acceptare. Est enim Legatum donatio, vel eleemosyna quædam à testatore relicta, & ab hęrede seu executoribus testamenti post mortem testatoris præstanda, dummodo talia eleemosynaria legata modo congruó & licito nostro statui & in quantitate moderata, relinquantur. Moderata quantitas non à Guardianis & Cōuentibus, sed à Ministris & Custodibus censebitur, & determinabitur, & erit moderata quantitas, quando solum id acceptatur, quod imminens necessitas requirit, & non plus. Et quod superest vltra imminentes fratrum necessitates, fratres petere non debent, donec nouæ

emergat necessitas: Ita vt nunquam recipi possit, si nunquam superuenerit necessitas. Non enim thesaurizare debent fratres, sed petent eleemosynaliter tantum, & non aliter, & hoc intelligendo de modico tempore, non de tempore in tempus, prout requirit necessitas. Nam si in perpetuum prouideretur, excluderetur necessitas. Si vitæ necessaria ex quotidianis mendicationibus commodè inueniri non possent, licitum est tunc fratribus congregationes in futurum rerum necessariarum facere frumenti, scilicet, vini, olei, leguminum, &c. dummodo tales prouisiones moderatæ in diuturnitate, & quantitate fiant, cauēdo semper scandalum.

Contra hoc caput peccant, qui permittunt se institui hæredes, vel reditus annuos recipiunt. Item qui curijs assistunt & litibus, dum de rebus agitur in eorum vsum conuertendis. Item qui miscent se executionibus testamentorum, aut dispositioni vsurarum & iniustè ablatorum. Consilium tamen dare licet. Item qui habent vineas vel hortos, vt colantur, & hortalitia vendantur, vel ad talem vsum legata recipiunt. Item qui granaria vel cellaria habent, vnde viuere sine mendicatione possent,

quo-

quotidiana, quod relinquitur iudicio & conscientiæ Ministrorum cum consilio discretorum quorum super hoc conscientiæ onerantur, Item qui alunt armenta ouium & fructificantes bestias, vt sues, apes & huiusmodi. Item qui habent ędificia, calices, vel ornamenta, in numero vel magnitudine excessiua. Et qui habent vtensilia superflua, vel supellectilem ad status sui exsecutionem non necessariam. Violant quoque votum & proprietarij sunt sequentes actus exercentes.

Proprietatis actus varij.

Proprietatis actus hi censentur. *Primus*, Qui rem aliquam accipit, vel donat contra voluntatem expressam, vel probabilem sui superioris. *Secundus*, Qui 1.
contra talem Prælati voluntatem, rem 2.
communem alijs fratribus, in vsum sibi specialem assumit: vt sunt libri, vestes, &c. vel alteri concedit. *Tertius*, Qui 3.
tempore infirmitatis, aut sanitatis abscondit clauem aliquam, vel res aliquas, ne Prælatus aliquid ex eis tollat, & prout vult de eis disponat. *Quartus*, 4.
Si Prælato aliquid de rebus ad vsum alicuius particularem concessis, tollēte, & de eo ad libitum disponente, contra eum frater turbatur & obmurmurat. Hic pessimus secundum S. Bernar-

dinum proprietarius censendus est, si constans in proposito, & voluntate permaneat rem illam sibi habendi cōtra Prælati voluntatem, cum solus prælatus possit de rebus loci disponere, prout iudicauerit expedire. *Quintus*, Qui claues quorumcunque scriniorum, vbi res ad communitatis necessitatem seruantur, secum extra Monasterium defert, & non vult Prçlato assignare: ne eis fratres vti possint, cū expedierit, vel Prælatus posset de eis disponere cum voluerit. *Sextus*, Qui scienter, & in fraudem Prælatorum cellam occludit, è Monasterio recedendo ad aliquod tempus: ita vt aperiri non possit, ne Prælatus de ea ad libitum disponat. *Septimus*, Cum quis libros, vel res quascunque, quibus non vtitur, nec necessarias sibi nunc, vel infra aliquod temporis interstitium, habet: & ab alijs requisitas noluerit ad tempus concedere: hoc enim sibi vsum appropriare est, nisi ad hoc facultatem à suo habuerit superiori. Vel ex rationabili causa eas denegauerit: vt puta quia petens dilapidator est rerum sibi præstitarum. *Octauus*, Si quis coram superioribus suis de re aliqua cum aliquo fratre contendit, contra voluntatem ipsorum

5.

6.

7.

8.

Prælatorum. Quia cum nec in re, nec in eius vsu aliquod habeat ius, eam suorum Prælatorum dispositioni, & voluntati debet relinquere. *Nonus*, Frater qui propria voluntate & importunitate contra agnitam sui superioris voluntatem in loco vel cella aliqua vellet commorari. Et qui item, vt in particulari loco permaneat, obedientiam ei præstitam ad alium locum habitandū, procurat ad preces quorumcunque, reuocari. Hic vtique proprietarius est loci, si ibi contra sui superioris voluntatem cognitam, permanere vult, intuitu ipsius loci, puta, quia alibi stare non vult. *Decimus*, Qui rem ad vsum particularem concessam, in alium sine debita licentia, saltem probabiliter præsumpta, propria autoritate commutat, aut distrahit, & panem eleemosynarium, vinum, oleum, & huiusmodi in aliud propria autoritate conuertit. *Vndecimus*, Qui vendit, seu vendi facit ligna syluæ, seu fructus, vel olera hortorum, fratrum ipsorum nomine, & autoritate: quia solum ad nudum vsum, non ad dominium, hæc habere possumus. *Duodecimus*, Qui domos donatas, vel ad petitionem fratrum emptas, in quibus ipsi ordinariè non commorantur: pro-

9.
10.
11.
12.

Actus proprietatis sunt, propriæ voluntatis, Sicut firmare propositum non obediendi superioribus, licet contra votum paupertatis non sint, & ad prædictos poterunt alij particulares casus reduci, qui in S. Bernardino poterunt videri in fine Tractatus de obedientia fratrum Minorum. Recensentur autem hoc modo.

Violant votum & proprietarij sunt, 1.
Qui rem quamcunque, aut à quocunque donatam Prælato in fraudem celant: vel cum præcipit vt reddatur, vel alteri concedatur aut detur, non statim
reddunt. Qui vsum rerum communi- 2.
tatis in proprium vsum commutant, aut alijs dant sine licentia Prælatorum.
Qui abscondunt clauem, ne Prælatus
quicquam tollat, aut aliud disponat: & 3.
si quid tollitur, turbantur & murmu-
rant. Qui deliberatè eo sunt animo, vt 4.
si quid tolleretur aut repeteretur, non statim acquiescerent. Item peccant in votum, Qui Missam celebrant pro pe-
cunia, quando fratres tunc pro tempo- 5.
re præsenti, vel de proximo imminenti, non habent necesse recurrere ad amicum spiritualem, vt aliquid soluatur
aut ematur. Qui eleemosynam pro ne- 6.
cessitate depositam, aut datam nolunt

expendere, sed per modum prouidentiæ in futurum, aut thesaurizationis,
7. reseruant, quærentes interim alia. Qui rem habitam reseruant superfluè, aut reponunt, nolentes vti ne destruatur,
8. & vt in futuro sibi non deficiat. Qui pecuniam à dantibus in dando specialiter ad certos vsus deputatam, commutari faciunt in alios vsus, sua autoritate, contra expressam voluntatem
9. donantium. Qui ea quæ ad obsequium mortuorum dantur, vel similia, vendunt, aut in aliud commutant suo nomine & autoritate, præter voluntatem & autoritatem Procuratorum Papæ aut dantium.

D. Franciscus Sanctam Paupertatem Dominam sibi elegit, quam fratribus præ cæteris virtutibus summè commendauit, in Regula dicens. *Hæc sit portio vestra, &c.* Et ideo vult B. P. suos esse paupertate contentos, nam antiqui milites vt expeditius militarent, terrenas facultates contemnebant, sic & fratres terrena, corruptibilia & caduca relinquunt, vt purius viuant, rarius cadant, velocius surgant, cautius incedant, securius quiescant, frequentius irrorentur, citius purgentur, confidentius moriantur, copiosius præmientur.

Chri-

Christi filij Dei verbo adhoc incitãtur, ipsius exemplo firmantur, qui pauper nasci, viuere, & mori voluit. *Beati tamen pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*: Matth. 5. Quod quidem Regnum tanto est vtilius quanto fœcundius: tanto securius, quanto sublimius; tanto iucundius; quanto lucidiùs; tanto nobilius quanto à nobilioribus possidetur. Ad quod nos perducat, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

CAPVT VII.

SAnctus pater Franciscus, capite septimo Regulæ agit de absolutione & remedio peccatorum sacramentaliter confessorum, Nam de visitationibus & correctionibus in foro iudiciali capite decimo tractat. Patet etiam quod tantum de peccatis mortalibus hic agat, quoniam venialia reseruare non expedit, nec reseruari possunt. Et licet Regula de peccatis mortalibus indistincte loqui videatur; tamen de manifestis tantum reseruatis peccatis est hic sermo, non de occultis. Quia contra ius diuinum & naturale esse videtur, talis coacta occultorum reuelatio, & quia

& quia Regula mandat, quod frater peccatum suum detegat Ministro etiã si non sit sacerdos: quod de occulto, de quo nulla præcessit suspicio, intelligi non potest, Quandoquidem credendũ non est; voluisse Patrem sanctum pręcipere, peccatum occultum, & soli peccanti notum, extra forum sacramentalis confessionis debere detegi, cum esset occasio multorum scandalorum. Tum insuper, quia in ipsa Regula dicitur, quod cauere debent Ministri, ne irascantur, & conturbentur propter tale alicuius peccatum. Constat autē quod ira & conturbatio non sit de secretis peccatis sacramentaliter confessis, sed de publicis; dignis iracundia quæ scãdalosa esse solent. Et adhuc quia non videtur Regula loqui de pænitentia secreta per solum sacerdotem Confessarium secretè iniungenda; sed potius de pœnitentia solemni, seu publica, (vt antiquitus imponi solebat,) à Confessario iuxta taxationem Ministri applicanda. Hoc enim verba illa Regulæ indicant; *Ministri vero si presbyteri non sunt, pænitentiam iniungi faciant, per alios sacerdotes Ordinis sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire.* Ex his clare patet, quod de peccatis publicis, & pænitentia

tia publica hic agitur, Et insuper quod de recursu pro eorundem absolutione sacramentali, publicorum peccatorū, est sermo. Nam si de pænitentia in foro tantum iudiciali hic tractaretur: nō esset necessarium, vt Ministri, qui sacerdotes non sunt, id per sacerdotes Ordinis effici, & adimpleri curarent: cum per seipsos idipsum efficere possent, Nec putes dicente Regula ad Ministros Prouinciales esse recurrendum, per hoc Ministrum Generalem excludi, Sed ideò Ministri Prouinciales nominantur, quia ipsi ferè semper suis Prouincijs sunt assistentes. Duo erunt tractanda in hoc capite, Primo de cōfessione in genere, Secundo de casibus reseruatis.

Quantum ad primum, de tempore & modo, quando & quomodo Confessio sit instituenda. Cōfitendum est. Quando peccator est in periculo mortis probabili: siue ratione belli, siue ratione tempestatis, aut alterius cuiusq; periculi Ratio est, quia iure diuino teneantur peccatores, confiteri, si veniā peccatorū à Deo cōsequi volunt, & finaliter saluari: qui igitur in articulo mortis constitutus, habens sacerdotis copiam confiteri non vult: dignus est, qui

in pec-

in peccatis sine remissione decedat: Ideo iubetur Medicis, vt inprimis faciant ægrotantem confiteri. Et huius gratia conceditur, vt quilibet sacerdos etiam simplex, possit absoluere eos, qui in huiusmodi periculis sunt constituti. Cui primo casui addi potest alius, si quis, scilicet, cibum aliquem, aut medicinam sumere compellitur: vnde verisimiliter, & probabiliter timetur, quod in perpetuam, seu diuturnam incidet dementiam. Hic enim tunc iure diuino tenetur confiteri: alioquin exponit se periculo, decedendi sine confessione, & beneficio absolutionis, cui periculo obuiare tenetur. *Secundus* casus est, quando peccator ad præsens copiam habet sacerdotis: & verisimiliter timet quod postea tempore debito, hanc non habebit opportunitatem confitendi: Tunc si peccatis mortalibus astringitur, tenetur ea confiteri, nō expectato tempore a iure definito: tum etiam vt sit integra Confessio: quæ forsan non erit integra si perpetrato peccato confiteri diu differat, quia obliuisci poterit peccati, vt tēpore confessionis illud ob obliuionem non confiteatur, & sic non integra, sed imperfecta erit confessio. *Tertius* casus

sus est, quando conscientia dictat, peccatorem ad confessionem teneri. Qui enim habet conscientiam, qua putat, quod teneatur hodie confiteri; hodie cōfiteri cogitur, alioquin ageret cōtra conscientiam & ad gehennā ędificaret. *Quartus* casus est, vbi sacra suscipienda est Eucharistia & suscepturus conscius sibi sit mortalis peccati, quantumuis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere non debet. *Quintus* casus est, vbi aduenerit tēpus ab Ecclesia statutum. Quod licet illi stando; iuri solummodo determinatum appareat, semel in anno debere confiteri: & nulla certa pars anni ad confitendum designetur: tamen stando consuetudini & communi hominum intelligentiæ, & statutis prouincialibus, idem videtur tempus esse institutum ab Ecclesia, pro Confessione & Eucharistia, nempè quod in tempore Quadragesimali, vbi Eucharistia est sumenda, confessio debeat præcedere. Vnde habet vsus, quod Curati certiores reddant Prælatos, qui nam in Quadragesima vniuscuiusque anni fuerint confessi. Itaque consuetudo interpretatur statutum, quantum ad tempus

multa superbia, vana gloria, & sine deuotione & feruore dixerit.

Secundò, de inobedientia, quia non obediuit præceptis Dei, Regulæ, Prælati, Magistri, & spiritus sancti, vel bonis inspirationibus Dei: quia non dilexit Deum ex toto corde, voluntati eius resistendo; nec proximum in prosperitate eius gaudendo, & in aduersitate compatiendo, quia non obediuit Regulæ in paupertatis zelo, & in visitatione infirmorum, vel non obediuit humiliter, libenter, hilariter, simpliciter, perseueranter, prudenter, festinanter, sed fecit contrarium.

Tertiò, de tempore malè expenso in otio, in somno, in occupatione inutili, vt audiendo verba vana, otiosa & nociua, ad risum prouocantia, vel parum fructuosa; relicto maiori bono expendendo tempus aptum orationi vel contemplationi, in rebus parui valoris & in multo tempore parum boni faciendo.

Quartò, de ingratitudine, erga Deum Beatam virginem, sanctos Angelos, Beatum Franciscum, & omnes Sanctos, parentes, & magistros, patres, fratres & benefactores, & tam hoc quantum ad bona temporalia, puta pacem victum

victum & vestitum: & corporalia: puta sanitatem & robur, ac integritatem, sensuum interiorum & exteriorum; quam etiam spiritualia, temporalia, & æterna: scilicet, beneficium creationis, redemptionis, conseruationis, gubernationis, vocationis, custodiæ angelorum, sanctarum inspirationum, doctrinarum, exemplorum, sacramentorum, loci, temporis, societatis, & omnium oportunitatum benè agendi: præseruationis à malis temporalibus, spiritualibus, & æternis.

Quintò, de negligentia, torpore, & omissione sanctorum desideriorum, orationum mentalium & vocalium, cæremoniarum, inclinationum, officiorum orandi pro benefactoribus & amicis, de obliuione peccatorum in confessione, & aliarum circumstantiarum confessioni debitarum, quia non habuit tantam memoriam & displicentiam peccatorum, tantum propositum vitam emendandi. De amissione pœnitentiarum iniunctarum in confessione & capitulo, de negligentia veniendi ad communitatem.

Sextò, de peccatis cordis, puta de superbia, præsumptione, vanagloria, ambitione, aliorum contemptu, de temerarijs

merarijs iudicijs & suspitionibus, de ira, de impatientia, tristitia, odio, rancore, de inuidia, & de malis cogitationibus luxuriæ, vel mundialium, guerrarum patriæ, parentum, secularium rerum, & de omni affectione terrena & cordis immunditia.

Septimò, de peccatis oris, de fractione silentij, de verbis otiosis, de detractionibus, murmurationibus, de iactātia, de verbis simulatorijs, de contentionibus, de risu & cachinnis.

Octauò de peccatis operis, de somno de pollutionibus, de rebellionibus carnis, de aspectibus & discursibus, de libenti auditu verborum scurrilium, detractionum, & aliorum malorum & uanorum: de excessu in commedendo & bibendo nimis auidè, curiosè, attentè, festinanter, ardenter, desiderando meliora: de malis exemplis & perturbationibus datis fratribus & seculari bus de irreuerentia ad Deum, ad Ecclesiam, ad Altare, ad Sacramenta Ecclesiæ, ad libros, ad patres & fratres &c. Item de modico quem habet de peccatis suis dolore: quia non dolet de offensis sicuti decet, & de alijs culpam dicat sicut conscientia eum reprehendit: & quando hæc omnia clarè expres-

ta illud. Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, Sacerdos autem non potest peccata remittere, nisi præcognita, præcognoscere non potest, nisi præuia confessione: igitur necessaria est peccatorum confessio; Certum item est, nullum non habentem iurisdictionem super pœnitentes, & peccata: quempiam absoluere posse, Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit, vt sententia in subditos duntaxat feratur: persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse, Synodus hęc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quã sacerdos in eum profert in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem: Magnoperè verò ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis patribus nostris visum est, vt atrociora quædam, & grauiora crimina non à quibusuis, sed à summis duntaxat sacerdotibus absoluerentur. Vnde meritò Pontifex Maximus pro suprema potestate, sibi in Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas criminum grauiores suo potuit peculiari iudicio reseruare. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ à Deo

ſunt, ordinata ſunt, quin hoc idem Epiſcopis omnibus in ſua cuique diœceſi, in ædificationem tamen, non in deſtructionem, liceat, pro illis in ſubditos tradita ſupra reliquos inferiores ſacerdotes, autoritate, præſertim quo ad illa; quibus excommunicationis cenſura annexa eſt. Hanc autem delictorum reſeruationem, conſonum eſt Diuinæ autoritati, non tantum in externa politia, ſed etiam coram Deo, vim habere. Rom. 13. Veruntamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis: atque ideo omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt; extra quem articulum ſacerdotes cum nhil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores, & legitimos iudices pro beneficio abſolutionis accedant.

Et quia, Abſolutio eſt ſententia lata in fauorem, & gratiam confitentis: in cauſa quæ erat inter peccatorem & Deum. Eſtque actus iudicialis, qui vt validus ſit, à iudice competente, iuriſdictionem habente, debet ferri; alioquin ſenten-

ſententia à non ſuo iudice lata, nulla eſt de iure, ideo eſt neceſſe, vt quiſque confiteatur peccata ſua potenti illa abſoluere, ſi illa à Deo ſibi ignoſci deſideret, & talium abſolutio non aliundè, hoc eſt extra ordinem, ſed intra ordinem requiratur, ad quod à Regula arctantur fratres. Reſeruati caſus Miniſtro pro toto Ordine in Capitulo generali, pro Prouincijs autem in Capitulis prouincialibus à Miniſtris ſecundum qualitatem & numerum ordinari debent, nam Regula dicit, *Si qui fratrum inſtigante inimico, mortaliter peccauerint: pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurrant ad ſolos Miniſtros &c.* Et licet Regula de ſolis publicis criminibus loquatur: poterunt tamen prædicti, caſuum, ſeu criminum etiam occultorum ſibi abſolutionem reſeruare, vt Prælatis videtur opportunum, Hodie verò circa caſus Miniſtris reſeruatos obſeruanda eſt conſtitutio Clementis Octaui, quæ hic ad verbum inſeritur, vt ſequitur.

DECRETVM S. D. N. CLEmentis Papæ VIII. Super Casuum reseruatione, ab omnibus regularium Superioribus obseruandum.

Decretum S. Pontificis, pro omnibus regularibus.

SAnctissimus Dominus noster, qui iam pridem accuratè perpendit, ac re ipsa comperit, quod reseruatio facultatis, absoluendi Religiosos pœnitentes à quibusdam peccatis grauioribus, nisi Superiores admodum prudenter ac moderatè illa vtantur, nonnullos inferiores, qui interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem; ideo vt huic malo sua sanctitas opportunè prospiceret, decreuit, vt nemo Regularium superiorum, peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis ijs quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquibus, prout subditorum vtilitati expedire, prudenter in Domino iudicauerint. 1. Veneficia, incantationes, & sortilegia. 2. Apostasia à Religione siue habitu dimisso, siue retento: quando eo peruenerit vt extra septa Monasterij, seu conuentus fiat egressio. 3. Nocturna

Casus reseruati.

ćturna ac furtiua è Monasterio seu Cõuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta, 4. Proprietas contra 4.
votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale. 5. Lapsus carnis voluntarius, 5.
opere cõsummatus. 6. Occisio aut vul 6.
neratio, seu grauis percussio cuiuscũq; personæ. 7. Malitiosum impedimentũ, 7.
aut retardatio aut apertio litterarum, à superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad superiores. 8. Iuramen- 8.
tum falsum in iudicio regulari seu legitimo. 9. Procuratio, auxilium, seu 9.
consilium ad abortũ faciendum, post animatum fœtum, etiam effectu non secuto. 10 Falsificatio manus, aut sigilli, officialium Monasterij aut Conuen- 10.
tus. 11. Furtum, de rebus Monasterij seu 11.
Conuentus in ea quantitate quæ sit peccatum mortale, & hic casus intelligitur etiam de rebus alicuius vsui concessis. Si quod aliud præterea peccatum graue, pro Religionis conseruatione, aut pro conscientię puritate, reseruandum iudicabitur: id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia matura discussione & consensu. Non liceat Superioribus Regularium, subditorum confessiones audire: nisi

quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte aut proprio motu, id ab eis petierint. Superiores in singulis domibus, deputent duos, aut tres aut plures Confessarios, pro subditorum numero maiori, vel minori, iique sint docti, prudentes ac charitate præditi, qui à non reseruatis eos absoluant: & quibus etiam reseruatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius iudicauerit. Tam superiores pro tempore existentes, quam Confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorũ peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorum gubernationem vtantur. Licebit tamen, Superioribus determinare pœnitentias graues, quibusdam peccatis etiam non reseruatis, à Confessarijs imponendas, quæ subditos ab huiusmod. perpetrandis cohibere possint. Atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicunque illi sint obseruari mandauit. Non obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis Concilij & generalis decreti, nec non consuetudinibus.

bus & ab immemorabili ſemper obſeruatis: aut regulis in Generalibs, ſeu Prouincialibus capitulis editis, ſtatutis, & conſtitutionibus etiam Apoſtolica autoritate confirmatis, priuilegijs, indultis & conceſſionibus quibuſcunque: quorum tenores hic pro expreſſis haberi voluit, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque, Datum Romæ apud S. Petrum die 26. menſis Maij.1593. Hāc conſtitutionem inſerui, vt cognoſcāt Guardiani & Prælati Miniſtris inferiores, indultum Martini ſexti quod antiquioribus ſtatutis inſertum fuit, hac cōſtitutione eſſe infirmatum, & ſtatutum recognitum ſtat. 6. ſ. 22. & 23. poſthac ſeruandum eſſe.

Circa caſus reſeruatos modus hic obſeruandus eſt. A Miniſtris & ab ipſorum poteſtatem habentibus requirenda eſt Abſolutio, aliter erit irrita, inanis & abſolutio nulla, cum ſententia à non ſuo iudice lata, non teneat. Excommunicatus excluſus eſt à diuinis, & pręſertim à ſacramentorum perceptione: pœnitens ergo volens abſolui, ſi fuerit in excommunicatione abſoluatur ab illa, ab eo qui hoc faciendi poteſtatem habet, alioquin abſolutio tam à reſeruatis quam non reſeruatis,

erit nulla, si non fuerit in excommunicatione & confiteatur alicui, qui non habet absoluendi à reseruatis potestatem, absoluatur à peccatis non reseruatis, reseruata Confessarius obseruet, donec scribat aut loquatur pro acquisitione potestatis ipsum absoluendi; quam si obtinuerit absoluat illum in nomine Domini: sin minus, pœnitens accedat habentem potestatem, confiteatur reseruata, & humili deuotione submittat se satisfactioni, iste est absoluendi modus pro secularibus & fratribus. Dolendū est de peccatis quatenus sunt Deo offensiua, & laborandum est, vt peccator liberetur à ligatura qua in peccatis constringitur, & à præcepto quo ligatur ad confitendum sua crimina, illis duobus funibus quisque peccator constrictus est. Toties pœnitens peccat mortaliter, quoties habita opportunitate, superiori aut eius vices gerenti non confiteatur reseruata, cum præsertim ab inferiori hac ligatura & lege fuerit absolutus, quæ à pœnitente acceptata est, vt petat absolui à nō reseruatis, & reseruata prima data opportunitate promittat velle confiteri habenti potestatem absoluendi. Sicut enim Vouere libertatis est: redditio autem

facti

facti voti necessitatis præcepti: Liberum est quoque cuiq; vt inabsolutus abire queat, & vt acceptet pœnitentiam à Cõfessario impositam; acceptata autem necessitatis est adimplere; cũ ergo pœnitens debeat pro reseruatis à quibus ab assignato (qui proprius dicitur) Confessario, absolutus non fuerit, cum non habuerit potestatem, accedere Superiorem, fiat hoc sine mora.

Contigit aliquando Ministrum & eius vices gerentem non adesse, cum frater inaduertanter peccatum reseruatũ admittit: ne propterea aliqua infamiæ notam incurrat & à celebratione quotidiana Missarum, vel à sacra recipienda Eucharistia impediatur, proprio Confessario, qui super illum ordinariam habet iurisdictionem absoluendi ex officio: vt Guardianus, qui ad curam animarum suorum subditorum eligitur: vel qui habet super illum delegatam & commissam iurisdictionem, vt sunt cæteri sacerdotes qui in Confessarios à prædictis Guardianis instituuntur, & à Prouincialibus secundum statuta sunt admissi, omnia peccata sua tam reseruata quam non reseruata confiteri potest, & à Confessario ab omnibus absolui; si promittit

se velle pro seruatis accedere habentē soluendi potestatem, sin contradicat, non absoluatur.

Cum toties, *intra Ordinem*, dictum sit, hoc obseruandum est. Fratres simplices, confitentur illi, qui eis à Guardiano est assignatus, Generalis, Prouinciales, Guardiani, cui voluerint Confessario se subijcere possunt; omnes tamen tam Superiores quàm inferiores non possunt sacerdotibus sæcularibus seu alterius Ordinis confiteri, cum fratres sui iuris non sint, & absque suorum licentia, & eo magis ipsis contradicentibus non valeant seipsos sacerdoti quem maluerint subijcere. Bonifacius octauus: Inhibemus vniuersis fratibus vestri Ordinis, ne aliquis eorum nisi in necessitatis articulo alijs quam Prælatis suis, peccata sua confiteri presumant, vel alijs sacerdotibus eiusdem Ordinis, secundum Regulam, & ipsius ordinis statuta. Ex quo colligitur, ne dum nobis omnibus esse prohibitum extra Ordinem confiteri: sed etiam ex consequenti, Ministris etiam Generali prohiberi, ne alicui sacerdoti, qui nostri Ordinis non sit, facultatem facere possint, audiendi fratrum confessiones: cum ex Papali prohibitione generaliter prohibeatur, ne extra

Ordinem confiteri possimus. Quare nec de Prælatorum licentia possent nostri ordinis fratres, extra Ordinem confiteri: nisi in necessitatis articulo, & nostri ordinis fratres non adessent. Ex Regula prohibetur, ne fratres de reseruatis extra ordinem confiteantur: nisi in mortis periculo, deficientibus sacerdotibus Ordinis, nam talia peccata, extra Ordinem detegere, posset in infamiam ordinis redundare; Et quicunque contra præceptum & formam Regulæ, per sedem Apostolicam approbatam præsumeret confiteri, nō pœnitens; sed inobediens censeretur, nec peccata dilueret, sed augeret. Non enim possunt Prælati in hoc dispensare, cum non habeant facultatem super Regulam, nisi in casu veræ necessitatis, vbi ipsa necessitas dispensat.

In articulo mortis si haberi nō possit copia proprij sacerdotis, potest quisq; per quemcunq; (modo hæreticus nō sit) sacerdotem, absolui, à quibuscunque peccatis etiā summo Pontifici reseruatis, & a quacunq; excommunicationis cēsura. Articulus mortis accipiēdus est, vt intelligatur quando mors est in fieri, vel per infirmitatem, vel ministerio iustitiæ; & etiam articulus mortis su-

mitur, quando quis reperitur in tali statu, in quo æquè indifferenter solent cõmuniter homines mori; sicut & inde euadere, vt est in naufragio, in actu belli, & similibus. In puniendis fratribus, misceatur semper lenitas cum seueritate, misericordia cum iustitiæ zelo. Imò sic prudenter & fideliter in ijs Ministri se habere debent: vt nullo modo eam pœnitentiam iniungant, ex qua aliqua oriri possit suspicio apud fratres in præiudicium sigilli confessionis. Esset enim hoc contra ius naturale, diuinum & humanum, ideo abstinere omninò debent ab actione quacunque quæ in præiudicium sigilli esse possit. Sigillum confessionis dicitur id debitum vel vinculum quo ligatur Sacerdos, ne reuelet ea quę in Confessione audiuit: nam sicut id quod sigillo munitum est, aggressioni non patet, & tectum ac tutum est; ita & debitum quo sacerdos tenetur celare & tegere ea quæ in Confessione audiuit, metaphoricè sigillum vocatur, vt silentio tectum nulli vnquam pateat. 1. Sigillũ confessionis est de iure naturæ debitum, nam naturæ iura præcipiunt, vt quis seruet secretum quod ei committitur, *Qui ambulat fraudulenter, reuelat*

arcana:

arcam: qui autem fidelis est, celat amici cōmissum. Pro. 11. & iure naturæ debemus proximo, quæ nobis ab eo fieri volumus. Matth. 7. Sed quiuis desiderat secretum quod alij committit non publicari: ergo & ipse debet, quod sibi est commissum secretè seruari. Sacerdos per suum officium, spondet non solum homini, sed Deo summa fide confessionem habere in pectore reconditam, imò consultissimum est in confessione audita obliuioni tradere: quæ enim nouit sacerdos in Confessione non scit vt homo, sed vt minister Dei, & ideò tenetur seruare secreta, vt Deus seruat. Sic & qui reperit scripturam in qua notata sunt alicuius peccata, eius memoriæ iuuandi causa, & reuelat, peccat, quia inscripta fuerant eo animo, vt clam tenerentur. Et qui aperit alienas literas clausas, is enim falsarius dicitur. 2. Hinc etiam sequitur quod sigillum confessionis sit iure diuino debitum, nam quæ in Sacramentis exterius geruntur, signa sunt eorum quæ interius fiunt, illud ergo, quod interius sacerdoti præsens se subdit, signum est subiectionis qua interius se subijcit Deo, & subinde absolutio sacerdoris, est signū absolutionis Dei, quia peccata veluti

obliuioni tradita, sic contegit. *Beati quorũ tecta sunt peccata*; Psal. 31. Ergo Sacerdos qui est Dei minister obligatur illo modo, ea habere occulta, vt Deus. Tertiò etiam iure positiuo huiusmodi sigillũ præcipitur. Nã vt sacrilegus puniendus, est qui verbo vel signo est confessionis secreti violator. Sed si quid diceretur alicui sub protestatione, quod dicatur sub Confessionis sigillo, non tenetur Cõfessionis sigillo, licet teneatur naturæ secreto; ideo si superior præcipiat vt reuelet, tenetur reuelare. Non est autẽ aliquid accipiendum sub confessioneq; quando non adest confessio. Licet si ex simplicitate id fiat, non sit illicitum quia intelligitur sub sigillo secreti.

Confessio Sacramentalis à quocunque cognoscatur siue à Sacerdote siue à laico, quocunque etiam modo cognoscatur siue inuento scripto, siue causa consilij, siue interpretando, siue casu aliquo, licitè vel illicitè, ad celandam illam hoc confessionis sigillo tenetur, quia Confessio cum habet formam Sacramentalem, habet hoc onus annexum, vt silentio custodiatũr.

Nullus casus iure diuino reseruabatur in primitiua Ecclesia, propterea eligebat sibi quisq; sacerdotem qui eum absolue-

folueret à quibuſcunque; quamuis caſuum reſeruatio in Eccleſia ſit antiquiſſima,& multiplicem habeat rationem; Præter alias prima eſt,ad examinandum & iudicandum debitè magnum ſcelus, quod contingit committi in Deum: hoc enim niſi in publica Eccleſia apud Prælatum & clerum, vel confiteri expedit, vel puniri. Nemo enim ſuo examini in tanta cauſa committitur. Vnde Dauid rex ſuum refugit iudicium, & lætanter ſubijt alienũ, quãdo valde cõtra Deũ peccauit. 2. Re. 12. Vnde & olim cauſæ maiores Moyſi tantum & Aaron ſummo ſacerdoti reſeruatæ fuêre, Ex. 18. Eſt & alia cauſa, vt à magna plebe, & maiori itẽ ſacerdote oretur Deus, vt ipſum peccatũ dimittat, in quem cõmittitur. Vnde furtum Achan quod erat occultum nõ eſt latere permiſſum ſed reus anathematis ſorte proditur, fatetur ſcelus corã Eccleſia,& pœnã portat contemptus in Deũ. Ioſ. 7. Achab humiliatus eſt per Heliam prophetam de tyrannide, quã fecit in Naboth, & per eundem prophetã accepit inducias pænæ quam propheta prædixit. 3. Reg. 21. Heliodori ſacrilegium & violatio templi in eodem loco ſumpſit ſuæ prædæ ſententiam, & ad preces

ſummi

summi Pontificis donatur ei vita. 2. Mach. 3. Theodosius strauit ornatum regiũ, defleuit in Ecclesia publicè peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat gemitu & lachrimis orauit veniam: quod priuati homines erubescunt, non erubuit Imperator, publicè nimirum agere pœnitentiam, ita Ambro. to. 3 de obitu Theodosij. Tertia accedit causa, vt hac ratione infirmiores deterreantur à grauioribus committendis, quod enim absolui à quolibet potest, pro nihilo ducitur; & facilius committitur Vnde sapientissimè maiores nostri ad mores hominum reformandos, & populos in disciplina continendos, causas quasdam maiores, & scelera atrociora suo iudicio reseruarunt. Sicut periculosiores morbi peritioribus medicis reseruantur, sic & in qualibet politia & Republica, causæ quædam summo Principi reseruantur. Quod reseruationis fundamentum consistit in iurisdictione & potestate. Vnde sicut superior potest subtrahere aliquem hominem de populo ne sit de foro inferioris, sic & potest subtrahere aliquod peccatum, ne de inferioris foro sit, & quod inferior attentans absoluere, nil agat, sed mortaliter pec-
cet

cet, ficut ſuo loco latius docebitur.

CAPVT VIII.

D. Franciſcus, in quodam Capitulo reſignans officium prælationis, eleuatis oculis in cœlum iunctiſq; manibus dixit: Domine recommendo tibi familiam, quam mihi hactenus commiſiſti, & nunc propter infirmitates quas tu noſti, dulciſſime Domine, curam ipſius habere non valens, eam recommendo Miniſtris: qui teneantur in die iudicij coram te Domine reddere rationem, ſi quis frater propter eorum negligentiam vel malum exemplum, ſeu aſpectum, ſeu aſperam correctionem perierit. Propè finem vitæ dixit ei quidam frater, Pater tu tranſibis ad Dominum, & familia hæc te ſequuta remanebit in valle lachrymarũ, innue ergo nobis aliquem in ordine in quo tuus animus conquieſcat, cui onus generalis Miniſtri dignè poſſit imponi. Reſpondit Sanctus pater inducens multis ſuſpirijs tam magni exercitus, ampli & dilatati gregis paſtorem & ducem. Fili mi, inquit, multum intueor, ſed vnum vobis depingam, in quo relucet qualis debet eſſe huius familiæ:

miliæ dux & pastor. Homo scilicet debet esse vitæ grauissimæ, discretionis magnæ, famæ laudabilis, priuatis affectionibus carens: nedum in parte plus diligat, in toto scandalum generet: debet orationis studio esse amicus, ita tamen, quod certas horas animæ suæ, & certas gregi suo distribuat. Nam primo mane debet sanctissimum sacrificium missæ præmittere, & ibidem longa deuotione seipsum & gregem diuinæ protectioni affectuosius commendare. Post orationem verò seipsum statuat in medio, ab omnibus replicandum, omnibus responsurum: omnibus cum charitate & patientia & mansuetudine promissurum: non sit acceptor personarum: ita quod curet de simplicibus & idiotis sicut scientiatis & sapientibus. Cui si donum scientiæ est concessum: tamen plus in moribus pietatis & simplicitatis: patientiæ & humilitatis imaginem ferat, foueat virtutes in se & alijs, atque in prædicando eas continuè se exerceat, ad has alios plus exemplo quam sermonibus incitando. Sit execrator pecuniæ, nec professionis nec perfectionis sit corruptor; & tanquam caput & exemplar imitandum ab omnibus, nullis vnquam loculis

abutatur.

abutatur. Sufficiant autem pro se habitus & libellus, pro alijs autem pennariolus cum calamo & pugillari & sigillum, Non sit aggregator librorũ, nec lectioni multũ intentus; ne fortè detrahat officio, quod irrogat studio. Consoletur piè afflictos cum sit vltimum remedium tribulatis; ne si apud eũ defuerint remedia sanitatis, desperationis morbus præualeat infirmis: & suos ad mansuetudinem flectat, seipsum prosternat, & aliquid sui iuris relaxet, vt animam lucrifaciat: ad refugos Ordinis, velut ad oues quæ perierunt, viscera pietatis expandat, sciens tentationes illas esse præualidas, quæ ad tantum possunt impellere casum, quod si ipsum permitteret Dominus experiri, forsan in maius periculũ laberetur. Vellem ipsum tanquam Christi vicarium ab omnibus cum deuotione & reuerentia venerari, atque sibi ab omnibus & in omnibus, cum omni beneuolentia iuxta eius necessitatem, & status nostri condecentiam prouideri, non oportet eum propter honores mutare mores, nisi in melius. Si quando verò propensiori & meliori cibo indigeret, nõ in abscondito sed in publico loco assumat, & ad eum maximè:

mè pertinet latentes distinguere conscientias, & ex occultis venis eruere veritatem. Omnes accusationes in principio habeat suspectas: donec veritas ex diligenti examinatione incipiat apparere. Aures etiam præbeat multiloquijs: multiloquos in accusationibus specialiter habeat suspectos; nec faciliter credat eis. Talis denique debet esse quod propter cupiditatem retinendi honorem virilem, formam iustitiæ & æquitatis, nullatenus inficiat vel relaxet. Ita tamē quod ex nimio rigore nullius anima occidatur, & ex superflua mansuetudine non nascatur torpor: atque ex laxa indulgentia non veniat dissolutio disciplinæ: sicque ab omnibus timeatur; vt ab ipsis timentibus diligatur; officium autem prælationis semper putet & sentiat sibi potius oneri quam honori. Vellem itaq; ipsum habere socios præditos honestate, rigidos aduersus voluptates, fortes in angustijs, pios & compassiuos delnquentibus; habentes æqualem affectionem ad omnes: & nihil de labore recipientes, nisi puram corporis necessitatem: & nihil appetentes nisi laudem Dei, Ordinis profectum, animæ propriæ meritum, & fratrum omnium

per-

perfectam salutem, omnes continentes, affabiles, & omnes venientes ad ipsos cum sancta iucunditate recipientes: atque formam & exemplum obseruantiæ iuxta professionem Regulæ in semetipsis purè & simpliciter omnibus ostendentes: Ecce inquit talis deberet esse Generalis huius Religionis, & tales deberet habere socios. Solebat dicere B. P. Multum ædificantur fratres subditi, cum eorum Ministri & prædicatores vacant libenter orationi, & inclinant se ad humilitatis opera, & obsequia vilitatis. Electio enim Generalis Ministri totius Ordinis fratrum Minorũ, vult Leo X. fieri a solis Ministris Prouincialibus & Custodibus reformatis, tam Cismontanis quam Vltramontanis in Capitulo Generali dicti Ordinis in festo Pentecostes, in loco quem Generalis Minister, cum capitulo Generali proximè præcedenti duxerit assignandum: Ad quod Capitulum Ministri & Custodes, siue Vocales, tam Cismontani quam Vltramontani accedere teneantur. Et ne caput suis mẽbris deforme appareat, voluit & ordinauit, quod nullus frater possit eligi in Ministrum Generalem, nisi vitam discat reformatam, & pro reformato à

Electio Ministri generalis.

com-

cõmunitate reformatorum habeatur. In præfata etiam electione Ministri Generalis voluit, quod nullus penitus vocem habeat, nisi reformatus, & pro reformato à congregatione reformatorum habeatur. Idem Leo ordinauit, quod Minister Generalis eligatur alternatim de fratribus Cismontanis, & Vltramontanis: qui tamen per sex annos durare possit. Ita quod si Minister Generalis per sex annos de Cismontanis fratribus electus fuerit, sequentibus sex annis de Vltramontanis fratribus eligi debeat. Qui modus alternatis vicibus in perpetuum à fratribus prædictis obseruetur. Concil. Trid. Sess. 25. ca. 6. de reg. vult, & districtè præcipit, in electione quorumcunque superiorum, omnes eligi debere per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Pius V. statuit, contra subornantes, vt qui in electionibus omnibus, vel ante eas, per sex menses, pro se, vel pro alio subornauerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat: à qua nisi à Romano Pontifice, pro tempore existente (præterquam in mortis articulo) absolui non possit: ac voce actiua & passiua perpetuò careat. Subornatus, vel alius

Subornantes vt puniantur.

alius etiam, pro quo ſubornatio fiet, qui ſubornantem non detulerit, eandẽ pęnam incurrere cenſeatur. Qui autem ad officium obtinendum, quorumuis fauorem, extra Religionem procurauerit, vltra prædictas pœnas, per menſem carceri mancipetur. Et debent electores aduertere, vt digniorem ſemper inter concurrentes, in Prælatum eligant, qui ſcientia, moribus, vita & exemplo, merito valeat magis prodeſſe, quam ambitioſè obeſſe gregi, omni poſtpoſito amore, odio, rancore vel prece. Alias licet indignum eligendo vnum committerent peccatum mortale: indubitanter tamen tenentur, ſe omnium peccatorum ab eo ſic indigno electo, in prælatura illa commiſſorum, pœnam participaturos. Quod ſacra Synodus, Trid. probare de Regul. videtur, dum omnes habentes aliquo modo ius in electionibus, & promotionibus faciẽdis, hortatur & monet: vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam & populorum ſalutem vtilius poſſe facere, quam ſi bonos paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeãnt, eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare: niſi, quos digniores, & Eccleſiæ magis

Seſſ. 25. cap. 12.

vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint: & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita, ætate, doctrina atque alijs omnibus qualitatibus præditos sciant, quæ iuxta sacros Canones & Trid. Synod. decreta requiruntur.

Electio Ministri Prouincialis.

Et aduertendum est, quod licet in Regula, nulla de Ministrorum Prouincialium, & Guardianorum electione & institutione fiat mentio, & quod proinde tota inferiorum Prælatorum institutio (secundum Hugonem & Petrum Ioannem) ipsi Generali Ministro & capitulo Generali relicta fuerit; Attamen postea, facta fuit ordinatio, quod electio Ministri Prouincialis pertineat ad Capitulum prouinciale, quã idem capitulum die sequenti, qua fuerit cõgregatum, facere teneatur. Similiter statutum est, quod huiusmodi electionis cõfirmatio pertineat ad Ministru generalẽ. Et quod, si ad electionẽ huiusmodi per formam scrutinij procedatur, & votis in diuersa diuisis si Electiones plures in discordia celebrari contingat, illa quæ à maiori parte capituli numero (nulla zeli vel meriti collatio-

collatione seu consideratione habita) fuerit celebrata, exceptione, seu contradictione quacunque alterius partis non obstante, per dictum Generalem Ministrum de consilio discretorum de ordine (prius tamen ex officio prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione præmissa) confirmetur, vel etiã infirmetur, prout eis secundum Deum visum fuerit expedire. Et si fuerit infirmata: ad capitulum prouinciale Electio huiusmodi reuertatur. Cæterum si capitulum memoratum die prędicta Ministrum eligere prætermittat, ex tunc Ministri Prouincialis prouisio, ad Generalem Ministrum liberè deuoluatur.

Clemens quartus statuit quod Generalis Minister statim postquam electus fuerit, secundum Regulam & Cõstitutiones ordinis, eo ipso verus eiusdem ordinis Generalis Minister effectus, curam animarum fratrum ipsius ordinis plenam habeat, & liberè gerat: ac quod fratres prædictos, autoritate propria, ligare ac soluere: nec non in eodẽ ordine agere valeat, quæ ipse Minister, & diffinitores Capituli Generalis, iuxta constitutiones prædictas, Ordini, & fratribus, secundum Deum viderint expedire: Ipsique fratres, huius-

Autoritas Generalis Ministri.

modi Generali Ministro, deuotè ac humiliter obediant. Idem statuit de Ministris Prouincialibus quos Custodes nominat, & Guardianis, vt & ipsi postquam electi fuerint, curam animarum habeãt; Prouinciales in sua Prouincia, Guardiani in suo conuentu, suorum subditorum fratrum, ipsosque ligare ac soluere possint iuxta ipsius ordinis instituta.

Minister Generalis potest de toto ordine dare suffragia indulgentiarum & orationum ac beneficiorum spiritualium quibuscunque personis deuotis & benefactoribus Ordinis nostri, Prouincialis tantum de sua prouincia. Vrb. V. larg. Ministri possunt benedicere corporalia & omnia Ecclesiastica ornamenta Innoc. 8. larg. Verum Leo decimus concessit Generalibus & Prouincialibus ac Custodibus, nec non & Guardianis fratrum Minorum obseruantiæ pro tempore existentibus, vt omnia & singula eiusdem Ordinis, & obseruantiæ Ecclesias, Cæmeteria, Capitula, & Oratoria vbicunque existentia, tam recepta, quam recipienda, ac paramenta & ornamenta, & alia quæcunque ad diuinum cultum, & vsum fratrum necessaria, in quibus chrisma non interuenit,

Potestas Prælatorum Ordinis.

uenit, pro eorundem fratrum vſu tantum, ſolenni benedictione valeant benedicere. Et voluit, quod hoc idem poſſint alij fratres eiuſdem Ordinis, qui adhoc in Capitulis generalibus deputati fuerint. Ac quod ſimiliter poſſint recōciliare Eccleſias, quæ quomodolibet ſanguinis vel ſeminis effuſione pollutæ fuerint: & hoc cum aqua per prædictos Prælatos benedicta, præſertim in locis remotis, vbi Epiſcopum aquam benedicentem per duas dietas adire non potuerint.

Generalis & Prouincialis per communicationem Eremitarum S. Aug. habent facultatem benedicendi corporalia & Eccleſiaſtica ornamenta ad vſum aliorum etiam ab Ordine noſtro. Guardiani per participationem Congregationis S. Iuſtinæ, vt in Compend. Hieron. fol. 37. S. 1.

Sixtus quartus conceſſit Generali & Prouincialibus Miniſtris, & eorum vicarijs autoritatem diſpenſandi cum fratribus dicti ordinis Minorum, patientibus defectum natalium ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quouis alio nefario, & illicito coitu prouenientē. Nec non cum ijs, qui ex quauis cauſa, (præterquam homicidij voluntarij,

L 2 biga-

bigamię, & mutilationis mēbrorum) irregulares forent, postquam ordinem ipsum professi fuerint, vt defectu & irregularitate huiusmodi non obstantibus, Irregulares ipsi, ad quoscunque, etiam sacros Ordines promoueri, & in illis, etiam in altaris ministerio, ministrare: Et quod tam ipsi irregulares, quam defectum natalium patientes prædicti, ad quascunque administrationes, & officia dicti ordinis eligi, recipi, & assumi, illaque gerere, & exercere liberè & licitè valeant. Clemens quartus concessit, vt Generalis & Prouinciales Ministri & eorum Vicarij, ac etiam Custodes, in prouincijs & custodijs sibi commissis, prædictis fratribus ibidem constitutis, nec non fratribus alijs eiusdem ordinis, interdum ad eos declinantibus vndecunque, absolutione & dispensatione indigentibus: siue priusquam intrauerint ordinem, siue post in casibus excesserint, pro quibus excommunicationis, vel interdicti aut suspensionis incurrerint sententias, à iure vel à iudice generaliter promulgatas, & huiusmodi sententijs innodati: aut in locis suppositis interdicto, diuina officia celebrantes, vel suscipientes ordines: sic ligati, notam irregularitatis

tis incurrerint: absolutionis & dispensationis beneficium valeant impartiri; nisi adeò fuerit grauis & enormis excessus, quod sint ad sedem Apostolicā meritò destinādi. Ac similiter concessit, quod fratres, quos Generalis & Prouinciales Ministri, & eorum Vicarij ac etiam Custodes, in proprios habuerint confessores, possint eis absolutionis, & dispensationis beneficium impartiri.

Sixtus quartus, circa literas Clementis quarti, quibus concesserat Ministris facultatem absoluendi & dispensandi fratres eiusdem Ordinis: nisi talia perpetrassent, propter quæ essent meritò ad sedem Apostolicam destinandos, ait intelligendos *hæreticos relapsos*, *scismaticos*, *& qui literas Apostolicas falsificassent*, *aut ad infideles prohibita detulissent*. Sed in reliquis omnibus, etiam simoniæ prauitate irretitis, posse per illos, quibus inibi conceditur, absolutionis & dispensationis beneficium iuxta casuum exigentiam impartiri. Quandoquidem horum quædam in Cœnæ Domini bulla continentur, vt dicetur in parte tertia, necesse est, vt Reuerendissimus pater Generalis cum alijs Generalibus Ordinum prouideat, quod

ponatur in Bulla Cœnæ Domini exceptio Religiosorum, quo ad fratres suos, vel præcipiat vt quolibet anno, Procurator Ordinis, seu Commissarius curiæ, transacta die Iouis sancto, post promulgationem censurarum, obtineat facultatem absoluendi de illis casibus omnes fratres, & alias personas super quas Prælati nostri habent autoritatem, scilicet Moniales, tertiarios vtriusque sexus, oblatos, famulos & domesticos.

Alexander sextus concessit quod Generalis & Prouinciales possint absoluere fratres qui existentes in seculo, incurrissent censuram Ecclesiasticam propter delationem lingnaminium, seu ferramentorum ad partes infidelium. Idem concessit, Generali & Prouincialibus & Custodibus ordinis Minorum obseruantiæ vltra montanis, plenariè facultatem & autoritatem: vt quoscunque subditos suos (fratres videlicet & moniales sanctæ Claræ, ac vtriusque sexus tertiarios, de pœnitentia nuncupatos) inuenerint in aliquo hæresis vel apostasiæ crimine lapsos, etiam si sint relapsi, possint eos absoluere, & cum eis dispensare: nec non præfatorum relapsorum pœnas à iure institutas.

Ministrorum autoritas se etiam ad moniales extendit.

ſtitutas, commutare, penſalis qualitate & quantitate, alijſque debitis circumſtantijs: augendo, aggrauando, vel diminuendo, toties quoties opus fuerit, & prout ſecundum Deum viderint expedire: dummodo talium relapſorum crimina publica & notoria apud ſeculares non ſint, vt ex hoc ſcandalum oriri non poſſit: Qui & conceſſit, vt Generalis & Prouinciales poſſint abſoluere fratres, percutientes per ſe & per alium cauſa correctionis. & quod non cogantur facere in propria perſona etiam ſi neceſſitas non vrgeat, hoc vti poteſt in abſolutionibus publicis apoſtatarum.

Nicolaus quintus conceſſit, quod Confeſſores Monialium S. Claræ, ſeu alius frater eiuſdem Ordinis, adhoc per Prouincialem pro tempore deputatus, in omnibus & per omnia, iuxta formam & tenorem priuilegiorum & cōceſſionum eiſdem monialibus, quo ad ipſarum perſonas, à ſede Apoſtolica, ſeu alias quomodolibet conceſſorū in omnibus, præterquam dictæ ſedi caſibus reſeruatis, quoties fuerit opportunum eas abſoluere poſſint. Nec non ipſarū ſeruitrices (ſi id petierint humiliter) à quibuſcunque excommunica-

tionis, suspensionis, & interdicti, alijsque sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quibus pro tempore innodatæ fuerint, iniungendo quæ iniungenda fuerint, absoluere, eisque Eucharistiæ, & extremæ vnctionis & alia sacramenta ecclesiastica ministrare, liberè & licitè valeant Diæcesanorum locorum, & cuiuscunque alterius licentia minimè requisita.

Leo decimus concessit licentiam, & facultatem omnibus Monialibus S. Claræ, & ancillis Beatæ virginis, vt quater in anno, possint se à suis superioribus, siue Cōfessoribus, aut alijs fratribus, de ordine fratrum Minorum per Superiores deputatis, facere absolui, ab omnibus peccatis suis, qualitercunque commissis. Ac similiter absolui, vel potius dispensari, ab omnibus & singulis votis (exceptis substantialibus, emissis in earum professione) quæ solent fœminea leuitate, pro qualibet minima necessitate emitti: ita tamen, quod nulli ipsarum hæc gratia suffragetur: si confisæ de ipsa, aliquid attentarent committere, quod oculos Diuinæ maiestatis, earum violando professionem offenderet. Et insuper placuit suæ sanctitati, de benignitate

Apo-

Apostolicæ pietatis, concedere facultatem earum Confessoribus, de licentia Prælatorum, easdem audientibus, quod ea plenitudine eas absoluant, & illi statui innocentiæ restituant, quomodo sanctitas sua faceret, si ipsamet in confessione auscultaret peccata. Et quod posthac eadem autoritate apostolica, omnibus & singulis sanctam benedictionem impartiantur; nomine Sanctitatis suæ.

Materiæ prætactæ Absolutionum resolutio quoad Prælatos, & fratres in summa hic epilogatur, vt facilius omnia mente retineantur, si qui cupiũt expeditius & planius expiscari, legant præfati Reuerendi patris Capuccini annotationes in compendio Priuilegiorum Ordinis mendicantium in materia absolutionum quo ad fratres, & quo ad seculares.

Ministri Generales, Prouinciales, 1. possunt absoluere fratres & moniales suæ obedientiæ, ab omni vinculo excommunicationis, & quibuscunque alijs censuris, & peccatis: & dispensare in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto, exceptis illis deductis ad forum contentiosum.

2 Omnemque ab illis inhabilitatis, & infamiæ maculam abolere: & in quibuscunque occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & in quibus Episcopi possunt cum suis, vigore Concilij Tridentini, exceptis duntaxat, contentis in Bulla Cænæ Domini, antequam scilicet, obtineatur facultas pro illis ex Priuilegiorum confirmatione; Dispensant etiam cum illegitimis.

Et similiter, fratres absolui possunt
3 ab omnibus peccatis, & censuris, plenariè semel in vita, & in mortis articulo.

4 Item quatuor in anno, diebus quibus maluerint, & in festis Domini Sabaoth, & B. virginis, & omnium Sanctorum, & Apostolorum Petri & Pauli, ac Sancti Francisci, Sanctæ claræ, & per totam Maiorem Hebdomodam: de consensu tamen suorum Prælatorum, saltem Prouincialium: & tunc etiam quo ad casus illis reseruatos, poterunt huiusmodi Priuilegio gaudere. Sed dum itinerant, & non habent socium Confessorem, possunt confiteri Fratri alterius ordinis, seu clerico seculari, saltem præsumpta rationabiliter licentia Prælatorum.

5 Et similiter absolui possunt ijdem

Prçlati à Confessoribus per eos electis. 6.
Item absoluere possunt Prælati venientes ad Ordinem, seu Nouitios, ab omnibus censuris à iure, vel à iudice promulgatis generaliter satisfacta tamen parte, & à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis: cum moderatione tamen.

8. Absoluere etiam possunt Prælati, & Confessores, Fratres quoscunque Conuersos, vel donatos, familiares, seruitores, officiales, & continuos cōmensales conuentuum & domorum, ab omnibus peccatis, præterquam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à censuris, quas ex ignorantia, vel inaduertentia incurrerunt, ac etiam eis Ecclesiastica Sacramenta ministrare.

Explicatio & admonitio in quartū articulum, de archiconfraternitate Cordigerorū.

Circa quartum articulum sciendum est, Sixtum quintum singulari affectu quem habuit ad D. F. & eius ordinē, instituisse Archiconfraternitatem Chordigerorum, cui, qui se coniunxerint, gaudent in ipso ingressu, & in mortis articulo, si verè pœniteant, confessi fuerint, & refecti sacra Communione, plenarijs indulgentijs & remissione suorum peccatorum, cuiuscunque etiam sexus fuerint, si in ipso ingressu cincti fuerint sub inuo-

catione Sancti Francisci à Superioribus sui Ordinis in eius Ecclesia. Chorda, quam cum apud se gestauerint, potiuntur indulgentias fratrum professorum tenore horum verborū, quæ ex bulla Archiconfraternitatis excerpsi, & in gratiam confratrum hisce inserui, ex quo colligere possint quantum gratiæ illis impartiatur, cum archiconfraternitati fuerint incorporati, & signum ipsius, chordam scilicet D. Francisci apud se gestauerint. Hæc sunt Bullæ verba: Idcirco cum pro aliquali repensione amoris nostri erga tantum patrem &c. Eisdem vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitētibus, & confessis dictam chordam quæ prius à Superioribus dicti Ordinis benedici debeat, ad reuerentiam, & memoriam eiusdem Sancti Francisci gerentibus, sacraque communione refectis, Archiconfraternitatem ipsam ingredientibus, prima die illorū ingressus, ac in mortis articulo ipsorum, nomen Iesu ore, vel corde inuocantibus; ac etiam verè pœnitentibus, & confessis, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem per alias nostras literas concesserimus, &c. Ne autem de præmissorum validi-

tate

tate vllo vnquam tempore dubitari contingat, nostram denuò in præmissis autoritatem interponere, ipsiusque Archiconfraternitatis autoritatem extendere, ac pium dictorum confratrum Chordigerorum propositum amplius promouere, eosque spiritualibus muneribus, indulgentijs videlicet, & peccatorum remissionibus prosequi cupientes, supplicationibus dicti Clementis hac in parte inclinati, institutionem huiusmodi Apostolica autoritate præfata tenore præsentium perpetuò approbauerimus & confirmauerimus. Supplentes omnes, & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui interuenerint in eisdem, ipsam Archiconfraternitatem in Caput omnium Confraternitatum chordigerorum huiusmodi vbilibet institutarum & instituendarum etiam perpetuò auctoritate, & tenore præmissis erexerimus, & instituerimus, omnesque & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, & relaxationes Religioni, & ordini fratrū Minorum huiusmodi per quoscunque Romanos Pōtifices prædecessores nostros, ac nos concessas, quo ad eas duntaxat quæ hactenus non sunt reuocatæ, nec sub vllis reuocationibus compræ-

hensæ, eisdem autoritate, & tenore similiter perpetuo approbauerimus & confirmauerimus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiecerimus, illasque Archiconfraternitati, & Confratribus Chordigerorum huiusmodi sub eisdem modo, & forma, quibus illæ Religioni, & fratribus præfatis concessę fuerunt, dummodo vt præfertur, non fuerint reuocatæ, etiam perpetuo concesserimus, communicauerimus, & elargiti fuerimus. Nec non de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius autoritate confisi. Vtriusque sexus Confratribus Chordigerorum huiusmodi præter Indulgentias Religioni præfatæ concessas, in mortis articulo, nec non quoties processionibus Archiconfraternitatis Chordigerorũ huiusmodi singulis mensibus fieri solitis intefuerint, eisdem quidem Confratribus, Plenariã omnium peccatorũ suorum indulgentiam & Remissionem perpetuò concesserimus. Alijs verò non confratribus, qui processionibus huiusmodi interfuerint. Centum annos de iniũctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxauerimus, ac præfatis

fatis confratribus qui alijs dictæ Archicófraternitatis proceſſionibus, aut dum B. Mariæ, vel quoduis aliud diuinum officium per ipſos confratres Chordigeros recitabitur, ac quoties ſanctiſſimum Chriſti corpus dum infirmis defertur, vel defunctum ad ſepulturam aſſociauerint, aut alicubi miſerabili perſonæ ſubuenerint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu aliquod horum fecerint, toties centum dies de iniunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentijs, etiã miſericorditer in Domino relaxauerimus: eiſdemque Confratribus Chordigeris, vt indulgentias, & peccatorum Remiſſiones præfatas, per modum ſuffragiji pro fidelibus, qui in gratia Dei deceſſerint, conſequi, & impartiri valeant, cõceſſerimus. &c.

Ex his perſpicitur quantum gratiæ fratribus Archiconfraternitatis clargitũ ſit, vt videlicet in ipſo die ingreſſus ſui, in diebus quando fratribus profeſſis dantur Indulgentiæ plenariæ, vt articulo quarto dictum eſt, quibus additur à Sixto quinto dies S. Bernardini, S. Antonij, S. Bonauenturæ, Dedicationis portiunculæ, Mariæ ad Niues & S. Lodouici. Sunt ergo cum Feſto D.

Fran-

Francisci & S. Claræ, octo dies Festorum ordinis in quibus annuatim fratribus Minorum & chordigerorum dantur Indulgentiæ plenariæ, quibus adiunguntur Processionum dies in principio cuiuslibet mensis.

Circa casum sextum sciendum est, Si qui nouitij, infra annum Nouitiatus, in aliquo excesserint, pro cuius absolutione, si in sæculo deliquissent ad Sedem Apostolicam, vel alibi merito fuissent destinandi: ratione Religionis, secundum Priuilegia absoluuntur, sed si postea non emissa professione, & absoluti exierint, tenentur vtique se ei præsentare, qui eos alias de iure, in sæculo absoluere poterat, non vt absoluantur, cum iam sint absoluti, sed ne reincidant, in excommunicationem, reinciderent ratione inobedientiæ. Et iste casus est valde mente tenendus: quia potest euenire, quod Nouitij, percussores fratrum absoluantur, & postea absoluti, post aliquot dies exeant; quare de hoc cautè sunt admonendi, eos iterum incidere in eandem cēsuram, si non se represe ntauerint ei, à quo alias de iure absolui debebant. Et ratio esse potest: quia Priuilegio debet priuari qui Priuilegio abutitur.

Quan-

Quantum autem ad formulas absolutionum harum prædictarum concessionum ponemus duas abstractas de formulario Domini Papæ. Vnam pro habentibus Indulgentiã plenariam à pœna & à culpa, & est hæc:

Forma absoluendi habentes indulgentias plenarias.

Auctoritate Dei & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tibi cõcessa, mihiq; in hac parte commissa, ego te absoluo ab omni sententia excommunicationis, maioris, vel minoris, si quam incurristi, & restituo te vnitati fidelium, & sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Item eadem auctoritate, absoluo te ab omnibus peccatis tuis, & à transgressione Regulæ, & statutorum. Item auctoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & S. Romanæ Ecclesiæ, & etiam Domini nostri Papæ N. summi pontificis, mihi in hac parte commissa, inquantum claues sanctæ Ecclesiæ se extendunt, si ista vice morieris absoluo te ab omnibus pœnis, tibi in Purgatorio debitis propter culpas & offensas, quas contra Deũ, animam tuam & proximum tuum commisisti, & quantum mihi permittitur, restituo te illi innocentiæ, in qua eras, quando baptizatus fuisti. Si verò ista vice non morieris, reseruo tibi Plenariam Indulgentiam, concessam à Domino Papa pro vltimo articulo mortis tuæ vt in ea concessione præfatæ Indulgentiæ Domini nostri Papæ continetur,

tur. In nomine Patris † & Filij †, & Spiritus † sancti. Amen.

Secunda hæc magis est in vsu præsertim extra mortis articulum, & tunc legitur vsque ad primam crucem.

Alteram, absoluentem ab omni casu etiam pertinentem ad Papam, & datur fratribus in agone existentibus, auctoritate Priuilegiorum Ordinis, & est hæc: *Dominus noster Iesus Christus per merita suæ sacratissimæ passionis, te absoluat, & gratiam suam tibi infundat, & ego auctoritate ipsius & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & summorum Pontificum mihi in hac parte commissa, & tibi concessa absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, maioris vel minoris, vel sententiæ, suspensionis, & interdicti, & dispenso tecum in omni irregularitate, si quam contraxisti, & restituo te vnioni & participationi fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Eadem auctoritate absoluo te, ab omni transgressione votorum tui ordinis & statutorum Papalium, generalium, prouincialium, custodialium, localium, & Synodalium quorumcunque, Eadem auctoritate absoluo te ab omni diuino officio malè persoluto, horis indebitè transpositis, vel dimissis, Item eadem auctoritate, ego absoluo te, ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum, fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquisti, concedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omnium peccatorũ tuorum confessorũ, & cun-*

& cunctorum, de quibus etiam non recordaris, aut oblitus fuisti: inquantum claues Ecclesiæ se extendũt. Ab hoc loco quod sequitur Dicitur in mortis articulo, *Item eadem auctoritate ego absoluo te, à pœnis purgatorij, quas pro peccatis commisisti, & delictis in hoc mundo perpetratis meruisti, restituendo te illi innocentiæ, in qua eras, quando baptizatus fuisti. In nomine Patris † & Filij †, & Spiritus sancti †, Amen, quod si hac vice non decesseris, reseruo tibi hanc gratiam vsque ad extremum mortis tuæ articulum.*

Prælati in Religionibus instituuntur propter obseruantiam Regulæ, & ipsorum imperium & auctoritas ad Regulæ obseruantiam tanquam ad finem sui principalem ordinatur. Hi aliquando habent autoritatem dispensandi, præsertim, vbi aliqua vtilitas corporalis vel spiritualis ipsius personæ dispensandæ, seu aliorum probabiliter ex tali dispensatione speratur, Non tamẽ in tribus votis essentialibus, nec in alijs Regulæ præceptis eminentibus, nec etiam in illis æquipollentibus vel habentibus vim præcepti, in quibus constat sic Regulam fratres velle obligare: vt in ijs dispensare non posset, vel in paucis rarissimè, Summus autem Pontifex ex rationabili & iusta causa in totam *Prælatorum institutio.*

Sunt 25. obligatoria Regulæ. Septem præcepta, videlicet.

tam Regulam diſpenſare poteſt. Sunt autem viginti quinq; obligatoria Regulæ ſub culpa mortali, Septem ſcilicet præcepta, videlicet, quod totus ordo tenetur præſtare obedientiam & reuerentiam Papæ & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ; Quod fratres non recipiant
1. pecuniam per ſe vel per interpoſitam
2. perſonam: Quod fratres obediant ſuis
3. Miniſtris & Prælatis in omnibus, quæ non ſunt contraria animæ & Regulæ
4. noſtræ; Quod non ingrediantur Monaſteria monacharum: præter illos quibus à ſede Apoſtolica conceſſa eſt
5. licentia ſpecialis; Quod nō habeant ſu-
6. ſpecta conſortia, aut conſilia mulierū; Quod non fiant cōpatres virorum vel mulierum, ne hac occaſione inter fratres, vel de fratribus ſcandalū oriatur;
7. Quod petant vnum de Cardinalibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui ſit protector & corrector totius fraternitatis.

Et ſunt quatuor vim habentia præcepti, vtpotè, Quod fratres teneantur
1. ad eorum Miniſtros recurrere, pro caſuum reſeruatorum abſolutione; &
2. quod teneantur habere Generalem Miniſtrum vnū de fratribus huius Re-
3. ligionis: quod Miniſtri & Cuſtodes teneantur inſimul conuenire in Capitulo ge-

lo generali in festo Pentecostes pro eligendo Ministro, si Minister discesserit, vel non fuerit sufficiens ad vtilitatem fratrum. Et quod Ministri Prouin- 4.
ciales teneantur ire ad Capitulū prædictum Generale.

Sunt etiam duo inhibitoria, scilicet, *Duo inhibitoria.*
Quod fratres professi non possunt de ista Religione exire: Et nihil sibi ap- 1.
proprient neq; in particulari, neque in 2.
communi.

Duodecim quoque sunt æquipollentia præceptis, vtporè. Quod fratres *Duodecim æquipollentia præceptis.*
non habeant plures tunicas quam vnam cum caputio, & aliam sine capu 1.
tio: quod vilibus vestimentis induan- 2.
tur. quod non possunt extra necessitatē 3.
portare calceamenta: quod faciant diuinum officium secundum ordinem 4.
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: quod ieiunent à festo omnium Sanctorum vs 5.
que ad Natiuitatem Domini, & in qualibet sexta feria, etiamsi in illa venerit dies Natiuitatis Domini, & in Quadragesima Resurrexionis Domini: quod 6.
fratres non debeant equitare: quod Mi- 7.
nistri & Custodes sollicitam curam gerant pro infirmis & fratribus induēdis, per amicos spirituales: quod fratres in- 8.
seruiant infirmis; quod non prædicent 9.
in

in Episcopatu alicuius Episcopi cum ab eis illis fuerit contradictum: quod non prædicent nisi sint examinati & approbati: quod debeant recurrere ad Ministros, vbi cognouerint se non posse Regulam spiritualiter obseruare: tandem omnia quæ ponuntur in Regula quo ad formam habitus tam Nouitiorum quam etiam Professorum, & ad modum receptionis ac professionis spectantia, in quo multæ conditiones obligatoriæ comprehenduntur, in quibus vel ex tenore litteræ, vel ex fine intento conuinci potest. Regulæ intentionem esse vt nullatenus in eis dispensetur. In his ergo vigintiquinque non dispensatur vel in paucis rarissimè. Est autem dispensatio propriæ alicuius iuris alias obligantis iusta & rationabilis relaxatio ab autoritate ad id habente. Vt enim licita sit dispensatio, iustam & rationabilem ad dispensandũ requirit causam, quæ si non adsit, dissipatio potius erit, quam dispensatio. Dispensationi modestia comitetur & honestas. Quando de Regulæ intentione constat, quod non indispensabiliter arctet, tunc poterunt Prælati ex iusta & rationabili causa in occurrentibus particularibus causis dispensare, non au-
tem

tem generaliter quicquam omnibus & ad semper dispensare debet quis; hoc enim esset contra, & supra Regulã ordinare, vel omninò nouam cõstituere Regulam, quod totus ordo non potest, Videntur ex iusta causa dispensabilia, de Nouitijs à solis Ministris recipiendis ad ordinem, & habitum Nouitiorum & professionem, de non habendo plures tunicas; quod fratres induantur vilibus vestimentis; quod non portent calceamenta: quod faciant diuinum officium secundum vsum Romanæ Ecclesiæ; quod ieiunent à festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini; quod non possint equitare; quod Ministri tantum & Custodes sollicitam curam gerant pro infirmis & fratribus induendis; quod recurratur ad Ministros pro casibus reseruatis; quod Prouinciales teneantur ire ad Capitulum generale; quod nullus prædicet, nisi à Generali Ministro fuerit examinatus & approbatus: quod recurratur ad Ministros pro spirituali Regulæ obseruantia. In ijs quidem poterunt Ordinis Prælati in casu ex iusta causa dispensare, in cæteris verò, non cum discrimine tamen: Quia Generales Ministri possunt in prædictis omnibus dis-

Quænam videantur dispensabilia.

dispensare, ita quod quæ per ipsos ex Regula proponuntur agenda, per cæteros poterunt expedire, illis vices suas committendo. Prouinciales item in omnibus prędictis poterunt dispēsare, eis tantummodo exceptis, quæ solum Ministris Generalibus reseruantur, poteruntque per alios ea expedire negotia, quæ sibi specialiter ex Regula explēda committuntur. Guardiani poterunt etiam vbi iusta persuaserit causa dispensare in prædictis: his duntaxat exceptis, quæ solis General bus & Prouincialibus ex Regula vel ex consuetudine reseruantur. Papa quando dispensat, & præsertim in votis, tunc suggerit pietas & rationabilis æquitas, Prælati quando illi dispensant, consideratur personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & alia circumstantia prout plus vel minus prouidentialiter requiritur: & si aliter attētarent concedere, tunc eorum concessio nihil valeret, cum contra facultatem eis à Summo Pontifice factam disponerent. Est enim generalis Regula, quod quicunque aliquid facit, tenetur id cum omnibus circumstātijs ad eius bonitatem requisitis necessariò facere, ne quod fit, malum sit.

Ordi-

Ordinis Prælati Miniſtrorum & Guardianorum nomine appellantur, ne nomine dignitatis Prælati glorientur & extollerentur, ſed potius ſecundũm nominis ſignificationem ſuo gregi præſint prouidendo, eique neceſſaria ad ſalutem adminiſtrando, ſic D. F. in Regula dignitatis nomina ſubticuit, & officij impoſuit. Miniſtrorum enim eſt, miniſtrare & ſeruire, gregemque ſumma vigilantia cuſtodire. Miniſter Generalis abſoluitur & deponitur propter duas cauſas. Vna eſt, vbi non adeſſet perſonæ ſufficientia ad ſeruitium fratrum: vtpote ratione infirmitatis, ſeu alterius impotentiæ, propter quam non poſſet perſonaliter debitè viſitare fratres, nec commodè ſuum officium exercere. Altera, quando alijs neceſſarijs conditionibus quas Generalis Miniſter habere debet, ad ſuum officium debitè exercendum, careret notabiliter. Debet enim in ſe, & in alijs fouere virtutes, vitia execrari, & punire, afflictos conſolari &c. Auctoritas Miniſtri Generalis nõ ſufficit ad infirmãdum, quod fuerit generaliter ordinatum per Capitulum Generale: maximè ſi fuerit per Papam approbatũ. Quod quidem verum eſt, vbi conſtat,

Ordinis Prælatorum nomina.

quod talium statutorum mutatio, non est relicta arbitrio ipsius Generalis Ministri. Item vbi statutum, est pro pura Regulæ obseruantia, & bono Ordinis regimine. Nam si secus esset, & contra Animam, vel Regulam esset: nec ipsum Generalem nec Ordinem obligare quemquā posse asserimus. Et idem dicendum est, de statutis Capituli Prouincialis quo ad prouincialem, quod edita per Capitulum Prouinciale præsidente Ministro Generali, non possunt infirmari per Capitulum Prouinciale, sine auctoritate Ministri Generalis, Ratio est, quia contra superiorē: inferior præualere non potest, nec debet. Et Capitula Generalia simul & Prouincialia, quamuis sint maioris auctoritatis, non tamen sunt maioris potestatis Ministris; ita Generalis, qui in capitulo Generali eligitur, debet etiam in Capitulo Generali deponi, Prouincialis, qui in Capitulo Prouinciali instituitur, debet etiam in Capitulo Prouinciali subrogari. Et Guardianus maior est toto conuentu etiam capitulariter congregato, cum non habeat potestatem à conuentu, sed à Capitulo Prouinciali, & sic conuentus non habet autoritatem à Capitulo, sed Prouincialis super

Guar-

Guardianos, propterea, si Guardianus inutilis inueniatur, à Prouinciali debet absolui, & non à conuentu. Grex enim non habet ius nisi ad sufficientem habendum pastorem: & vbi de sufficienti ei prouidetur, reclamare non potest, electores ergo id spectare debent, quod pro officio conuenit pastorali.

CAPVT IX.

Diuus Franciscus de prædicatoribus dicere solebat, Tantum est Religiosus bonus Orator quantum ipse operatur, nam arbor tantum ex fructu cognoscitur. Seruus Dei sic debet vita & sanctitate in seipso fulgere, vt luce exempli, & lingua sanctæ conuersationis, omnes impios reprehendat. Sic inquam splendor eius, & odor famę ipsius, annunciabit omnibus impietatem eorum. Innocentius tertius dedit B. Francisco, & socijs eius licentiam prædicandi, ad verbi Dei semen in omnem terram spargendum. Alxander quartus concessit, quod fratres ordinis Prædicatorum & Minorum possint prædicare populis de licentia Romani Pontificis, aut Legatorum eius, vel Diæcesani, seu ordinarij, absque aliorum inferiorum Prælatorum & Rectorum

Ecclesiarum, ac Sacerdotum Parochialium assensu. Clemens quartus, referendo, ac confirmando prædictas literas Alexandri quarti, declarauit, quod, si prædictis fratribus concedatur licentia prædicandi & audiendi Confessiones, à legatis Sedis Apostolicæ aut ab ordinarijs locorum, possunt liberè huiusmodi fratres prædicare populis subiectis, Legatis & Ordinarijs, & cõfessiones audire, sine aliorum Prælatorum inferiorum & rectorum Ecclesiarum assensu, vllo modo requisito. Illis tamẽ casibus exceptis, qui de iure, vel cõsuetudine, aut speciali reseruatione facta Sedi Apostolicæ, ac Legatis, & Ordinarijs prædictis specialiter relinquuntur.

Concionatorum priuilegia.

Casus de quibus hîc fit mentio, specificantur à Benedicto vndecimo, his verbis; Prædicti fratres caueant omninò, ne illa hora in qua Diæcesani prædicauerint, vel coram se fecerint prędicare, prædicent ipsi fratres, nisi forsan hoc facerent de voluntate Diæcesanorum ipsorum, aut in studijs generalibus: diebus illis duntaxat, quibus sermones ad clerum fieri solent solenniter, siue in funeribus mortuorum, siue in eorundem fratrum festis specialibus, seu peculiaribus, quia in prædictis quatuor

casi-

casibus concurrere poterunt, in prædicationibus cum Diœcesanibus. Et fratres præsentati semel non teneantur amplius in illa Diœcesi præsentari.

Gregorius nonus, præcepit omnibus Ecclesiarum Prælatis vt fratres ordinis Minorum, ad officium prædicandi benignè recipeant: & vt admoneant populos eis commissos, quatenus ex ore prædictorum fratrum, verbi Dei semen deuotè suscipiant: ac etiam quod in necessitatibus huiusmodi fratrum, liberales existant.

Leo decimus concessit, quod prædicatores verbi Dei ordinis Minorum de obseruantia quando actu prædicant; vt puta in Aduentu, & Quadragesima, possint officium Feriale anticipare, & festa illius diebus reseruare, quibus illos amplius laborare necesse est; Non tamen in fraudem Diuini officij, sed vt liberius valeant; studio vacare, & consolationi spirituali fidelium populorum incumbere.

Idem Leo decimus in Concilio Lateranensi statuit & ordinauit, vt nullus tam Clericus, vel secularis, quam cuiuscunque etiam Mendicantium Ordinũ Regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi, tam de iure, quam

de consuetudine, vel Priuilegio, aut alias pertinet, aut huiusmodi officium exercendum admittatur: nisi per Superiorem suum respectiuè diligenter examinatus (in qua re conscientiam ipsius Superioris onerat) ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus, ac idoneus reperiatur. Idem Leo mandauit omnibus prædictis, qui onus prædicationis sustinent, quique in futurum sustinebunt, vt Euangelicam veritatem & sacram scripturam iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbauit, legendosque hactenus recepit, prædicent & explanent; nec quidquam eius proprio sensui contrarium, aut dissonum adijciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacræ scripturæ verbis ritè, ac sanè, & præfatorum Doctorum interpretationibus intellectis non discordant, imò vt diuinæ vocis præcepto Euangelium omni creaturæ cum vitiorum detestatione, & virtutum commendatione enucleent & declarent, & pacem ac dilectionem mutuam à redemptore nostro tanto opere commendatam, vbique fouentes, non scin-

Quomodo & quid prædicandum.

scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcoporum, Prælatorum, ac aliorum superiorum, eorumque status, scandalosa detractione aperta, & manifesta redargutione abstineant. Tempus præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere nequaquam præsumant, cum veritas dicat, non esse nostrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Si quibusdam Dominus futura quædam in Dei Ecclesia inspirauerit, & quapiam inspiratione reuelauerit, quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus an ex Deo proueniant, tales assertæ inspirationes, antequam publicentur, aut populo prædicentur, Apost. Sedis examini reseruatæ intelligantur. Quod si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, tunc eodem ordine seruato, Ordinario loci notificentur, vt ille adhibitis secum tribus aut quatuor doctis & grauibus viris, & in eiusmodi negotijs exercitatis, diligenter examinato, quando id expedire videbunt (super quo eorum conscientias onerat) licen-

tiam concedere possint. Et idem Leo, statuit, vt si qui ex huiusmodi Prædicatoribus, miracula falsa, aut incerta, vel prophetias, quæ ex sacra scriptura non constant, prædicare, seu Episcopis, aut eorum Superioribus præfatis detrahere ausi fuerint, vltra pœnas contra tales à iure statutas excommunicationis etiam sententiam, à qua non nisi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo constituti) absolui possint, eos incurrere voluit, Et vt eorũ exemplo, alij attentare similia minimè audeant, eis etiam prędicationis officium interdictũ esse perpetuò, decreuit. D. F. admonet suos fratres dicens, *Moneo quoque & exhortor eosdem fratres, vt in prædicatione quam faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia: ad vtilitatem & ædificationẽ populi: annunciando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam, cum breuitate sermonu: quia verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram.* In eum finem mittũtur fratres, vt prædicent sanctæ conuersationis exemplo, vt videlicet, in suggestu eloquia eorum sint examinata, non erronea vel incauta, sint casta, ne sapiant immunditiam, auaritiam, vanitatem, ne risum excitent, vt fastum vel impetum prædicantis, & omnem intentio-

nis

nis corruptionem excludant,& vt ædificent in mensa, in via, & vbique bonis sermonibus ad pœnitentiam prouocent, vt destruant infernum & auditores ad gloriæ Paradysum deducant, ad hoc auditoribus Indulgentiæ trbuuntur, vt tantò auidius Verbum Dei ex ore fratrum suscipere conentur.

Gregorius octauus concessit, audientibus prædicationes fratrum Minorũ quindecim annos indulgentiarum. Alexander quartus concessit, vt fratres Minores, in quibuscunque Ecclesijs, vel locis eos prædicare contigerit, possint dare suis auditoribus Indulgentias quadriginta dierum. Idem Alexander concessit accedentibus ad Ecclesias Fratrum Minorum, causa audiendi sermones, vel Missas, quocunque tempore, pro qualibet vice, Indulgentiam centum dierum. Idem Alexander & Nicolaus tertius, & Innocentius quartus, & Nicolaus quartus, ac Benedictus Vndecimus concesserunt venientibus ad Ecclesias fratrum Minorum tempore Quadragesimæ, feria 2. & 4. & 6. quãdo ibidem prædicatur, Indulgentiam, centum, triginta, & octo annorum, & ducentorum & duorum dierum. Tandem prefati fratres quãdocunque prædicant

Indulgentiæ concessæ audientibus conciones Minorum fratrum.

dicant in suis domibus, quocunque die anni possunt concedere suis auditoribus 18. annos, & 322. dies, Sed quando alibi prædicant, possunt concedere decem & octo annos, & ducentos, ac 22. duos. Attamen; quando prædicant tempore Quadragesimali, in domibus suis feria 2. & 4. ac 6. possunt concedere vltra prædicta centum triginta, & octo annos, ac ducentos & duos dies.

CAPVT X.

HOc Capite de Obedientia & correctione fratrum agemus, D. F. solebat dicere; Subditus cõsiderare debet Prælatum suum, non vt hominem, sed vt Deum, pro cuius amore, subditus est eidem. Verum obedientem sub figura corporis mortui sic describit. *Obediens describitur.* Tolle corpus exanime, & vbi placuerit tibi loca ipsum, videbis illud non repugnare motũ, non murmurare sitũ, non reclamare dimissum, quod si in cathedra exaltetur, non alta, sed ima respiciet: Sic verus obediens est, qui cum mouetur non iudicat, vbi locetur non curat, cum transmutatur non instat, promotus ad officium sollicitam tenet humilitatem, quo plus honoratur eo plus se reputat indignum, purè & simplici-

pliciter iniunctas & non postulatas Obedientias, sanctas nominabat. Eum autem qui præcepto obedientiæ non festinanter obedit, dicebat nec Deum timere, nec hominem revereri. Quoniam ad viam salutis nihil est tutius, quã per humilem obedientiam abnegare semetipsum, idcirco sequentibus se veritas dicit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum*, per obedientiæ subiectionẽ: *& tollat crucem suam*, per carnis macerationem: *& sequatur me*, per finalem consummationem. Et meritò inuitat eos ad obedientiæ subiectionem, quia per eam habetur mira victoria contra hostes, teste Sapiente qui ait, *Vir obediens loquetur victoriam.* Et quod plus est ipse Deus, per obedientiam vinci potest, Dicit enim Gregorius: Si obedientes fuerimus Prælatis nostris: Deus obediet orationibus nostris; & Augustinus Citius (inquit) exaudietur oratio peccatoris obedientis: quam decẽ millia cõtemptorum. Toto igitur tempore vitæ tuæ studeas omnibus secundum Deũ subiacere, & semper humiliter obedire non solum Prælatis, sed etiam subditis, & non cures discernere quis est qui præcipit, Ait enim Gregorius, Non licet subditis discernere: sed statim sim-

Matt. 16.

Prou. 21.

pliciter obedire. Et caue ne vnquam per te vel per alios obedientiam extorqueas publicè vel occultè: quia talis non dicitur obedire sed propria voluntate abuti. Ait Bernardus, Si quis apertè vel occultè satagit, vt quod habet in voluntate, hoc ei pater spiritualis iniungat, ipse se seducit: itaque iam sibi quasi de obedientia blandiatur. Neque enim in ea re ipse Prælato, sed ei Prælatus obedit. Caueat hoc ergo talis, quia dicit idem Bernardus: Nihil ardet in inferno nisi propria voluntas. Tolle, inquit, propriam voluntatem: & nō erit infernus. Caue igitur in beneficijs tuis tuam perfici voluntatem; & maximè cum discordas à voluntate Prælati. Nam Bernardus dicit, Grande malum propria voluntas: qua fit vt bona tua bona non sint. Et quando aliqua grauis obedientia te conturbat, citissimè cogita de Iesu, qui cum esset Rex regum & Dominus Dominantium, *humiliauit*
Phil. 2. *semetipsum*, teste Paulo, *factus obediens vsque ad mortem*, Dicebat enim; *Descendi de*
Ioan. 6. *cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me Patris*: ita dicas, si vis imitari Deum; Exiui de mundo, non vt faciam voluntatem meam, sed aliorum, Qualis autē debet esse perfectus,

D. Ber-

D. Bernardus describit dicens: *Verus obediens nescit moram: mandatum non procrastinat: sed statim parat oculos visui: aures auditui: linguam voci: manus operi: pedes itineri: & totum se interius recolligit: vt imperantis faciat voluntatem. Obedientia est nauis ad cœlum transiens: clauis cœlum aperiens, auis ad cœlum ascendens, summa in merito, vicina Deo: proxima cœlo.*

Duodecim sunt abusiones claustri, secundum Bernardum. Prælatus negligens: Discipulus inobediens: Iuuenis otiosus: Senex obstinatus: Monachus curialis: Religiosus causidicus: Habitus prætiosus: Cibus exquisitus: Rumor in claustro: Lis in capitulo, Dissolutio in choro: & Irreuerentia iuxta altare. Hæc emendantur obedientia, quæ vt sit meritoria variè ornatur. Primò vt fiat hilariter & libenter, *Hilarem enim datorem diligit Deus*. 2. Cor. 9 Secundò celeriter, & ideo B. Fr. Fratres charissimi, ad primum verbum præceptum implete: nec expectetis iterari quod dicitur vobis, nihil etiam impossibilitatis causemini, si iudiceris esse in præcepto: quia etiam si supra vires ego vobis mandarem: obedientia viribus non careret. Et scitote quod ille qui præcepto obedientiæ festinanter non obedit: nec

Obedientiæ conditiones.

nec Deum timet, nec homines reuere-tur. Sine tardatione mandatum superioris est implendum, vnde debet subditus dicere Prælato sicut Paulus ait, *Domine, quid me vis facere?* Actor. 9. Et dixit Samuel Deo; *Loquere Domine, quia audit seruus tuus*; 1. Reg. 3. Et Esaias propheta, *Ecce ego, mitte me*. Isa. 6. Huiusmodi obedientes laudat Deus, dicēs. *In auditu auris obediuit mihi*. Psal. 17. Tertiò, vt fiat patienter, sine murmurationibus & lamentatione; aliter esset obedientia dæmonum, de quibus dicitur, *Exibant dæmonia à multis clamantia*, scilicet ad præceptum Christi, Luc. 4. Quartò, vt fiat simpliciter, id est, sine distinctione vel inquisitione causæ præcepti vel obedientiæ, vnde August. *Non placet Deo disceptatrix obedientia quærens, cur, quare, & quamobrem præcipiatur*, Et ideo Hieronymus ait. *Præpositum Monasterij timeas vt Dominum: diligas vt parentem: credas tibi salutare quicquid ille præceperit: nec de maioris sententia iudices, cuius officij est obedire, dicēte Moyse. Audi Israel & tace*, Quintò, vt fiat inuariabiliter, vt si vnum præcipiatur, non fiat aliud sine præcipientis voluntate expressa. Sextò vt fiat integraliter. Non enim sufficit aliquid fieri solum pro parte nisi totum faciat cum-

Ad Rusticū Monachum.

cum fieri poteſt: quando aliquis eſt obligatus illud facere. Septimò, vt fiat veraciter, ſcilicet vt quis non impellat Prælatum ad præcipiendum ſibi propter importunitatem. Et hoc intelligitur de obedientia rerum ſenſualium vel honorabilium; Nam licitum eſt, imò valde meritorium eſt, impetrare obedientias laborioſas. Octauò, vt fiat feruẽter, & non deſidiosè ac negligenter; Nonò, cõſtãter, vt non turbetur; propter aſperitatem obedientiæ, non eſt propter aſperitatem verborum tam regalis ſemita relinquenda. Decimò, vt fiat humiliter, vnde Hiero. *Cum magiſter præcipit obediẽtis indicium eſt: ſi demiſſo verſus eum audiat capite: ſi autem terga vertat, ſignum eſt contemnentis.* Vndecimò, ſinceriter, vt fiat ſine mixta malitia, & non quærens remunerationem. Duodecimò, vt fiat perſeueranter, ſcilicet, vſque ad finem: Non enim ſufficit obedire decem aut viginti annis, ſed vſque ad mortem, quia incaſſum currit, qui antequam peruenerit ad metam deficit. Ad obedientiam hortamur exemplo Chriſti, qui ſuæ matri & patri putatiuo parebat Luc. 2. Et præcepta patris ſui ſeruabat. Ioan. 6. exemplo ſanctorũ maximè B. Fr. qui ita libenter Nouitio

obedi-

obedire conabatur atque antiquissimo & discretissimo patri: exemplo animalium. Vnde Albertus Magnus ait: Cum Leo rex animalium rugit: omne mox animal gressum figit: & expectat timidus, quid suus rex velit. Hanc virtutem laudat D. August. dicens: *Hæc est illa obedientia, quæ concordiam seruat in angelis: pacem nutrit in Monachis: tranquillitatem generat in ciuibus: sine qua Respublica stare nō potest: nec aliqua familia regi. O quam enorme vitium quod obedientiæ contrarium fuit, per quod Diabolus cœlum perdidit: per hoc homo Paradisum amisit, & Saul Regnum, & Salomon amorem diuinum. O sancta Dei sponsa obedientia, Tu perfecta scala qua cœlū ascenditur: tu quadriga qua Helias ductus est in paradisum: tu porta paradisi fidelium, & clausura inferni, O sancta obedientia: tu humilitatem nutris: tu patientiam probas: tu māsuetudinem examinas. Eia ergo fratres mei, qui iugo Dei submissi estis, vt sublata licentia peccandi cathena obedientiæ in proposito bono retineri possitis: estote in omnibus obedientes, vt Deum placare possitis: De peccatis commissis, Tantò enim citius homo placat Deum: quantò reprehensa sui arbitrij superbia gladio præcepti se immolat. Maior enim est obedientia quam victimæ, quia in victimis aliena immolatur caro: sed in obedientia volun-*

In tract. de virtute. cap. de obedientia.

Serm. ad frat.

Obedientiæ effectus.

tas propria, & caro mactatur, hæc ille in diuersis sermonibus.

Verus obediens post emissum votum, iudicio sensuque proprio exutus, sua omnia liberè in manus Dei, eorumque, quos loco Dei in terris veneratur ita resignauit, vt ipsi de se disponant in omnibus, prout ipsi iudicauerint magis expedire, tum ad gloriam & cultum Dei, tum ad proprium profectum. Eo planè modo, quo B. virgo Dei mater intellecta Dei voluntate ab Archangelo, se in manus Dei resignauit, dicens: *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.* Quo item B. Apostolus à Domino vocatus, seipsum resignauit, *Domine*, inquiens, *Quid me vis facere.* Et eo modo quo B. Augustinus, quando Deum alloquebatur. *Da, Domine, quod iubes, & iube quod vis* Et tandem Isidorus magnus ad abbatē Monasterij sui, vt Climachus refert ait. Sicut fabro ferrū subiectum est, ita & ego, ô pater, meipsum obediētiæ expono. Quod D. Paulus laudat, dicens. *Sed semetipsos dederunt, primum Domino; deinde nobis per voluntatem Dei, ita vt rogaremus Titum quemadmodum cœpit, ita & perficiet in vobis etiam gratiam istam* Inter maxima Dei Beneficia reponenda est illa gratia, qua homo,

Luca 2.

Act. 9.

In Soliloq. cap. 18.

2. *Cor.* 8.

homo ſeipſum exuit, vt à diuina maieſtate in ſuis miniſtris gubernetur ac
Heb.13. poſſideatur, *ipſi enim peruigilant quaſi rationem reddituri pro animabus ſibi commiſſis*, & ſarcinam ſubditorum collo ſuo apponunt, vt illi tanto facilius periculoſum hoc mundi mare traijcere queant, & ideo cum ſathan cuiquam ingeſſerit. Prælatum diiudicandum fore, verus obediens reſpondere poterit, O maligne ſeductor, non ego ducem meum diiudicandum ſuſcepi, ſed ille me: non ego illius, ſed ille meus iudex eſt. Fertur de quodam Religioſo coquo qui multis Religioſis miniſtrauit, quod nunquam viſus ſit inpatiens, interrogatus autem, quomodo ſolus occupatus paci & deuotioni vacare poſſet, reſpondit. Nunquam me hominibus ſeruire arbitratus ſum, ſed Deo. Illa conſideratio perſonæ Dei & Chriſti, multam quietem obedienti affert, cum iam in ſeipſo nullum Dominium agnoſcit, quam quod à ſuis ſuperioribus conformiter Diuinę voluntati ſibi exequendum, agnouit. Quare & meritò poterit de ſingulari Dei protectione gloriari, & ingenti animi voluptate
Pſal. 39. verba Dauidis vſurpare. *Ego autem mendicus ſum & pauper, Dominus ſollicitus eſt mei.*

mei. Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris. Hic semper se contemnit, omnes meliores se reputat, laudes suas sicut cantum sirenarum audit, nec se sapientem credit, nec sanctum se reputare desiderat, & supra id, quod sui muneris non est, se non extollit. In sacris litteris exempla multa inobedientiæ repereuntur. *Audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias princeps virtutis, res bene gestas & prælia quæ facta sunt, & dixit. Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes, quæ in circuitu nostro sunt, Et ceciderunt illo die de populo Israel ad duo millia viri, & facta est plaga magna, quia non audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos, Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel,* 1. Mach. 5. *Arreptisque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis imposuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egressusque ignis à Domino, deuorauit eos & mortui sunt coram Domino.* Leuit. 10. Core & *Dathan & Abiron, surrexerunt cum suis contra Moysen & Aaron, & viui à terra absorpti sunt, complices eorum ad ducentos quinquaginta viros ab igne consumpti sunt,* Num. 16. *Saul, offerens holocaustum Domino de initijs*

homo ſeipſum exuit, vt à diuina maieſtate in ſuis miniſtris gubernetur ac
Heb.13. poſſideatur, *ipſi enim peruigilant quaſi rationem reddituri pro animabus ſibi commiſſis*, & ſarcinam ſubditorum collo ſuo apponunt, vt illi tanto facilius periculoſum hoc mundi mare traijcere queant, & ideo cum ſathan cuiquam ingeſſerit. Prælatum diiudicandum fore, verus obediens reſpondere poterit, O maligne ſeductor, non ego ducem meum diiudicandum ſuſcepi, ſed ille me: non ego illius, ſed ille meus iudex eſt. Fertur de quodam Religioſo coquo qui multis Religioſis miniſtrauit, quod nunquam viſus ſit inpatiens, interrogatus autem, quomodo ſolus occupatus paci & deuotioni vacare poſſet, reſpondit. Nunquam me hominibus ſeruire arbitratus ſum, ſed Deo. Illa conſideratio perſonæ Dei & Chriſti, multam quietem obedienti affert, cum iam in ſeipſo nullum Dominium agnoſcit, quam quod à ſuis ſuperioribus conformiter Diuinę voluntati ſibi exequendum, agnouit. Quare & meritò poterit de ſingulari Dei protectione gloriari, & ingenti animi voluptate
Pſal. 39. verba Dauidis vſurpare. *Ego autem mendicus ſum & pauper, Dominus ſollicitus eſt mei.*

mei. Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris. Hic semper se contemnit, omnes meliores se reputat, laudes suas sicut cantum sirenarum audit, nec se sapientem credit, nec sanctum se reputare desiderat, & supra id, quod sui muneris non est, se non extollit. In sacris litteris exempla multa inobedientiæ repereuntur. *Audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias princeps virtutis, res bene gestas & prælia quæ facta sunt, & dixit. Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes, quæ in circuitu nostro sunt, Et ceciderunt illo die de populo Israel ad duo millia viri, & facta est plaga magna, quia non audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos, Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel*, 1. Mach. 5. *Arreptisque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis imposuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egressusque ignis à Domino, deuorauit eos & mortui sunt coram Domino.* Leuit. 10. *Core & Dathan & Abiron, surrexerunt cum suis contra Moysen & Aaron, & viui à terra absorpti sunt, complices eorum ad ducentos quinquaginta viros ab igne consumpti sunt*, Num. 16. *Saul, offerens holocaustum Domino de initijs præ-*

prædarum citra obedientiam, abiectus est à Domino, 1. Reg. 15. Ozias rex tenens in manu thuribulum, vt adoleret incensum lepra percussus est. 2. Par. 26. Quorum arrogantium exempla terrent subditos & superiores, ne illi se vltra debitum submittant, & hi non plus quam decet, subditos alliciant.

Oportet primum in generali cognoscere, in quibus inferiores teneantur obedire superioribus, & circa hoc, duo sunt notanda. Alterum est in quibus non est Superiori obediendum. Alterum in quibus est obediendum.

Conditiones in quibus subditus non tenetur obedire Superiori.

Circa primum aliquod dicta sunt notanda. *Primum* est. Nullus obligatur obedire suo superiori in actibus interioribus puris, puta intellectus aut voluntatis; vt si superior diceret crede hanc & illam opinionem, non tenetur hoc facere inferior, quamuis pertinet ad perfectionem obedientiæ, hoc facere & in his obedire; sed non est obligatio, quia anima ipsa soli Deo subditur. Vnde patet, hominem non potuisse perfici per omnes humanas leges, quæ non obligant ad actus interiores puros, nisi accederet diuina lex, quæ totum potest obligare hominem, & obligat de facto. *Secundum est*, non est obedi-

obediendum vlli Superiori, in his, quę pertinent ad statum proprium, v.g. Pater præcipit filiæ, vt nubat, aut fiat monacha, non tenetur obedire. *Tertium est*, Non est obediendum inferiori contra preceptum superioris, v.g quando duo Superiores præcipiunt opposita vni, inferior debet obedire superiori maiori, prætermisso minori. Vnde obediendum est in rebus Ecclesiasticis Papæ potius quam imperatori, & Deo quam hominibus. *Quartum est*, Nulli superiori præcipienti aliquod peccatum mortale vel veniale, est obediendum. *Quintum est*, Nulli superiori præcipienti aliquid, ex quo sequitur scandalum, vel notabile detrimentum aliorum, est obediendum in tali præcepto, etiam si superior pæcipiat sub pœna excommunicationis, hęc enim nō ligat, quādo malè imponitur. *Sextum est*, Nulli est obediendum in his in quibus non est supeior. Inferior enim solum obligatur obedire in his in quibus inferior est. Hinc si superior præcipiat alicui, vt donet vineam suam alteri, vel vendat, non tenetur obedire. *Septimum est*, Nullus obligatur superiori obedire, quamuis cognoscat voluntatem eius, nisi talis voluntas sibi fuerit manifesta

exterius, tacitè vel expreſsè. Hæc ſunt, in quibus nullus obligatur cuicunque ſuperiori citra Deum obedire. Circa ſecundum verò, in quibus obediendũ eſt ex obligatione, dicendum in his in quibus eſt ſuperior, & quando duo ſuperiores æquales præcipiunt, obediendum eſt ei qui præcipit in ordine ad meliorem finem.

Hactenus in generali loquuti ſumus, quæ ſint ea in quibus obediendum eſt, nunc ad particularia iſta applicare oportet, ac primum, de obedientia Religioſorum erga ſuos Prælatos agere debemus, de quo ſunt dicta aliquot notanda. *Et primum eſt*, Nullus Religioſus tenetur obedire ſuo Prælato in his quæ pertinent ad maiorem perfectionem, quam ſit religionis quã profeſſus eſt, D. Thomas dicit: Religioſum teneri in his tribus obedire Prælato: in his nempe quæ in Regula continentur, & in his ſine quibus illa in Regula contenta impleri nequiunt, & in pœnis inflictis propter culpas contra prædicta duo. Si aliquis verò ſuperior vellet alia exigere, quæ ad maiorem perfectionem pertinent, vt ieiunia, diſciplinas extraordinarias aut inhoneſtas, & alia, quæ non ſunt in Regula, quam-

Secund. 2. diſt. 44. q. 2. art. 3.

quamuis perfectius esset ei obedire, non tamen obligatur ad ea subditus, quia votum ad huiusmodi opera non extenditur. *Secundum*, Religiosus non tenetur obedire Prælato, in his, quæ sunt præter illa tria, puta, nec pertinent ad Regulam: nec ad ea, sine quibus Regula non seruatur: nec ad pœnam. *Tertium*, Non tenetur etiam subditus, obedire Prælato in his quæ sunt contra Regulam. Vnde, si Prælatus præcipiat alicui, ne ieiunet tali die, & Regula hoc ieiunium præcipiat, non tenetur obedire, licet possit Prælatus dispensare. Hæc tria dicta hoc vno verbo concluduntur. *Non tenetur religiosus obedire Prælato, in his quæ sunt supra, aut præter, aut contra, sed in his quæ sunt tantum secundum Regulam, quam est professus.* Hæc quæ in genere & in particulari de Inferiorum ad superiores obedientia dicta sunt, sumpsi quasi verbotenus ex Toleto. Quibus ex Anthon. tit. 16. ca. 1. sect. 9. hæc apponam, Religiosus tripliciter facit contra votum obedientiæ, & per consequens peccat mortaliter, transgrediendo ordinationes Regulæ, Constitutionum, seu Prælatorum; *Primò* contemnendo maudata, neglectus enim vbique culpabilis, contemptus, *Tract. de pecc. mor. cap. 15. & 16.*

dam-

damnabilis, Contemptus est renuere subiici Regulæ vel legi; *Secundo* quando fit contra votum, *Tertio*, cum facit quidquam contra præceptum obligans quod est de re voti, in qua tenetur obedire. Multa enim sunt in quibus inferior non tenetur. Primò si superior præciperet contra Dei mandata crimen occultum reuelari sibi, non seruato ordine fraternæ charitatis & correctionis; vel præter mandata, vt mendacium officiosum, non enim debet in huiusmodi obedire. Secundò, si contra ordinationes Ecclesiæ quicquam præciperet, vt quod non ieiunaret statutis diebus ab Ecclesia, vel celebret pro hæreticis, tunc non est obediendum. Tertio, si mandaret aliquid facere contra ordinationes Regulæ vel Constitutionũ, vt si quis deberet lineis vti, si teneretur lanea ferre. Quartò, si præciperet quædam ad quæ se eius prælaturæ autoritas non extenderet, vt quod deberet reiterare confessionem semel confessam, vel non loqueretur suo superiori, vel vt faceret contra ordinationem maioris sui Prælati. Quintò, si præciperet, vt ieiunaret inferior, vel faceret austeritates vltro, regulam non imponendo ei, nec is Superior iniungeret

geret per modum pœnitentiæ seu punitionis alicuius defectus. Sextò, si aliquid præciperet, quod haberet speciem mali, & quod inferior se nudaret corã hominibus, quia obedientia intelligitur in licitis & honestis.

Modus autem cognoscendi quando aliquid strictè præcipitur, regulariter agnosci potest aliquo horum quatuor modorum. Ex materia, quæ præcipitur; ex pœna, sub qua præcipitur: ex verbis, quibus aliquid præcipitur; & ex intentione præcipientis. Vbi enim materia (quæ præcipitur) necessaria est ad salutem, constat quod huiusmodi trãsgressio est mortalis. Vt est illa, *Non occides, non mœchaberis*, & cætera præcepta diuina, & naturalia ad salutem animæ spectantia. Verum in præceptis humanis (impossibile est) ex sola materia agnoscere, quænam præcepta obligent ad mortale. Nam quædam minima sub peccato mortali præcipi videntur: vt patet de concedentibus cadauera, vt transferant ad alia loca, quod ex se nullum est peccatum, vt *in Extrauag de test. de sepul.* Ideo in his recurrendum est ad pœnam, vel ad verba sub quibus præcipiuntur. Et si fortè pœna est maior excommunicatio, vel aliquid simi-

le, quod cum vita animę non consistit: vt puta maledictionis æternæ, vel indignationis omnipotentis Dei, mortalis vtique erit huiusmodi transgressio. Et hoc verum est in omni excommunicatione maiori siue illa sit latæ sententiæ, siue comminatoria: cum hoc tamen discrimine, quod transgressor præcepti facti à Prælato, sub pœna excommunicationis latę sententiæ, mortaliter eo ipso peccat, quo præceptum transgreditur. Nam si secus esset, excōmunicationem non incurreret, quia excommunicationis prædictæ pœna, tantæ indignationis est, vt non nisi propter mortalem incurratur culpam: vt sacris canonibus probatur. Transgressor autem pręcepti sub comminata pœna mortaliter non peccat, quousq; ad hoc peruenerit, quod verè dignus sit, vt actu excommunicetur, & non prius: quia cum præcedere debeat monitio, antequā huiusmodi excommunicetur, non peccabit mortaliter, quousque monitorio resistat: quoniam nō est adhuc dignus excommunicari. At si monitus perseuerat in trāsgressione, verè mortaliter peccat, quia dignum se facit vt excommunicetur. Si verò pœna apposita simul cum vita animæ consi-

consistit, vt suspensio, interdictũ, irregularitas, vel aliqua pœna, aut corporalis, ad tempus, non oportet in transgressione horum mortale incurri peccatum. At vbi pæna corporalis apposita sit magna, vt puta mortis, mutilationis membri, carceris perpetui, publicæ flagellationis, & huiusmodi, mortaliter tunc peccaret transgressor, tali se exponendo periculo contra propriam sui ipsius charitatem; sed huiusmodi pœnæ poni nõ solent nisi pro eo, quod multum esset læsiuum iustitiæ. Si verò ex verbis cognoscendum sit, an quod precipitur, obliget ad mortale: quia fortè nec materia quæ præcipitur est talis, quæ ad mortale obliget, nec pœna vlla apponitur, quæ mortalem culpam inducat, quod cum hoc nomen precepti, incertum sit, pro quonam accipiatur, an scilicet pro precepto strictè sumpto, an pro præcepto largè sumpto, (quod propriè mandatum est appellandum) cum vtrisque præceptis sit commune. Ideo non est facilè determinare, quænam voces preceptiuę in iure communi ad mortalem obligent culpam, quæue ad venialem. Illud tamen certum est, quod cum præcipitur aliquid in virtute sanctæ obedientiæ, obligatio

est ad mortale ex vi verborum: quia horum verborum connexio ex communi Ecclesiæ vsu, solita semper est, præcepti strictè sumpti vim importare. Et idem est, si dicatur sub pœna maledictionis æternæ, vel indignationis omnipotentis Dei. Et nostra Religio habet, vt nunquam Prælatorum præcepta obligent ad mortale: nisi quando dicitur præcipio, vel per sanctam obedientiam iniungo. Cætera autem simplicia Prælatorum mandata, scilicet, fac hoc vel illud, solum præcepta sunt, ad veniale tantum peccatum obligantia, præcipuè si constat, de intentione præcipientis, quod non sit obligādum ad mortale: quia tunc transgressio non erit mortalis. Intentio enim præponderat verbis, & verba intentioni deseruire debent, non intentio verbis. Quare vbi de intentione constat præcipientis, sufficit ad ligandum ad mortale, si ex causa fit: quia ex intentione præcipientis, pendet præcepti vis. Dicitur, *ex causa*, quoniam sola Prælati intentio non sufficit ad obligandum ad mortale, quomodocunq; sine causa fiat: sed requiritur *iusta causa*, & illa probatur ex fine, si scilicet Prælati imperium ad aliquod commune vel particulare bo-

num

num ordinetur; & ex actore, quando ſcilicet præceptum non excedit poteſtatem mandantis: & ex forma præcepti, videlicet ſi ſecundum æqualitatem proportionis, imponuntur ſubditis onera, in ordine ad bonum commune. Vbi autem in præcipiendo nullum bonum intenditur: vel contra commiſſam poteſtatem ſit præceptum: vel inæqualiter, & ſuper vires onera diſpenſentur: etiam ſi ad bonum communitatis ordinentur, iniuſtum præceptum conuincitur, & magis violentia quam lex obligans eſt appellanda. Vnde tales leges, ſeu Prælatorum imperia, non obligant in foro conſcientiæ: niſi fortè propter vitandum ſcandalum, vel turbationem: propter quod homo etiam iuri ſuo debet cedere, ſecundum illud, *Et quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum illo alia duo.* Dictum eſt notanter, *ſine cauſa*, quia ſi aliqua adeſſet cauſa, licet non omninò ſufficiens ad tam ſtrictè præcipiendum: tunc licet ipſe Prælatus peccet abutens ſua autoritate: videtur tamen eius præceptum valere, & ligare ſaltem ad peccatum veniale: nam non obligare ad mortale, communiter tenent Doctores. Quia ad obligandum ad pœnam æternam non

Matth. 5.

habet causam; quamuis habeat ad obligandum ad pœnam temporalem, & ad peccatum veniale. Aduertat tamen subditus, quod periculosum sit ei, ad iudicandum se intromittere, an præcepti causa iusta sit, vel iniusta. Et nisi manifestè ei constaret, quod esset iniusta, debet præsumi iusta: & tenetur sub mortali obedire. Et quoniam præcipientis intentio magis spectanda est, quã verba, sic verba ipsa ad intentionem præcipiẽtis, sunt interpretanda; & omnis lex, siue superioris mandatum, ad aliquod commune seu particulare bonum ordinatur: si verò ab hoc deficit, virtutem obligandi non habet.

Ne aberret subditus vni præ alio prælato obediẽdo, habent ordinis statuta, de obedientia ordinata cap. 7. §. 15. Admonemus omnes religiosos in officio aliquo constitutos, vt omnia sua ministeria fideliter exequantur: & inferiores pareant & obediant superioribus: ita vt omnes religiosi, Vicarijs; Vicarij verò Guardianis: Guardiani verò Prouincialibus: Prouinciales verò Generalibus Commissarijs: Commissarij verò Generales, Ministro Generali cum effectu parere teneantur. Verum ad confusionem tollendam,

cauere

cauere debent omnes, ne in suis officijs ad inuicem se conturbent, vt antiqui nostri fratres statuerunt: atque adeò superiores Prælati inferiores præfectos non impediant, quo minus sua officia liberè exequantur, nec in suis officijs se intromittant & ingerant. Sed potius (interim quod non fuerint à suis officijs deiecti) eos adiuuent & foueant: nisi fuerint negligentes ipsi inferiores. His accedit sacrosancta Synodus Trid. Quamuis non ignorat sancta Synodus, quantum ex monasterijs piè institutis, & rectè administratis, in Ecclesia Dei splendoris, atque vtilitatis oriatur: necessarium esse censuit, quo facilius, ac maturius, vbi collapsa est vetus & Regularis disciplina instauretur, & constantius, vbi conseruata est perseueret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, vt omnes Regulares, tam viri quam mulieres, ad Regulæ, quam professi sunt, præsciptum vitam instituant, & componant: atque in primis, quæ ad suæ professionis perfectionem, vt obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ac si quæ alia sint alicuius Regulæ, & ordinis peculiaria vota, & præcepta ad eorum respectiuè essentiam, nec non ad communem vi- Sess. 25. c. 1.

tam, victum & vestitum conseruanda pertinentia fideliter obseruent, omnisque cura & diligētia à Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis generalibus & prouincialibus, quam in eorum visitationibus, quæ suis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis non recedatur: cum compertum sit, ab eis non posse ea, quæ ad substantiam Regularis vitę pertinent, relaxari. Si enim illa, quæ bases sunt, & fundamenta totius Regularis disciplinæ, exactè non fuerint conseruata: totum corruat ædificium necesse est. Illis verbis docetur, quo ordine obediendum sit Prælatis, quibus præceptis, & quo tempore. Nunc ad secundam capitis partem de Correctione fratrum calamum apponemus.

Secunda capitis pars de correctione fratrum.

Bonifacius octauus, concessit, vt Prælati ordinis Minorum, ad correctiones & punitiones fratrum eiusdem ordinis delinquentium infligendas, ad quos eædem spectare noscuntur (rimulis, & apicibus iuris postpositis) liberè procedere valeant, secundum consuetudines approbatas, & generalia statuta ipsius ordinis facta, & fienda. Ac insuper voluit, non licere prædictis fratribus, ab eisdem correctionibus, & puni-

punitionibus aliquatenus appellare, præuia tamen in hoc deliberatione ac maturitate debita obſeruatis. Alexander 6. & Leo decimus, concedunt, vt quando aliquem fratrem, cauſa correctionis, vel abſolutionis, oportet verberare; poſſint Prælati ordinis minorum de obſeruantia, & eorum Commiſſarij manu Vicarij, vel cuiuſuis alterius Fratris ſubditi, eum verberare, ſeu diſciplinare. Annot. Patr. Cap. in verb. Ap. Eſt hic aduertendum, quod vltra Papa Greg. 13. conſt. 34. ſub pœna excom. latæ ſententiæ, ſummo Pontifici reſeruata, & priuationis officiorum, ne ad ſecularia Tribunalia appellarent Fratres Minores de obſeruantia, prohibeatur: concedit eis tamen appellationem ad Generalem, vel Protectorem, vel Papam. A ſacra adhuc Cong. Card. eſt impoſitum decretum anno 1587. Appellatio hoc ordine proſequatur. A Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad ſacram Cõgregationem, & etiam iſta appellatio eſt permiſſa in Conſt. P. Sixti V. 22. in 2. part. Bullarij. quæ incipit. *Ad Romanum ſpectat Pontificem*, *Anno*. 1588. Notandum, quod dum dicitur, Superiores ad correctionem

Quomodo appellandũ ſit.

ctionem fratrum, rimulis, & apicibus iuris postpositis, liberè procedere posse: hoc intelligendum est, vbi iustitia non periclitatur. Quare Superiores per dicta verba, non eximuntur à iure communi, ad quod omnes Catholici tenētur; nec ab eis, quæ sunt de substantia & essentia Iuris, vt sunt testes idonei, legitimæ probationes, exceptiones, & legitimæ defensiones. Quoniam, sine ipsis Iudicium esset iniquum, vbi audiretur impugnatio, & non defensio. Sed eximuntur ab Apicibus & Rimulis iuris, quæ sunt huiusmodi. Porrectio libelli, Citatio in die non feriata, & his similia, sine quibus in iudicio contentioso procedi non potest. Dico autem ego, verus frater Minor hæc non quæret, nec indigebit. Christus non ita egit, nec Apostoli, nec D. Fran. quorum imitatores sumus. Ambiunt defendi, qui timent vinci, qui non vult corripi, nec vult corrigi. D. F. inquit, *Postquam corrigere & emendare non possum, prædicatione, admonitione & exemplo, nolo carnifex fieri ad puniendum & flagellandū, sicut potestas huius seculi. Nam & ego cōfido, quod inimici inuisibiles qui sunt lictores Domini ad puniendum in hoc seculo & in futuro, adhuc sument vindictam de illis, qui trāsgredi-*

grediuntur mandatum Dei, & votum professionis suæ, & facient eos corrigi ab hominibus huius sæculi in improperium & verecundiam ipsorum.

De quotidianis offensis, sine quibus hęc vita non ducitur, facienda est Confessio, de priuatis priuata, de publicis publica, & nihilominus quandoque priuata, vt in suis locis superius dictum est. Verum quia defectus claustri in capitulo corriguntur, quando illud sincerus frater minor ingreditur, nudato capite, iunctis manibus, honestè dispositis, humiliter se ad terram prosternit, verba subiectionis profert, pœnitentiam quærit, impatientiæ notam non ostendit, quando arguitur non turbatur, sed in Domino gaudet, ad verba & verbera paratus, ab omnibus corripi, & ab omnibus erudiri affectat, & Capitulum sibi consistorium repræsentat diuinum. Prælatus iudicem, fratres sine culpa sanctos; fratres defectuosi peccatores misericordiam postulantes, semper est sibi suspectus, ergo maledicentibus benedicit, iniustitiam facientibus gratias agit, Christũ iniuriatum semper repræsentat, si dicitur illi opprobrij verbum, caput inclinat, genu flectit, Deum laudat, iurianti obse-

quium non denegat, vultum non mutat. Hæc faciens non indiget appellatione. Vera humilitas est spernere mundum, spernere nullum, spernere seipsum, spernere se sperni, ad quam si peruenitur, conscientia habebitur in mira dulcedine, qui hanc acquirere cupit, contemnat & despiciat seipsum, omnes meliores se reputet, laudes sicut cantum Sirenarum iudicet, contemptus lætetur, quod contemptum Christum imitari meruerit. Hæc est via perueniendi ad salutis portum, hic obedientias fauorabiles declinat, & quod illi obedientialiter imponitur asperius & durius, & carni horribilius, tanto ad ipsum patientior est ex animo. Eodem modo Prælati, qui fratribus simplicioribus præsunt, considerent, *Rectorem te posuerunt: noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe: vt læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam: & dignationem consequaris corrogationis.* Eccl. 32. Sint ergo in honore humiles: humilia sectantes exercitia, exemplo Chisti, qui discipulis lauit pedes, vt sic eorum exemplo discant fratres, quod eis suggeritur, faciendum. Inquit enim D. Bern. *In omnibus ferè religio-*

Prælati extolli non debent.

ligiosis congregationibus, inueni esse homines pusillanimes, & remissos deficientes sub onere, virga & calcaribus indigentes, quorum tepida conuersatio est. Et D. Aug. *Quantumlibet viget disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit quam arca Noe aut domus Abrahæ.* Idem, *Malis parce vir mitis & quanto sis excelsior potestate, tanto humilior pietate.* D. Gregorius. *Is qui præest, ea circa subditos mensura moderetur, quatenus & arridens timeri debeat, & iratus amari, vt eum nec nimia lætitia vilem, nec immoderata seueritas odiosum reddat.* Dicit D. F. in Reg. *Fratres qui sunt Ministri & serui aliorum fratrum, visitent & moneant fratres suos & humiliter & charitatiuè corrigant eos.* Ministri suis subditis vtiliter seruiunt, quando ea, quæ ad salutem pertinent animarum, & curam respiciunt pastoralem, eis ministrant; vt est doctrinæ lumen suppeditare indoctis, medicinam infirmis, verbera pertinacibus. Teneat proindè Prælatus, tabulam scientiæ legis in instruendo; manna dulcedinis in exhortando; virgam disciplinæ in corrigendo.

Circa correptionem lapsorum maximam discretionem teneant, Prælati. Sicut enim sunt tria genera delinquen-

tium, sic triplex est eis continentia necessaria. Quidā cum deliquerint, mox aut intus moti Spiritu sancto, aut foris correpti ab homine, ad pœnitentiæ remedium confugiunt. His itaque clementer spiritualis medicus temperata satisfactionis remedia adhibere debet: quibus, & satisfaciant Deo de offensis, & proximis de scandalo; vt cæteri peccare pertimescant, iuxta illud Aposto-
Galat. 6. li, *Fratres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum ne & tu tenteris*, hoc est, sic alteri facias, sicut tibi si delinqueres, cuperes clementer fieri. Alij cum delinquunt, tegunt, palliant, defendunt & virus intus latet. Et licet rector ex certis indicijs deprehendat ibi saniem putridam esse collectam: si tamen non ita erumpit exterius, vel per euidens testimonium, vel per voluntariam cōfessionem, quod possit opportunè ferro apertæ correctionis secari, ibi sistat: Si enim corripere voluerit, videbitur magis vitiorum diffamator, quam vitiosorum corrector. Cum ergo aliud congruè facere non possit, oportet vt dissimulet; & quod arguendo non valet, orando laboret obtinere: vt demum aut Deus citi-

citius corrigat, aut latenter eius malitiam detegat, vt aliquod remedium apponatur, Quod de Christo legitur fecisse cum Iuda; quē tolerauit donec eius iniquitas adeò creuit, quod per se patenter erūperet. Alij tertiò, offendūt grauiter apertè, nec debitam correctionem recipiunt: vel fictè recipiunt, quia verè non emendantur, & infirmi ex eis fiunt deteriores, vel scandalizantur de ipsis, vel imitari eos incipiunt, dum vident eos impunè peccare: volentes etiam sibi parci, sicut & illis parcitur. Vbi enim isti quatuor conueniunt, scilicet apertè peccare, & grauiter: & non esse spem correctionis propter obstinationem, seu inueteratam mali consuetudinem: & alios infici eorum exemplo, vel scandalizari, quia talia tolerantur: quid restat, nisi ouem morbidam abijcere, & membrum putridum præscindere, ne sana inde inficiātur, & corrumpantur: Iuxta illud Apostoli: *Vtinam abscindantur qui vos conturbant.* Et iterum, *Auferte malum ex vobismetipsis, quod si infidelis discedit, discedat.* Expedit enim, vt cuius vita in habitu religionis magis scandalizat simplices quam ędificat; vt foris missus solus damnetur: quam quod per eum sacra Religio cōtami-

Galat. 5.
1. Cor. 2.

taminetur, vel saltem perpetuis mancipetur carceribus. Illud item aduertant, Prælati & superiores vt omnes accusationes in principio habeant suspectas, donec veritas ex diligenti examinatione incipiat apparere. Aures etiam non præbeant multiloquijs quorundam, sed multiloquos specialiter in accusationibus suspectos habeant, nec facilè credant eis. Et cum nullum Religiosi votum alicuius super erogationis boni, est firmum; quia est subditus Prælato in omnibus suis operationibus; & omissionibus, quæ sunt aut possunt esse opportunę ad Regulam; & ad ea quę ad regularem vitam spectare agnoscũtur. Et ideo firmum & stabile esse non potest: quia de re est, quæ sub Prælati potestate directè, vel reductiuè collocatur: ergo in licitis & honestis tenentur Minores fratres suorum Prælatorum imperijs obedire. Vbi cum manifestè constaret, vana, inutilia seu fatua esse quæ iubentur, vt sunt omnia, quæ præter Regulam sunt, quæ nec in ea continentur, nec ad contenta in illa, seu ad vitæ spiritualis (profectum) expediunt, subditus nullus tenetur obedire: quia in professione subditus non habuit animum se in huiusmodi illusorijs obliga-

ligare, sed ad ea tantum, quæ ad Regularem, & Religiosam pertinent vitam, & ad animæ profectum conducunt; & ius prælationis non se extendit vltrà super subditum, nisi in ijs ad quæ se subditus obligauit, non ergo super huiuscemodi fatuis & illusorijs; nisi superior faceret ad mortificandam voluntatem, & ad subiendum & captiuandũ intellectum subditorum ad superiorum obedientiam; tenentur enim tunc Minores fratres obedire, quia illa iocosa non sunt, sed res seriæ, maximè ad spiritualem vitę profectum spectantes; hinc illusoriæ pœnitentiæ alquando imponuntur. Et cum parendum semper est religiosis suorum superiorum imperijs; vbi quod præcipitur, secundum Regulam est, siue id quod præcipitur implicitè siue explicitè in ea contineatur; cuiusmodi sunt omnia licita, & honesta infra latitudinem Regulæ, aut ei æqualia: sine quibus ordo regularis & plenior eius obseruantia conseruari nō potest; & in Regula continētur expressè præcepta, exhortationes, consilia, & omnia quæ implicitè in ea continentur & relinquuntur imperijs Prælatorum; vt sunt ea quæ communitatis, & fraternæ societatis obsequia, & cul-

& culparum punitiones respiciunt, cum Prælatus ius in subditum respectu eorum, ad quæ se voto obligauit, habeat: sic pro peccato commisso in pœnam præcipere potest ieiunare in pane & aqua, toties quoties subditus respectu delicti id promeruerit; imò se disciplinare, à carnibus, à vino abstinere, & alia quæ ad culparum punitionem pertinent. Eodem etiam modo, pro impetranda pluuia, belli seu alterius plagæ remotione, aliquot dies ieiunare, preces effundere, disciplinas sumere, & multa alia cum maiori capituli parte ad puriorem & pleniorem obseruantiam Regulæ statuere, & subditis præcipere potest, ad quæ tenere & obseruare latitudine professæ Regulæ, subditi obligati sunt. Hinc est quod statuta Ordinis suas habeant censuras & pœnas quibus delinquentes puniuntur, quæ tamen arbitrio Prælatorum augeri & diminui possunt, nisi fuerint apostolicæ constitutiones, in quibus Ordinis Prȩlatus nihil potestatis habet. Minorum fratrum obedientia tribus limitibus concluditur tantum, manifesto scilicet peccato; manifesto mortalis peccati periculo; & manifesta Regulæ promissæ transgressione. Qui

quidem ad duos (secundum omnes) reducuntur limites: nil scilicet contra animam & Regulam præcipi posse. Cũ ergo debitum obedientię ex voto promissæ Regulæ consurgat, & Minorum fratrum obedientiæ votum sit, ad omnia, quæ contra animam & Regulam non sunt: vbi nil fratribus contra animam, aut Regulam præcipitur, Prælatorum imperijs licitis & honestis coguntur obedire. Nam omnia ea quæ sunt aut esse possunt, ad Regulam seu Regularem promissam vitam opportuna: seu reducibilia ad illam, commune est omnibus prælatorum imperijs teneri obedire. Reducibilia ad Regulam in duplici genere sunt. Quædam reducibilia per modum præsuppositionis, sicut præcepta iuris naturalis, & diuini & Ecclesiastici: quæ enim à Religiosis vouentur præsupponunt hæc. Et ideo Religiosi non solum puniri à suis superioribus possunt, de eorum, quæ vouerunt transgressionibus, sed etiam de transgressione dictorum præceptorum: puta si sint fures, adulteri, periuri, ieiunia Ecclesiastica absque necessitate soluentes, & sic de alijs. Alia autem reducibilia sunt per modum cuiusdam consequentiæ; sicut ea quæ per-

pertinent ad obsequium communitatis, seu fraternæ societatis: & quædam similia, sine quibus status religionis seruari non posset. In ijs ergo omnibus quæ in Regula habentur expressè, vel ad eam reducibilia sunt, secundũ proprij vniuscuiusque voti ratione; sicuti capite sequenti videbimus, commune est omnibus Religiosis, teneri obedire. Et commune est omnibus non teneri ex necessitate obedientiæ in eis, ad quę se Pręlatorum imperia non extẽdunt, sed de perfectione & supererogatione. Vnde S. Th. 22. q. 104. ar. 5. ad 3 triplicẽ dixit obedientiam esse: vnam sufficientem ad salutem, quæ scilicet obedit in ijs, ad quæ obligatur: Aliam perfectam; quæ obedit in omnibus licitis: Aliam indiscretam, quæ etiam obedit in illicitis. Proprium vero Minoritanę obedientiæ est, simpliciter & absolutè in omnibus licitis & honestis, superiorum imperijs teneri obedire, modò contra animam & Regulam non sint. Adeò quod si Prælatus, vel constitutiones Capituli, præcipiant omnibus vel alicui, quod ter in hebdomada disciplinetur: seu aliquod aliud opus satis strictum, & maceratiuum carnis faciat, quod in Regula non continetur,

Vera Minoritana obedientia.

sim-

ſimpliciter tenetur obedire; hanc Prælatis Regula dedit poteſtatem. His poſitis videtur fundamentũ diuerſorum Statutorum prouincialium, & diuerſarum pœnitentiarum. Illa autem obligatio, quod teneamur implere Statuta, vel pœnam impoſitam pati contrafaciendo: valet ad hoc, vt Prælatus poſſit iuſtè nos cogere ad illam patiendam. Siquidem Pælatus ſtatuti executor eſt: & ideo hanc vel illam mandando, ſeu præcipiendo pœnam: eam pati, & acceptare tenemur: alioquin mortaliter, aut venialiter peccaremus: prout ſtrictè vel largè ſuperior præceperit. Religioſi à ſuis ſuperioribus puniuntur, non ſolum de tranſgreſſione eorum quæ vouerunt, ſed etiam de tranſgreſſione præceptorum iuris naturalis, & diuini & eccleſiaſtici. Mortaliter tranſgrediendo peccatur, vbi ſtrictè quid præcipitur, & tota præcepti latitudo tranſgreditur, & fit ex certa ſcientia, & pleno conſenſu, & abſque vlla cauſa vel neceſſitate rationabiliter excuſante. Et hæc vera ſunt in quocunque præcepto, ſiue Diuinum ſit, ſiue humanum, Eccleſiæ ſcilicet, vel Regulæ, vel conſtitutionum vel Prælatorum Quoniam & leges humanæ iuſtæ vim habent

bent obligandi in foro conscientiæ à lege æterna, iuxta illud: *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Prou. 8. Mortalem incurrit culpam qui ex contemptu transgreditur. Quia contra dilectionem Dei est, eius nolle præceptis, vel mandatis vel consilijs subijci, vt consilia sunt. Et contra dilectionem proximi est, si oportet illi subijci, nolle ei hoc debitum exhibere: quod est subijci illi. Mortaliter peccat qui ex contemptu transgreditur quodcunque Regulæ mandatum, monitum vel consilium, quia dum hæc regularia contemnuntur, Deus in ipsa regula contemnitur, qui eam per suos Ministros tradidit, & ordinis superiorem cui promissio facta est de subiectione ad illam. Sanctissimus pontifex Paulus V. omnibus Regularibus Religiosis, indulgentias elargitur, omnibus etiam Monialibus cuiusuis approbatæ regulæ, qui suas imperfectiones in capitulis culparum accusabunt. Hæc enim sunt verba Bullæ: *Qui verò contrito corde, & pœnitentes eorum culpas, & peccata, ac imperfectiones in Capitulis culparum accusabunt, & spiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, vt est mansuetè & patienter sustinere superioris correctionem, & per-*

& perficere iniunctam pœnitentiam, tres annos & totidem quadragenas. Ea propter humiliter & deuotè quilibet se gerat in relatione culparum, vt hoc capite dictum est.

CAPVT XI.

D. Franciscus in prima Regula concepit de consortio mulierum. *Omnes fratres*, inquit, *vbicunque sunt & vadunt, caueant se à malo visu & frequentia mulierum, & nullus cum eis consilietur aut per viam vadat solus, aut ad mensam in vna paropside comedat. Sacerdotes honestè loquantur cum eis dando pœnitentiam vel aliud spirituale consilium, & nulla penitus mulier ab aliquo fratre recipiatur ad obedientiam. Sed dato sibi consilio spirituali vbi voluerit agat pœnitentiam, & multum omnes nos custodiamus, & omnia membra munda teneamus. Quia dicit Dominus, omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* In secunda Regula inquit. *Præcipio firmiter fratribus vniuersis, ne habeant suspecta consortia vel consilia mulierum.* Fuge mulierum consortia, inquit ille, quia aspectus earum corda virorum intuentium inficit, auditus earum allicit, loquela inflammat, & tactus inquinat,

Conceptum D. F. de mulieribus, in prima Regula.

quinat; denique à planta pedis vsque ad verticem non est locus in mulieribus, in quo non sit positus laqueus ad capiendum oculos virorum. D. Grego. Qui corpus suũ continentiæ dedicat, habitare cum fœminis non præsumat, nam quamdiu calor viuit in corpore, nemo præsumat ignem concupiscentiæ in se penitus extinctum esse. D. Augustinus contra libidinis impetum, apprehende fugam, si vis obtinere victoriam; nec sit tibi verecundum fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Sciebat S. P. hominis fragilitatem; hostis infernalis astutiam & sagacitatem; & mulierum contagiosam affabilitatem. Ergo in hoc vndecimo, capitulo docemur, quonam modo quo ad exteriora regi debeamus, ad purissimam tuendam castitatem, & famę sinceritatem ab omni turpitudinis labe. D. Aug. de castitate loquens, dicit. *O castitas ornamentum nobilium: exaltatio humilium: nobilitas ignobilium: pulchritudo vilium; solamen mœrentium: augmentum pulchritudinis: Decus sanctæ religionis: minoratio criminum: multiplicatio meritorum: Dei amica, angelorum cognata: patriarcharum vita: prophetarum corona: apostolorum cingulum: martyrum auxilium: confessorum vehiculum:*

Serm. ad Herem. *Castitatis laus.*

vehiculum: virginum speculum, viduarum refugium: & cunctorum bonorum gaudium ac solatium.

Vouentes aliquam virtutem, obligantur ex condecentia ad actus aliarũ virtutum illi principali virtuti connexarum. Sicut ergo obedientiæ virtus essentialiter consistit in abnegatione propriæ voluntatis: sic quæcunque alia virtutum opera, quę fiunt vt voluntati diuinæ obediatur, & sua propria voluntas mortificetur, annexa sunt virtuti obedientiæ; vt si quis martyrium sustinet, præcepta Decalogi adimplet, & alia pia exercet, facit, quatenus sunt annexa obedientiæ qua dirigitur vt se submittat voluntati Dei & aliorum, quibus tenetur se captiuum reddere & obedire. Eodẽ modo Euangelica paupertas, cum essentialiter cõsistat, in quodam exteriori priuatiuo, videlicet in abdicatione omnis dominij & iuris ciuilis cuiusque rei: & in quodam positiuo interiori, scilicet in firmo proposito non habendi prædicta, sic ad eas virtutes quæ paupertati connectuntur, pauper Christi se obligatum esse nouit, vt est humilitas, vitæ parsimonia, sufficientia seu moderantia, propterea humilitatem in habitus

vilitate & asperitate; vitæ parsimoniam, in victus mendicati necessitate, pecuniarum sublata possibilitate: sufficientiam in superfluitate, curiositate, pretiositate rerum, humili submissione ostendit. Ita tamen & ipsa castitas, quæ etiam materialiter consistit in quodam exteriori priuatiuo, puta in non expertum fuisse aliquando aliquam delectationem veneream, & formaliter in aliquo interiori positiuo, puta in firmo proposito nunquam habendi delectationem experiendi, nusquam essentialiter, & intrinsecè læditur, nisi in vtroque, vel altero horum duorum modorum lædatur: licet in alijs virtutibus ei annexis aliquando offendatur. Vult ergo S. P. directè per castitatis votum omnem vitare impudicitiam corde, ore & opere, quomodocunque contrahendam], vt puta impudicitia aspectus, tactus; affectus & cogitatus carnalis. Et tenentur fratres ipsius eodem voto quascunque proximas vitare occasiones ad impudicitiam impellentes, & sic *suspecta quorumcunque personarum consortia vel consilia*, ex quibus probabiliter nobis ad immunditiam seu contra castitatem corde, ore vel opere præberetur peccandi

In quibus castitas consistat & lædatur.

occa-

occaſio, videntur interdicta ex ipſo voto caſtitatis, vt etiam ad puram mentis & corporis caſtitatem ſeruandam eſſe interdicta, ſuſpecta conſortia quæ ex pluribus conditionibus ſpectari poſſunt, vt dictum eſt cap. 2. Antoninus tit. de Religioſis, ex Regula D. Aug. docet, Religioſos non tantum cōtra caſtitatis votum peccare ſolo tactu, nec ſolo affectu & tactu, ſed aſpectu quoque & concupiſcentia virorum & fœminarum. Occaſiones ergo vitandæ ſunt quibus carnalis amor augetur & cauſatur, virorum ad mulieres, & mulierum ad viros, quarum vna eſt; acceſſus 1.
ſine cauſa vrgente & modeſtia; altera 2.
frequentia, qua corda virulenta immūditia inflammantur; tertia familiari- 3.
tas, quæ audaciam præbet ex multa & priuata locutione quarta oſtenſio affe- 4.
ctionis per munuſcula & dulces literas. D. Hieron *Crebra munuſcula ſudariola, & dulces literas ſanctus amor non habet.* Loquitur hic de literis ex affectione ſenſuali & blandis verbis ſcriptis; quinta, 5.
decor & compoſitio corporis, quo ornatu libidinoſo capiuntur fragiles; deturpant ergo ſe Religioſi, ne dent occaſionem libidinis. Suſpecta conſortia euitari debent, propter periculum, in-
 famiam

famiam & notam mali exempli, est enim accessorium castitati, nam vouens castitatem, tenetur ad ieiuniũ, ad eam conseruandam opportunum, fugere ne inebrietur vino, vitare aspectus vanos & verba lasciua &c. Virginitas enim se illibatam Deo conseruat, sanctis & angelis virtute assimilatur. In carne enim præter carnem viuere, est potius angelicum quam humanum, quia virgines in hoc mortalitatis loco & tempore, cœlestem conuersationem repræsentant, & sicut in præsenti præ cæteris Christum, virginitatem seruãdo, sequuntur; ita familiariter in futuro adhærebunt eidem, & cum ipso de incorruptione carnis gaudebunt, *virgines enim sunt & sequuntur Agnum quocunque ierit*, ad quorum præmia cæteri electi assurgere non poterunt; tametsi per charitatem in illorum celsitudine læti erunt. O quam honesta, quam florida, quam amæna, & quam Deo accepta corporis & animi puritas: quæ facit hominem sanctis angelis familiarem, & spiritus sancti capacem. Etenim nullum prorsus vitium adeò refugit Dei ille spiritus puritatis amator, quam luxuriæ immunditiem: nusquam libentius requiescit, quam in mentibus virgineis.

Apoc. 14.

gineis. Vnde filius Dei virginitatem adeò dilexit & honorauit, vt non de coniugata corrupta; sed de immaculata virgine Maria nasci voluerit. Quoniam inter omnia christianorum certamina, sola dura sunt prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna, & rara victoria; scitque hostis antiquus maius continentiæ quam nummorum esse certamen: Et licet possit excitare tentationis motum, tamen in homine est, velle vinci nec ne. *Sub te est*, ô homo, *appetitus tuus, & tu dominaberis illius*, in tua potestate est, (si volueris) inimicũ tuũ facere seruum tuum, vt omnia cooperentur tibi in bonum, tu solummodo ne consenseris: quoties restiteris, toties coronaberis. In primis principiis viriliter resistendum est; culpa ad opus prodire non permittitur, si intus vbi nascitur extinguitur; si in principio non resistitur, tentatio conualescit & roboratur, & sæpe in tantum, vt nunquam extingui possit, aut certe cum magna difficultate, ideo tentatus debet Deum inuocare, & sanctorum suffragia, & dicere deuotè Pater de cœlis, miserere nobis &c. aut alias similes preces. Et cum plerumque res quælibet ab innocenti mente respicitur, ipso conspectu ani-

do, & Nicolao quinto, quod ingredi possunt claustra quarumcunque monialium (exceptis sororibus S. Claræ) & alia loca, ad quæ seculares ingredi-untur, quando à suis superioribus, quicunque illi sint, & Guardianis mittuntur ad prædicādum in priuatis locis &c. non aliter. *Secundus est*, quod confessores monialium, tempore pestis ingredi poterunt earum Monasteria ad celebrandum Missam, & ad audiendum confessiones illarum, quæ seruiunt pestilentia infectis, & stant separatæ, nec cum alijs Monialibus conuersantur. 2.
Tertius est, quod fratres inuitati à Prælatis Ecclesiasticis in suis diæcesibus, simul cum ipsis poterunt Monasteria & loca monialiū cuiuslibet Ordinis liberè ingredi, ad defunctorū exequias celebrandas, ad confessiones infirmarum audiendas, ad processiones generales & prędicationes faciendas, S. Claræ sororum conuentus excipiuntur. *Quartus* 3.
quod fratres vocati, rogati aut incitati, à Prælatis Ecclesiarum, aut Prælatis Religiosis, vel Visitatoribus, curam Monasteriorum quarumcunque Monialium habentibus ad hoc quod visitent prædicta Monasteria, vel exerceant ea omnia, quæ in Monasterijs sibi 4.

subiectis exercere valent. Aut adhoc, vt cum ipsis Prælatis vel visitatoribus ingrediantur ad videndum officinas, & totum interius Monasterium, liberè præfata Monasteria ingredi poterunt ad prædicta. Ita tamen, quod si præfati fratres rogati, fuerint subditi, adhoc suorum habeant licentiam Pęlatorum,
5. & non aliter. *Quintus*, quod ægrotantibus Monialibus S. Claræ adeò grauiter, quod ad cratem ad audiendam Missam venire nequeant, potest pro illo tempore earum confessor, vel Prælatus superior, ingredi Monasterium ad celebrandam Missam, ne tales Moniales sine Missa remaneant. Tenetur tamen confessor celebraturus ingrediens, ad nulla alia diuertere loca, nisi ad altare, nec immorari intra septa poterit Monasterij, nisi pro eo tempore, quo indiget ad celebrandum, nec sororibus loqui potest, nisi pro rebus, quæ ad Missam celebrandam exiguntur.
6. *Sextus*, videtur esse casus in articulo extremæ necessitatis, puta si aliqua Monialis moriatur, & nullus inueniretur confessor, pro audienda eius confessione. Vel ratione incendii, vel ruinæ; vel pro tuendis à quorumlibet violentia, Monasterio, vel personis ibi degētibus. Quia extre-

extrema necessitas caret lege. Sed vbi adessent, qui sufficienter succurrerent, non possunt fratres nisi illius obsequijs Monasterij sint deputati, septa ingredi Monasterij. *Septimus* erit, in omnibus alijs casibus in ipsarum Regula Monialium, & earum cōstitutionibus contentis. In quibus casibus, & quomodo, & quibus in ipsa Regula & constitutionibus à Summis Pontificibus approbatis conceditur, sic & non aliter licitus erit ingressus. Quicunque verò frater Minor aliter quam dictum est, Monasteria quarumcunque Monialiū ingressus fuerit, mortaliter contra Regulam, & prohibitiones papales peccabit, & censuras in eis taxatas incurret. Causa celebrandi & pro alijs licitis & honestis negotijs, vel etiam pro visitatione consanguinearum, vel alia necessitate vt pro eleemosyna petenda &c. possunt fratres licentia Prouincialium, quibus id pro sua maturitate vel idoneitate concessum est, ad loca exteriora quarumcunque Monialium, vbi seculares communiter intrant, ingredi. Compaternitas quoque interdicitur, vt sic tanto perfectius vitia declinentur, quanto arctius eorum occasiones deuitantur. Eo enim ipso, quo

quis ad aliquid obligatur, cogitur, ad tollendum impedimenta seu causas, quibus probabiliter illud poterit impediri; sic & vouens castitatem tenetur ea euitare, quibus probabiliter castitas periclitari potest, qua de re & statuta habent suas censuras, vt in his, & de alijs in Regula nostra contentis, in locis suis videri potest.

CAPVT XII.

SIF in prima *Regula* de euntibus inter Saracenos, inquit, *Fratres qui vadunt, possunt duobus modis inter eos spiritualiter conuersari, Vnus modus est, quod non faciant inter eos lites, nec contentiones, sed sint subditi omni humanæ creaturæ propter Deum, & confiteantur se esse Christianos. Alius modus est, quod cum viderint placere Deo, annuncient verbum Dei, vt credant omnipotentem Patrem & Filium & Spiritum sanctum creatorem omnium, redemptorem & saluatorem filium: & vt baptizentur & efficiantur Christiani, &c. & omnes fratres vbicunque sunt: recordentur quod dederunt se, & reliquerunt corpora sua Domino nostro Iesu Christo. Et pro eius amore debent se exponere inimicis tam visibilibus quam inuisibilibus.* Ad quod notandum primò, quod licet nihil hic præfatis fratribus ad

ad infideles ire volentibus ex Regula præceptoriè imponatur: ex iure tamen communi, ne sine suorum Prælatorũ licentia humiliter petita, transire præsumant, obligatoriè præfigitur, Cap. Quamvis sit, de Iudæ. & Sarrac. & ca. cum ex iniuncto, de hęret. Nam licet idonei ad opus sint & diuinitus inspirati: apostatæ tamen sine superiorum licentia minimè ire debent. Quoniam Spiritus sanctus communiter non inspirat stãte lege, agere contra legem, aut contra aliqua præcepta diuina, vel humana: Dum vtraque, diuina scilicet inspiratio, & præceptum, æque benè impleri possunt. Ideo si quis diuinitus inspiratur ad infidelium regiones transire desiderio martyrij, aut conuersionis eorum gratia: siue Pagani siue hæretici, siue schismatici sint: tenetur petere & expectare à suo Ministro, vel alio Prælato, qui illam dare possit facultatem. Quæ si sine rationabili causa ei denegetur, tunc si manifestè constiterit de irrationabilitate denegationis prædictæ, ipsumque esse omninò idoneum, & diuinitus ad tantum opus, sancto & bono zelo moueri: poterit petita humiliter prædicta Licentia, licet non obtenta, opus consilij diuini, & Regu-

læ adimplere: eundo ad infideles ob prædictas causas, Arg. cap. licet, de Regul. & non aliter. Nam qui cum sola humiliter petita, & non obtenta licentia ad infideles transiret: nisi manifestè de prædictis omnibus conditionibus (vt parte 1. cap. 12. dictum est,) ei constaret, temerè, & contra præceptum Ecclesiasticum faceret. Et quia vix contingit, vt omnes simul prædictæ condiciones manifestè cõcurrant: ideo cauere debent subditi, absque suorum obedientia Prælatorum, ad infideles meare. Quod Sanctus Pater specialiter admonuit, dum inquit: *quod etiam qui diuina inspiratione voluerint ire inter Sarracenos, petant à Ministris licentiam.*

Secundo notandum de itinerantiũ moribus, cum societatis solatium & honestas conuenit religiosæ dignitati, propter hoc fratres bini incedant, non circumspiciant in vicis ciuitatum, & à secularium collocutionibus prudenter abstineant, manus suas religiosè componant, secularium vel religiosorum domus eis ignorantibus subitò non introeant, sed pulsando ostium propositum ingrediendi prænuncient. Sine ductore per secularium domos vel Religiosorum officinas non vagentur.

Mores itinerantium.

tur.

tur. In itinere debent se à mulieribus, à scurris, & à personis de maleficio notaris segregare, non debent se nimis disiungere, præsertim sub vno tecto se non separent. Debent in factis & verbis disciplinatè se gerere; in factis debet honestas, deuotio & discretio apparere, ita ne brachia cursitando denudentur, nec vestes nimium succingentur, vel aliter irreligiosè teneantur. ecclesijs & crucibus quas transeunt deuota inclinatione reuerētiam exhibeant, cæmiteria verò absque oratione pro defunctis nullatenus pertranseant. Labor itineris senioris consilio moderandus est, ne spiritum deuotionis extinguant. Audienda est Missa, & ante omnia pensum Diuini officij est soluēdum. In solennioribus festis est ab itineratione cessandum. Non est dormiendum in via, nec est tardè, nec apud infames hospitandum personas: obseruent disciplinam verborum tam in materia quam in sono. Si occurrerint homines, debent eos humiliter salutare. Seniorum est coitinerantibus aliquid ad ædificationem vel consolationem proponere. Peccantes in eorum præsentia non rigidè, sed cum modestia & humilitate corripere, & ad bo-

num per rationes & dulcem allocutionem inducere, & quodammodo omni creaturæ sanctum Euangelium prædicare; exempla patrum, vel alia quæuis bona, quæ vel accendant affectum, vel saltem instruant intellectum, sunt ad laboris alleuiationem narranda. Solent fratres letanias, psalmos pœnitentiales, canticum graduum & similia aut simul, aut singulariter frequentare; aut certè in sanctis meditationibus occupari. Loquantur inter se dimisso sono, nihil loquantur inter se quod à nullo audire velint; non cantent in itinere; astantibus in Ecclesia se conforment, ita vt non discrepent stando vel surgendo ad Euangelium, Magnificat & huiusmodi, licet illud officium tunc non dicant. Senioris consuetudini debet se socius conformare, vt pariter stent, sedeant, & prosternantur. In celebratione vniformitatem sui ordinis non mutent; post celebrationem possunt ecclesiarum in quibus celebrant, consuetudinem obseruare. In hospitij domo cum fuerint, studeant se in omnibus gerere humiliter ac prudenter circa custodiam disciplinæ, humilitatem erga personas in conuersatione ostendant. Personis maioribus humili-

ter

ter honorem deferant, personis humilioribus & pauperibus, tanquam confratribus socialiter & benignè loquantur. Nunquam ad prima se ingerant loca, nec tamen ad ea vocati prorsus refugiant, semper senioris fratris honor in omnibus seruari debet. Quod honori vel delicijs deseruire videtur, humiliter declinetur & recusetur, neque donec senioris aut sociorum accedat instantia, pareat. Lectos secularium non ascendant indifferenter per diem: nec familiam hospitij obsequiorum exactione molestent; vel alicuius propinquitatis præsumptionem inducant: nec in domo præcipere, curiosa quærere, aut de factis domus vel familiæ indagandis vel disponendis se intromittere velint, qui propriè rei familiaris curam, vt Deo liberius seruirent, abiecerunt: nimis se hominibus non committant, quantumcunque familiares aut propinqui fuerint. Attendant in omnibus, quæ dicunt aut faciunt, & considerent, an quod possint liceat, deceat, & expediat: sint in aspectu, gestu, & omni actione sua serij religiosi & modesti. Sint simplices, non stolidi: humiles, non deiecti: mansueti, non blandi: hilares, non lasciui: affabiles

non

non vaniloqui. Mulierum tam propinquarum quam aliarum cautè prout poterunt societatem declinent, earumque familiare nimis obsequium & tactum omninò refugiant, nulla ratione sustineant, quod pedes sibi à muliere lauentur. Quando cum muliere sedent aut loquuntur, cautè & cum præmeditatione loquantur, vt primò bis ad limam, quam semel ad linguam veniat sermo, maximè si de ordine, de personis absentibus, de rumoribus, vel de notabilibus alijs requirantur. De factis ordinis, vt de modo ieiunandi, de silentio, de disciplina, de pœnitentijs & de alijs, si requisiti fuerint, dicant esse ordinis; esse secreta & statuta quæ publicari non debent; nullo modo detractoribus qui de absentibus sinistrè aliquid suggerunt, credant, sed pro viribus in charitate resistant, ne sint rumorum licet bonorum & verisimilium delatores: dimissa & suaui voce semper loquantur, sicut & alias latius dictum est, vt fratres sciant, qualiter piè & sanctè se gerere debeant, cum sint in itinere constituti.

Gregorius IX concessit Fratribus Minoribus euntibus ad partes infidelium, seu ibidem existentibus, vt in terris il-

ris illis, ſit eis licitum communicare cum excommunicatis in ijs, quæ ad ſalutem pertinent animarum. Clemens IV. conceſſit Fratribus Minoribus, vt in terris excommunicatorum liberè commorari poſſint, & ab eis tunc, & quando per eorum terras ipſos tranſire contigerit, neceſſaria vitæ depoſcere ac recipere. Eugenius IV. conceſſit Fratribus Minoribus obſeruantibus, quod non teneantur euitare Excommunicatos, niſi nominatim ſint à Iudice denunciati & euitentur à Clero & populo. Et ſic, quod non teneantur fratres euitare dictos excommunicatos, niſi quando in communi euitantur. *Capuc. annot* N. B. Notãdũ eſt quod hodie per Conſtitutionem Concil. Conſt. nullos tenemur vitare excommunicatos, niſi in duobus caſibus. *Primus eſt*, ſi ſint nominatim excommunicati, & denunciati, ſicut vſus, & communis interpretatio Doctorum in hunc ſenſum accepit prædictam Conſtitutionem. *Secundus*, ſi percuſſores clericorunr ſint adeò notorij per operis euidentiam, vt factum nequeat aliqua tergiuerſatione celari, atque nulla valeat ratione excuſari, quod tamen ſecundũ vetera iura ſatis erat eſſe notorium, eo

modo

modo, quo aliquid dicitur notorium iuris, scilicet, per confessionem, vel per sententiam, & similia. Notorium enim duplex est, Iuris & facti. Iuris dicitur, quando percussio facta fuit occultè, & secretè, tamen deductum est delictum in forum contentiosum, & lata est super eum sententia excommunicationis, vel quia ipsemet percussor confessus fuit delictum, vel quia erat conuictus. Et tunc talis percussor dicitur publicus notorietate iuris, & per consequens euitandus est. Notorietas verò facti dicitur illa, cuius percussio est adeò manifesta, vt nulla possit tergiuersatione celari, supple probabiliter quando ita deprehensus est quis in crimine, vel ita delictum patens est, & certum omnibus, quod non est locus inficiationis, vt quia publicè tenet concubinam, aut vxorem. Qui ergo specialiter & nominatim fuerint excommunicati, vel declarati, vel si percussissent clericum notoriè, euitantur tantum. Verùm si essent notorij ex alia causa, quam percussionis clericorum, illos non tenemur vitare. Hæ duæ species duorum excommunicatorum tantum euitare tenemur, secundum prædictum Concilium. Idem Eugenius IV. conces-

concessit; quod si tempore nostro contingeret scisma, possint fratres Minores participare cum scismaticis: nec teneantur fratres recedere à locis suis. Leo X. præcepit firmiter, & mandauit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrenda, à qua nullus præterquam in mortis articulo, nisi à summo Pontifice, aut à sede Apostolica possit absolui, ne aliquis frater ordinis Sancti Francisci appellet alium fratrem eiusdem ordinis malitiosè, & irrisoriè, seu improperiosè Priuilegiatum, Collectanum, Bullistam &c. quod pro imperioso à patientibus habeatur, sed omnes fratres ipsius ordinis, fratres Minores, seu Sancti Francisci, à seipsis & omnibus alijs nominentur.

Sanctissimus noster Paulus V. Regularibus Religiosis concessit in hæc verba: *Quotiescunque autem de licentia Summi Pontificis, aut suorum Superiorum in ditiones, & terras infidelium, aut hæreticorũ ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel infideles & hæreticos ipsos ad fidem Catholicam conuertendum & Ecclesiæ gremio reducendum missi fuerint, si pœnitentes & confessi, ac sanctissima communione refecti fuerint, vel Missam celebrauerint, vt melius*

ad

ad huiusmodi opus sese parare valeant, pro duabus vicibus videlicet quando itineri se accingent, & quando in prouinciam, vbi prædicta opera eis exercenda erunt: ingreßi fuerint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remißionem misericorditer in Domino pariter concedimus & elargimur. D. Franciscus eodem modo quo Regulam & vitam fratrum Minorum sancto Euangelio incæpit, eo etiam concludit, & dicit de professoribus huius Regulæ in initio capitis secundi: *Finito vero anno probationis, recipiantur &c. vt suprà.* Hic autem in fine capitis XII. inquit: *Vt semper subditi & subiecti, &c. vt suprà.* Cum ergo frater professus exiens sine licentia à Monasterio; cum intentione non reintrandi illud, vel aliud: sed viuendi irreligiosè, puta clericaliter, aut laicaliter, vel inobedienter, quãtumcunque retineat habitum, est Apostata à religione, Hos possunt Prælati Ordinis excommunicare, capere, ligare, & incarcerare, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Et qui detinent, fouent & defendunt huiusmodi apostatas, ipso facto sunt excommunicati, sine aliqua præuia monitione. Gregorius IX. statuit, quod post factam professionem, nullus fratrum

Quisnam dicatur Apostata.

trum

trum Ordinis Minorum audeat relinquere prædictum Ordinem, nec relinquentem sit licitum alicui retinere, sub excommunicationis pœna per Prælatos in tales fratres infligenda. Innocētius IV. prohibuit districtè, ne egressi ab Ordine nostro, proprio suo motu, aut expulsi pro suis culpis, & demeritis, præsumant prædicare, aut docere, vel Confessiones audire, nisi de licentia Papæ aut Prælatorum nostrorum, ad alium transierint Ordinem. Et voluit, quod si fortè contra huiusmodi prohibitionem, aliquid attentauerint, possint Generalis, & Prouinciales Ordinis, in illos excōmunicationis sententiam promulgare. Innocentius idē decreuit quod retinentes fratres Minores, sine licentia recedentes, sint ipso facto excommunicati. In Concilio Constant. decretum est, quod fratres Minores non fierent capellani honoris, nec maneant continuè in domibus secularibus. Innocentius VIII. statuit, quod quicunque Frater Minor regularis obseruantiæ, absque licentia Generalis, vel Prouincialis sui, præsumpserit recedere ab eorum obedientia seu apostatare, ipso facto excommunicationis sententia ligatus sit. Quam senten-

tentiam voluit, vt similiter incurrant recipientes huiusmodi fratres, non obstantibus quibuscunque Priuilegiis, & litteris Apostolicis, in genere vel in specie, quibuslibet locis, vel personis per Sedem Apostolicam concessis, & in posterum concedendis.

Incorrigibiles qua pœna puniendi.

*Inueniuntur etiam quidam fratres, proh dolor, qui aliter viuunt quam tenentur, & sæpius correpti, se non sufficienter corrigunt. Si excessus eorum ita graues fuerint: & notorij, & alij eorum exemplo possint infici, si in ordine tenerentur; debent huiusmodi tanquam præuaricatores voti, & pacti sui extra Religionem eijci. Quando intra ordinem salua ordinis disciplina, sine graui damno temporali vel spirituali aliorum, detineri commodè non possunt. Tum propter cauendum scandalum: tum etiam propter correptionem ordinis præcauendam. Bonum enim commune Religionis, præponendum est particulari bono: quando vtrumque haberi non potest, vti etiam supra in expositione capitis decimi docuimus. Volenti autem corrigi non est talis expulsionis pœna infligenda: Quia Ecclesia excommunicationis sententiam non fert, nisi cõtra contumacem.

Et

Et ſicuti eſt excommunicatio in Eccleſia, ita expulſio à Religione. Et ideo nullus eſt, niſi propter contumaciam, à Religione expellendus, ſed eſt ſequeſtrandus in carcere, vel alio modo puniendus. Quod ſi tales apoſtatando, ſeipſos eijciant: gratiæ ſunt Deo exhibendæ, quia oues ſuas à contagioſa peſte liberauit. Iuxta illud Pauli. *Vtinã & abſcindantur qui vos conturbant.* Licet obſtare videtur prædicti, *cap. fin de Reg.* vbi Greg. IX præcipit, quod fugitiui & eiecti recipiantur: & intra ordinem puniantur, ergo incorrigibiles eijci non poſſe cum eiectos requiri præcipiatur. Hoc intelligi debet, prout expedit Religioni: & ſecundariò, prout expedit apoſtatis & abiectis. Vbi enim vtriſque talis receptio eſſet damnoſa, vel ſaltem ipſi Religioni, non vtique talis decretalis ſecũdum Deum & conſcientiam ligat. Sedes enim Apoſtolica quæ ſuum ius vnicuique ſeruat, & vult ordinem in ſua puritate perſiſtere, non cogit ordinem tenere illos, quorum conuerſatio nociua eſſet in ordine, quia tunc puniret innocentes, & reos foueret, & occaſionem daret ordinis corruptioni, per tales peſtiferos, ſi eos recipi oporteret. Ideo Paulus IV. viuæ vocis

A Religione quis reijciatur.

Galat. 5.

vocis oraculo, instante, & de huiusmodi declaratione testimonium ferente, bonæ memoriæ P.o V. (cum esset in Minoribus) super receptionem Apostatarum, declarauit, Virtute motus proprij ab eo editi, non fuisse intentionis, eiusdem Pontificis, vt quoscunque apostatas, sine discrimine, & absq; vllo respectu recipere tenerentur Superiores, & suæ societati admiscere; Sed eos tantum de quibus emendationis vitæ propositum concipere, & sperare probabiliter possent. De qua authentica declaratione fidem facit (vt R. P. à Sorbo in Comp. suo) Passarellus, in Collect. Priuileg. fol. 180. & in statutis ipsius ordinis reperitur inserta. Sed nè damnabiliter vagentur in sæculo, ex gratia Sedis Apostolicæ, Ordo potest eis licentiã (quos iudicat nõ recipiendos esse) ad alium determinatum ordinem concedere transeundi, vbi saluentur, ad quem etiam transire tenentur (si possunt) alioquin non erunt in statu salutis. Propria autem autoritate non possunt ordinem deserere quem vouerũt, nec alium intrare, sine ordinis sui licentia vel Summi Pontificis. Quod autem talis, alium cogitur intrare ordinem, si in isto non recipitur, cum tamẽ

alium

alium non vouerit nisi istum, hæc est ratio: quia cum vouit istum, sic alligauit se Religioni, quod secundum ius canonicum nullatenus potest redire ad sæculum, vel ad laxiorem vitam transire. Et ideò, D. Bonauentura ait: si Frater demeretur in ordine quem vouit, non retineri, cum ex peccato suo, non sit conditio eius melior facta, vt iã possit esse liber, sed potius deterior, oportet eum alium ordinem intrare, & illum seruare, si vult saluari.

Ideo Innocentius IV. concessit, vt eiecti, vel egressi de prædicto ordine possint trãsire ad alios ordines approbatos, præterquam B. Aug. Templariorum, Hospitalariorum, & aliorum Religiosorum arma portantium, deferendo tamen litteras testimoniales Generalis vel Prouincialis dicti ordinis. Et inhibuit districtè, ne tales Fratres aliter ad alium ordinem transeant, vel alij eos recipere, seu retinere præsumant, absque licentia speciali Sedis Apostolicæ, faciente de præsenti mentionem.

Alexander VI. concessit facultatem Generalibus Ordinis Minorum, vt per semetipsos duntaxat: & Prouincialibus, vt per eos, cum consensu maioris partis Capituli Prouincialis, Fratres dicti

ordinis, quos incorrigibiles repererint habitu expoliare valeant, & ab ordine eijcere. Ac contra quoscunque eis auxilium, consilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè vel indirectè, aut quouis quæsito colore, superdicti habitus delatione præstantes, etiam cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, per censuras Ecclesiasticas, ac alia iuris opportuna remedia (appellatione postposita) procedere, inuocando etiam, si opus fuerit auxilium brachij secularis. Causam quare huiusmodi incorrigibiles eijciantur, ponit Innocentius IV. qui præcipit omnibus Ecclesiarum Prælatis; vt omnino euitent fratres Minores discedentes ab ordine, post professionem, præsertim si sunt excommunicatione notati. Ac quod illos (cū requisiti fuerint, à Ministris & Custodibus) denūciari faciant forè excommunicatos: vt cum demum se recognouerint inter homines humano carere solatio, ad ordinem suum, & ad reddendum Deo votum, quod in eius susceptione deuouerant, reuertantur. Quod si quis iam apostatauerit, vel iustè ejectus fuerit, & redeat, petens sibi humiliter habitū restitui, paratus secundum ordinis disci-

ciplinam debitè corrigi, recipiendus vtique est, annuente præfati Innocentij indulto. Quandoquidem cessat, tunc causa expulsionis: quæ est contumacia, & incorrigibilitas, quod tamen limitandum est; secund. Cord. q 21. puncto 2. si nullum ex tali receptione scandalum oriatur: & si huiusmodi redeat absque aliqua infirmitate contagiosa; & ad ordinis sit officia habilis, alias non. Et si tandem eius punitio, ad aliorum terrorem requireret ne reciperetur: nō deberet tūc vtique recipi, vt in Sta. cap. 6 f 18. In quo tamen magna, & charitatiua prūdentia est adhibenda. Et huiusmodi incorrigibiles, si eijciantur à Religione, vel per seipsos apostataue-rint: tenentur secundum Deum, & conscientiam totis viribus se disponere, vt merito in ordine quem vouerunt, recipi mereantur. Et efficaciter procurare debent, vt bene dispositi recipiantur in eo: quandoquidem eiectio huiusmodi infligitur in pœnam confusibilem, vt sic ad cor redeant, & sciant se omnis iuris Ecclesiastici expertes esse, & omnes illos defendentes ipso facto propter eos excommunicari. Clemens IV. inhibuit, ne fratres, quos ab ordine, pro suis culpis, per Generalem, vel Prouin-

ciales Ministros, aut Custodes expelli contigerit, vel qui egressi fuerint proprio suo motu, prædicare, confessiones audire, seu docere præsumant: nisi ad alium ordinem, in quo licitè exercentur huiusmodi officia, transierint, cum præfata licentia, videlicet Generalis vel Prouincialis. Nicolaus IV statuit & ordinauit, vt fratres ordinis Minorū, qui post professionem ab eis, in ipso ordine factam, ad quoscunque ordines petita, vel non petita, obtenta vel non obtenta à suis Superioribus licentia, immediatè, seu per alium, vel alios ordines mediatè transierunt, vel etiam extra illos, ad nullam omninò administrationem, vel officium, curam animarum habentium, nec etiam ad aliquam dignitatem, vel Prælaturam, seu personatum, quoquo modo possint assumi, absque Apostolicæ sedis speciali licentia, per ipsius sedis patentes literas concessa, facientes plenam, certam, & determinatam de statuto, & ordinatione huiusmodi mentionem: decernens irritum, & inane quidquid secus fuerit attentatum. Imò ita strictim, vult apostolica sedes fratres Minores professos in obedientia sui Superioris contineri, vt nec de vna prouincia in

aliam

aliam se proprio motu transferre valeant. Prælati eos recipientes, nisi ad frugem melioris vitæ, puniuntur; & concluditur simpliciter quod Apostatæ, vt sæpius dictum est, debent incarcerari, & Innocentij VIII. censura excommunicantur qui eos recipiunt: Innocentij IV, qui eos retinent. Iulius II. confirmauit literas Alexandri VI. prohibentes fratres posse commorari extra domos sui ordinis, nec se de vna Prouincia, vel Custodia ad aliam transferre, etiam prætextu literarum Apostolicarum. Quid ordinis statuta hac de re decreuerunt, luculenter in illis docetur. Eugenius IV. & Pius II. statuerunt, quod si quis Prælatorum, vel fratrum Minorum, tam conuentualium quam de obseruantia nuncupatorum, aliquē fratrem fugitiuum, seu Apostatam receperit: ab officio, cui præest, suspensus & ad actus legitimos exercendos inhabilis fiat eo ipso. Et quod huiusmodi fratres fugitiui, à suo Prælato vbicunque reperti, ac pro crimine, & leuitate, aut alia suæ fugę causa, corrigi, & puniri possint. Ac si quis postquam punitus, & correctus fuerit, recedere voluerit, petere debeat licentiam, prout alias ordinatum est. Et decreuerunt insuper,

quod si quis Prælatorum, vel fratrum prædictorum, super restitutione fugitiuorum huiusmodi requisitus illam facere noluerit, in suspēsionis & inhabilitatis prædictæ sententiam incidat eo ipso. Innocentius IV. qui decreuit quod retinentes Fratres Minores, sine licentia recedentes, sint ipso facto excommunicati, concessit, quod Generalis, & Prouinciales Ministri, ac Custodes, & cæteri fratres ordinis Minorum possint Apostatas, & insolentes dicti ordinis excommunicare, ligare, capere & carceri mancipare, si videbitur expedire. Clemens IV. concessit Generali & Prouincialibus Ministris, vt possint Apostatas dicti ordinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare, & alias subdere rigori disciplinæ, tam per seipsos, quam etiam per alios. Et hoc in quocunque habitu eos contigerit reperiri, inuocato adhoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis. Hæc in serui vt cognoscant & sciant Ecclesiæ Prælati quam miserè tractentur sui dui, quorum animarum cura Apostatis & eiectis à Religione committitur, cum sint excommunicati, & abscissi à communione fidelium, & omnia Ecclesiastica munera sint illis interdicta, donec

à suis

à suis debitis superioribus legitimè iuxta Canones absoluantur. Imò quod ipsi Prælati, & quicunque dominium habentes, cuiuscunque etiam status, dignitatis, sexus, aut conditionis fuerint, quorum fauore nutriuntur, & defenduntur, ipso facto sint excommunicati, quàm pœnam ex ijs quæ in sequenti parte tertia traduntur intelligere, eamque plenius cognoscere poterunt.

FINIS.

MANVALIS PARS TERTIA.

In qua de cēſuris Eccleſiaſticis & alijs quibuſdam, cum omnibus fratribus, tum præcipuè Confeſſarijs ſcitu neceſſarijs, agitur.

CAPVT PRIMVM.

De Excommunicatione Maiori & Minori in genere.



Xcommunicatio, dicitur mucro Epiſcopi, quia ſpecialiter ab Epiſcopo ferri debet; alio modo gladius ſpiritualis, quia non occidit ſed viuificat: hoc gladio Eccleſia criminoſos ferire iubet, & tradita eſt excommunicandi poteſtas, non ad animarum deſtructionem ſed ad medicinam. Dicitur item vinculum quo excommunicatus prohibitus eſt, & ligatus, ne aliorum communioni ſe immiſceat, & vinculum quo ad alios, quo & ipſi prohibiti ſunt communicare illi. Dicitur etiam pœna, qua nulla maior reperitur in eccleſia Dei. Excommunicationis

nis solennitas est, vt habentes candelas in manibus in conclusione anathematis eas proijciunt in terras & conculcant pedibus. Non est autem contemnenda Excommunicatio, quia non homo, sed Christus ligat, & traxit originem ab Apostolo Paulo, qui Corintheum Satanæ tradidit. *1.Cor.5.*

Excommunicatio est censura Ecclesiastica, qua homo Christianus ab Ecclesię communione, quo ad sacramentorum, suffragiorumque communium fructum, & ab externo fidelium contubernio separatur; & non est definitiua, quia petenti absolutionem nunquam denegatur audientia, vt in eodem Corintheo patet, quia ligatus absoluitur. Dicitur *Ecclesiastica* censura ad differentiam eorum, quæ appellantur nomine censuræ. Censura duo significat. Primò quandam dignitatem Romanorum: nam Censor puniebat ciues Romanos de delictis. Secundò significat correctionem & pœnam, vnde in proposita censura est correctio Ecclesiastica, quatenus per eam corriguntur quædam peccata. Et dicitur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, nam quemadmodum vires hominis consistunt in neruis, ita vires Ecclesiæ consistunt in sen-

Dfinitio excommunicationis.

2.Cor.2.

sententia censuræ. Dicitur, *homo*. Hinc est, quod creaturæ irrationales excommunicari non possunt. Nulla enim creatura excommunicationis est capax, nisi homo, Dicitur, *christianus*: nam hæc censura infidelibus haud competit, cũ ij foris sint, vnde à communione Ecclesiæ priuari non possunt, qui ad eam
1.Cor.5. nunquam admissi fuerunt, *Quid enim mihi*, inquit Apostolus, *cum his, qui foris sunt iudicare?* videlicet, in his quæ animam respiciunt, vt in censuris Ecclesiasticis, & pœnis spiritualibus; secus est in pœnis corporalibus & pecuniarijs. Dicitur *ab Ecclesiæ communione*. Quod enim Excommunicatio sit separatio ab Ecclesiæ communione, manifestum
Matt.18. est. Primò, *Si autem Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus*: id est, non solum ab externo consortio christianorum semotus, verum & communibus orationibus, & suffragijs, ac sacramentis; nam ecclesia hæc non impartitur, nisi fratribus qui sunt sui gremij; vnde de ethnico ait August. *Noli eum reputare in numero fratrum tuorum.* Et
2.Thess.3. D. Paulus *Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate: & ne commisceamini cum illo, vt confundatur, & noli quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem.*

fratrem. Præterea hoc palam manifestū fit ex ipsa vocis origine. Communicare enim idem est, quod aliquem participem vel reum, aut consiliorum, aut sermonis iure communionis facere. Dicit enim communio, rationem conferendi, & suscipiendi aliquid inter plures. Hinc excommunicatio significat à communione priuationem In Ecclesia triplex est fidelium communio. *Prima est* interior siue intrinseca bonorum spiritualium, nempe per charitatem vnientem per fidem formatam Christi membra capiti Christo & reliquis eius membris. De hac loquitur Paulus. *Multi vnum corpus sumus in Christo* Et David *Particeps ego sum omnium timentium te* Ad quam quidem cōmunionem homo admittitur per Baptismum, qui est ianua omnium sacramentorum, & fit Ecclesiæ viuum mēbrum, ac ponitur in ipsius Ecclesiæ gremium, & in communionem fidelium: & sicut omnia membra recipiunt influentiam a capite; ita ille, qui est in corpore Ecclesiæ, recipit influentiam gratiarum & donorum à Christo capite. *De plenitudine eius omnes accepimus.* Alia est communio extrinseca in spiritualibus, quæ consistit in orationi-

Rom. 12.
Psal. 18.
Ioan. 1.

bus & ſuffragijs communibus, ac demum in ſacramentorum perceptione, quibus Eccleſia adiuuat ſuos filios.
3. Rurſum, alia conſiſtit in corporalibus actibus externis legitimis, quæ his verbis continetur. *Os, Orare, Vale, Communio, Menſa negatur.* Excommunicatum Eccleſia expoliat non prima communione, ſed ſecunda & tertia. Nam cum omnes Chriſtiani, ſint Eccleſiæ, eiuſque Prælatis ſubditi, & quodcunque delictum mortale ſit obex gratiæ, quæ per Sacramenta confertur, iure optimo propter peccatum inobedientiæ, quod ex genere ſuo eſt mortale, poteſt inobedientem ab eorum ſacramentorum ſuſceptione prohibere, vt Matth. 18. dictũ eſt, Et non tantum ab externo conſortio ſeparatus intelligitur, verum etiam quantum ad orationes, & ſacramenta, per quæ Deus ſuffragatur hominibus, ideo ſubiunxit, *Quæcunque ſolueritis ſuper terrã, erunt ſoluta & in cælo, & quæcunque ligaueritis, erunt ligata.* Eccleſia minimè vult communia ſuffragia applicare, nec orare pro ijs, qui extra eam ſunt, ſed tantum pro membris eius ab ea nondum ſciſſis & ſegregatis. Separat ergo hominem à Deo. Item Satanæ tradit; peccatorum abſolutionem impedit;

Excommunicationis pœna omniũ pœnarum grauißima eſt.

pedit: ab Ecclesia fidelium remouet: à fidelitate iuramenti absoluit: omnia bona opera in ea facta mortificat: suffragia Ecclesiæ siue in vita, siue post mortem tollit: ęternam damnationem inducit; hominum consortio priuat. Hinc D. August. ait: *grauius esse hominem excommunicari, quam si gladio feriretur, flāmis exureretur, feris subigeretur.* Et alibi: *Omnis christianus, qui à sacerdote excommunicatur, Sathanæ traditur: quia extra Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesia Christus.* Nihil sic debet timere Christianus quam separari à Christo. Quia licet, degradatio sit magna pœna, propter durationem; corporalis pœna, cum actualiter sentitur etiam sit magna propter asperitatem; suspensio in patibulis, aut flagellatio per ciuitatem, in opprobrium etiam magna sit: propter effectum tamen maxima omnium est excommunicationis, vt meritò ab omnibus Christianis vitari debeat, ne in eam incidant, presertim quando prębēt contumacibus auxilium in sua peruersitate. Et huiusmodi pœna in nullum alium finem ordinata est, quam vt excōmunicatus, priuatus subsidiarijs orationibus, & suffragijs atque Ecclesiæ Sacramentis, ad cor redeat, resipiscat, at-

Lib. 1. contra Aduers. legis & Proph. c. 17.
Sermone 68. de verb. Apost.

que satisfaciat Ecclesiæ, quam propria contumacia affecit iniuria. Ecclesia enim similitudinem præsefert iudicij diuini. Deus autem vt peccatores ad se pertrahat, tanquam infirmos, & ægrotos, tripliciter corripit Primò salutaribus monitis alliciendo, vt medicus lenitiuis emplastris. Deinde fortius aliqua calamitate, instar potionis. Ac demum si opus est, putridum membrum ne alia inficiat, ad tempus resecat, nempe destituendo homines salutaribus auxilijs ex sua ipsorum culpa, vt suam fragilitatem agnoscant. Hæc autem duo postrema acerbiora in excommunicatione reperiuntur: nam erubescentia, & pudor hominis à gremio exclusi Ecclesiæ est ei calamitas, & supplicium. Deindè priuare eum subsidiarijs orationibus, & suffragijs, & sacramentis, est eũ deserere, vt sic derelictus acrioribus tentationibus vexetur, quousque suam inopiam sentiens ad cor redeat Hunc verò esse finem excommunicationis constat ex D. Paulo *Iudicaui* (inquit) *eum tradere* &c. *vt spiritus saluus sit in die Domini.*

Deus tripliciter peccatores corripit.

1. Cor. 5.

Excommunicationis vis, quæ prorsus ab Ecclesiæ communione separat, sub vocabulo Anathematis exprimitur.

Anathema duo includit.

tur, quod duo significat. Alterum est actus faciendi siue separandi Christianum a Christianorum communione. Alterum quod significat, est Christianus sic separatus, vt qui illud aut illud fecerit, sit anathema. In veteri testamēto significabat res separatas à communi consortio aliarum similium; vel id quod detestationi, & abominationi habebatur, vt habetur de Hiericho, *sitq; ciuitas hæc anathema*. In quo sensu ait Paulus. *Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu*, hoc est, execratur & detestatur Iesum. Vnde anathema idem est, quod homo detestabilis, & execrabilis. Verum vt capitur à Canonum peritis, nihil differt a maiori excommunicatione, nisi in forma, cum in effectu eadem sit. *Iosue 6.* *1. Cor. 12.*

Maior excommunicatio duplex est. Prima dicitur excommunicatio iuris, Secunda, hominis aut iudicis Ecclesiastici. Iuris excommunicatio dicitur, quæ in corpore iuris clauditur. Et hæc dupliciter considerari potest, Alia, quę generaliter infligitur a canone, Concilio, vel statuto perpetuo, quod continetur in extrauagantibus. Alia vero est à iure particulari, quæ continetur in legibus synodalibus, vel particularibus in *Excommunicatio Maior duplex est.*

eum qui hoc fecerit, vel non fecerit. Prima extēditur per totam Ecclesiam. Secunda non extenditur ad loca alia extra diæcesim vel prouinciam. Operatur autem excommunicatio hæc, siue specialis, siue generalis, vt Ecclesiasticus qui illa ligatus est, non possit aliquod conferre sacramentum, nec celebrare, nec se ingerere diuinis aliquid exequendo, vel dicendo horas canonicas, vel Euangelium aut Epistolam, nec potest cum alijs orare, aut interesse sacris, & si aliquid exequitur deputatum suo ordini, tanquam habens talē ordinem, irregularis est, cum quo non dispensat nisi summus Pontifex, si dilictum est manifestum, alias si occultum Episcopus, vt dicitur in Concil. Trid. Excommunicatio verò ab homine dicitur, quæ fertur à iudice in iudicio per sententiam, siue extra iudiciū, & est duplex, quædam latæ sententiæ, quæ ipso facto incurritur; quædam cōminatoria, seu fulminatoria, quæ non ipso facto incurritur, sed potest fulminari, contra quam faciens peccat mortaliter. Excommunicatio latæ sententiæ cognoscitur ex ipsius verbis, & tenore, id est, quando verba sunt præsentis temporis, vel præteriti, cum dicitur,

Sess. 24. de reform. c. 6.

Excommunicatio ab homine duplex est.

Excom-

Excommunicatus sit, intelligitur excommunicatio de iure; vel Excommunicationi te noueris subiacere, id est, ipso iure. At si verba sint futuri temporis, tunc dicitur Comminatoria, vt cum iudex præcipit, vt aliquid fiat, vel non fiat, sub pœna mille librarum, ita vt Superioris comminatio inferendi excõmunicationem contrafacienti, cum dixerit, Præcipio sub pœna excommunicationis, quam nunc profero si contrafeceris, vel similia verba. & si subditus sciat Superiorem habuisse intentionem excommunicandi, pro excommunicato se habeat si contrafecerit.

Magni emolumenti est scire differentias excommunicationis iuris & hominis. Ideò *Prima* differentia est, quod excommunicatio hominis pro futuris culpis minimè infligitur, sed iuris sic. Quia Lex potest prospicere, & frequentissimè respicit futura, sententia verò hominis potissimum præsentia, & ad incurrendam Excommunicationem hominis requiritur admonitio trina, cum interuallo saltem duorum dierum, inter vnam, & aliam monitionem, vel saltem vnica pro tribus, cum interuallo tamen sex dierum, quando periculum non est in mora.

Excommunicatio iuris. 1. & hominis differunt primò, quia iuris respicit futura, hominis præsentia.

Verum.

Verum quando dictum periculum interuenerit, diminui debet tempus, quoties & quantum oportuerit. Vnde cum pro peccatis præteritis nulla præcesserit monitio, hinc sequitur nullum verè posse excommunicari pro illis. Potest tamen excommunicari pro præteritis culpis vt satis fiat parti læsæ: nam tali casu, si non fuerit facta restitutio, vt est famæ, furti &c. intra triuam illam monitionem potest fieri excommunicatio, quæ trina monitio peremptoria dicitur.

2. *Secundò* lata à iure ligat generaliter omnes, qui sunt in Ecclesia: si facta est per summum Pontificem, vel in Concilio generali: sed si facta est in Concilio Prouinciali, ligat omnes de prouincia. Ab homine verò lata excommunicatio per sententiam, puta, quicunque furtum fecerit, sit excommunicatus, ista comprehẽdit subditos diæcesis illius tantum. Est & alia differentia inter excommunicationem iuris & hominis. Quod quando fertur excommunicatio iuris contra illos qui furtum fecerint, ligantur hac censura omnes, qui futuris temporibus aduersus prohibitionem egerint intra legislatoris territoriũ, quãuis eo tẽpore, quo lata fuerit lex, minimè fuerint

Excommunicatio iuris ligat generaliter, hominis non.

sub-

ſubditi ipſius canonis vel legiſlatoris. Item eadem afficiuntur exteri, ſi deliquerint intra territorium ſtatuentis, nam ratione delicti quis forum ſortitur, cuius ratio eſt, quia lex frequenter reſpicit futura: ſed ſi ab homine, tunc tantum comprehendit eos, qui comprehenduntur tẽpore ſententiç ſub iuriſdictione iudicis eam pronunciantis.
Tertiò, lata à iure etiam per Papam confirmatam, non cenſetur reſeruata, niſi hoc ſit expreſſum: Lata verò ab homine ſemper intelligitur reſeruata. Hinc infertur, quod excommunicatum per canonem Archiepiſcopalem non reſeruantem abſolutionem, item per ſtatutum confirmatum per Papam, Epiſcopos, vel qui habet caſus Epiſcopales, abſoluit. Sed non abſoluit à ſententia Archiepiſcopali, vel per Papam confirmatam. 3. *Iuris non cenſetur reſeruata, hominis autem ſic.*
Quartò, lata à iure eſt perpetua, ideo nunquam expirat mortuo ſtatuente, niſi expreſsè ab ipſo reuocetur, cum ſemper Lex loquatur. Excommunicatio verò ab homine, vel per ſententiam, decretum, aut mandatum expirat, mortuo iudice vel amoto ab officio, quod intelligitur, antequam incurratur: nam ſi iudice viuente in illam quis inciderit, tunc licet iudex moria- 4. *Iuris eſt perpetua hominis non ite*

moriatur, vel ab officio amoueatur, nequaquam tamen excommunicatio expirat. Hinc dicimus quod licentia audiendi confessiones ad beneplacitum concedentis expirat post mortem. Secus si esset concessa à Papa ad beneplacitum sedis Apostolicæ, & sit dignitatis: quia dignitas nunquam moritur. Ex quibus concluditur, statuta esse perpetua, sententias verò esse temporales, nisi dicta sententia vinculum iniecer t tempore proferentis.

5. *Iuris non ligat ignorantes, hominis sic.*

Quintò differt, quia sententia statuti non ligat ignorantes, videlicet, iustè; ignorantia enim crassa & supina non excusat; immo æquiparatur scientiæ etiam in pœnis, sic & affectata, & ignorantia non probabilis. Sed sententia hominis ligat, quia statim cum profertur sententia excommunicationis, vel suspensionis, habet effectum & ligat absentes & ignorantes, quod idem dicendum est de omnibus alijs sententijs diffinitiuis vel interlocutorijs, quia statim habent effectum etiamsi hoc ignorent ij, pro quibus, vel contra quos proferuntur. Intellige tamen dummodò absens fuerit citatus, aliter non valeret quod agitur. Excommunicatus si immisceret se diuinis solemniter:

niter ordinem exercendo, fieret irregularis, quia fuit peremptoriè citatus & non iuit, vel misit, & propter hoc excommunicatur, etsi celebrat est irregularis, quamuis de excõmunicatione nihil sciat. Pariter potest ferri sententia depositionis contra Prælatum etiam absentem, & lata tali sententia, contractus gesti per prçlatũ depositũ, nomine dignitatis, sunt nulli, etiãsi Prælatus ignoret se depositum. *Sextò*, lata à iure monitionem non requirit: verbi gratia, fertur excommunicatio à canone, vel statuto, vt qui fecerit illud aut illud, sit ipso facto excommunicatus, aut quod illud aut illud non fiat, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, hoc non requirit præcedentem monitionem canonicam; immò qui contra fecerit, statim est excommunicatus. Quando aliquid mandatur in Synodo, vel prohibetur fieri per Episcopum in statuto, sub aliqua pœna excommunicationis, id habet loco trinæ monitionis. Et quando in Constitutione est, verbum, Moneo, siue præcipio, siue æquipollens, talia præcepta, loco trinæ monitionis habentur: & ex his patet, quod excommunicatio iuris monitionem non requirit. Ratio autem, quare non

6. *Iuris monitionem non requirit, hominis sic.*

non requirat monitionem, est, quia monitio iuris est solemnis,& illa sufficit pro tribus; quod intelligendum est, vbi pœna imponitur negatiuè, sine temporis appositione, vt qui non residet, sit ipso iure excommunicatus, tunc requiritur monitio; quia nobis est occultum, an habuerit iustam causam non residendi, sed per monitionem conuincitur. Secus dicendum est, quando pœna apponitur affirmatiuè, vt quicunque tali hora Ecclesiam ingressus fuerit, sit excommunicatus, vel si percutiat Clericum &c. sit excom. Lata verò ab homine nunquam est ferenda, nisi canonica monitione præmissa. Et sic elicitur illud, quod excommunicatio nunquam est ferenda ab homine, nisi pro contumacia, siue in non comparendo coram iudicio, siue in non satisfaciendo. Admonitio pro emendatione præcedit, quam si contemnit, admonitus excommunicatur. Propter contumaciam pro minima causa potest quis excommunicari, licet non pro minima culpa. Citatio debet esse personalis, & potest fieri domi, vel per edicta, vel in tribunali, & debet esse trina tribus distinctis monitionibus, vt appareat, an velit se corrigere.

rigere, vel vt constet de contumacia. Quod secus est, si fuerit lata pro contumacia notoria: nam tunc monitio non est necessaria, & ratio est, quia cum sententia excommunicationis feratur immediatè propter contumaciam, si illa notoria est, alia citatio non requiritur, in notorijs non est necessaria monitio. Suspensio etiam fieri non potest ab homine pro contumacia, nisi præcedat monitio, si feratur propter crimen ad pœnam, tunc potest fieri sine monitione, sicut Religiosi excommunicantur & suspenduntur ab officijs, quando Monasterium siue claustrum exeunt sine licentia, & hoc sine aliqua admonitione, quia statuta habent quod mereantur huiusmodi fulminationes ipso facto. Excommunicatus si vult ab excommunicatione liberari, satisfacere tenetur parti læsæ, & absolui. Sic requiritur præter satisfactionem, absolutio, ex quo enim eiectus est extra Ecclesiam, debet cum debita solemnitate reconciliari, quod & intelligitur de excommunicato ad certum tempus, quia finito tempore nō erit absolutus. Secus tamen est in alia materia, quia bannitus extra ciuitatem pro certo tempore, finito illo alia absolutio non

requi-

requiritur, sed absque alia licentia poterit redire. Et si excommunicatus à iudice promissione satisfaciendi absolutus fuerit, & nō steterit promissioni vt satisfaciat, tunc non reincidit in excommunicationem, sed opus est vt de nouo excommunicetur. Est autem dif-
7. ferentia, quo ad potestatem absoluendi, quia ab excommunicatione lata à canone potest inferior absoluere, si cōditor canonis absolutionem sibi non reseruauit, & habet locum non in canone Papæ tantum, sed etiam in canone, seu statuto cuiuslibet Episcopi seu Prælati, vt excommunicatus per statutum suū possit absolui ab alio, ex quo conditor canonis sibi absolutionem non reseruauit, & habetur quotidie in praxi, præsertim cum inferiores habent ex Priuilegio iurisdictionem quasi Episcopalem, tunc possunt absoluere ab excommunicatione lata à canone, prout Episcopi; Sed ab excommunicatione lata per viam sententiæ, nemo nisi ipse, vel eius superior potest absoluere. Et ratio quare ipse possit absoluere est, quia qui potest ligare, potest & absoluere, quādiu potestas durat in habente iurisdictionē, Quæ omnia dicta de Excōmunicatione maiori videntur.

Iuris absoluitur ab inferiori, ab homine non.

CA-

CAPVT II.

EXcommunicatio minor quatuor modis infertur, scilicet à Deo, à seipso, à sacerdote, & à canone. In primis duobus casibus excommunicatio minor operatur effectum quantum ad Deum, sed non quantum ad Ecclesiam: quia cum talis excommunicatio infligatur pro peccato mortali, separat tantum à Deo absque alio militantis Ecclesiæ ministerio, iuxta illud. *Iniquitates nostra diuiserunt inter nos & Deum nostrum.* In cæteris autẽ casibus excommunicatio operatur effectum etiam quantum ad Ecclesiam. Quando ergo infligitur à sacerdote loco pœnæ, vel à canone, est necessaria reconciliatio. In primis casibus non est censura, sed tantum quando infligitur à canone propter participationem cum excommunicato excommunicatione maiori, vel ab homine per sententiam, & tunc ita definiri potest. Excommunicatio minor est censura Ecclesiastica priuans participatione passiua omniũ sacramentorũ. In quo eius natura explicatur, vbi sex de huiusmodi excõmunicatione asseruntur. *Primũ,* I. Celebrans grauiter, id est, mortaliter

De Excommunicatione Minori.

Esaiæ 59.

peccat. Potest tamen sine culpa audire diuina officia, & cũ alijs Christianis eisdẽ interesse, atq; in choro psallere, audire missam & sumere pacẽ, quæ in ea offertur. Absoluere quoque potest ab excommunicatione Maiori, vel Minori, & à peccatis, atque dare sacramentum infirmo.
2. *Secundum*, Celebrans non
3. efficitur irregularis. *Tertium*, Non prohibetur eligere, nec exercere quæ ratione iurisdictionis ei competunt.
4. *Quartum*, Eligi non potest, & si scienter electus fuerit, eius electio est irritanda.
5. *Quintum*, Si in ecclesia sacramenta con-
6. fert, ea collata non carent effectu. *Sextum*, à perceptione Sacramentorum est prohibitus.

Quinque casibus non licet communicare cum nominatim excommunicato.

Quinque sunt casus in quibus cum nominatim excommunicato, vel publico clerici percussore communicare non licet, qui hoc versu continentur. *Os, Orare, Vale, Communio, Mensa negatur.* Et qui cum ipsis communicant, incidunt in Minorem Excommunicationem, & venialiter peccant. Qui si moniti à communione non cessant, sunt excommunicandi excommunicatione maiori, per sententiam hominis.
1. *Primò* ergo cum excommunicato colloquium habere non possumus, siue ver-

verbis in præsentia, siue per literas, vel per nuncium in absentia, etiam nutu non est illi loquendum, sicut religiosi loqui solent, aut sicut cum multis loqui solemus, cum nutu etiam animus alicuius exprimatur. *Secundò*, Aue negatur, id est, salutare eos, nec si prius nos salutent, resalutare licet, in casibus particularibus, in quibus licitè cum excommunicato participatur, non est solita salutatione in loquendo, vel scribendo vtendum, sed dicendum est, *Deus te conuertat*, vel in Epistola loco salutationis scribi potest, *Spiritum consilij sanioris*. Licet etiam salutanti assurgere, vel caput inclinare, vel aperire sine scrupulo, non animo communicandi sed euitandi scandala, vel humanitatis officio: cum pœnæ sint restringendæ, & non ampliandæ. *Tertiò*, communio negatur, ita vt nō liceat in aliquo temporali negotio cum excommunicato communicare, ita vt nec ab eo emere, nec vendere liceat, nec locare, nec conducere, neque matrimonium contrahere, sed neque ad Papam simul cum eo ire. *Quartò*, inhibetur communio in diuinis, sed quia hac contrahitur peccatum mortale, ideo de hac infra. *Vltimò*, inhibetur mensa, id est commestio in

2.

3.

4.

5.

mensa, & quies in eodem lecto, & cohabitatio. Haud enim cum excommunicato licet in eadem mensa edere aut bibere, & eo superueniente, vel eum à mensa cohibere, vel potius surgere oportet qui excommunicationem minorem vult vitare. Imò priuilegiatus per Papam priuilegio generali, quod omnibus excommunicatis licitum sit communicare, sine causa non excusatur, hoc enim est contra Apostolum
1.Cor. 5. dicentem, *Si is qui frater nominatur, & fornicator &c. cum eiusmodi nec cibum sumere.* Excommunicatio, quæ contrahitur ex participatione est iuris positiui, ita Papa non ligatur communicans cum excommunicato, nec is qui à Papa cõmunicandi potestatem habet. Excommunicatus, qui causam dedit excommunicationi, & à communione exclusus est, multo fortius tenetur vitare cõsortium aliorum quam alij, qui solum in odium excommunicati excluduntur ab eius consortio, Imò nec excommunicatus cum alijs excommunicatis potest communicare licitè, quia delictum non debet delinquenti præstare immunitatem. Et hæc circa priuationẽ commercij exterioris fidelium.

In quatuor casibus communicare

cum

cum excommunicatis est peccatum mortale. præter quos in nullo alio est, nisi veniale. *Primus est*, quando participatur cum excommunicato in diuinis, propterea nullus ministrorum Ecclesiæ in orationibus communibus potest orare pro excommunicatis excommunicatione maiori: & prohibetur Missam celebrare, vel diuina officia recitare coram excommunicato; quare si sacerdote celebrante, aut dum recitarentur horæ, excommunicatus Ecclesiam ingrederetur ad orandum vel per ipsius ianuam Missam audiret, tunc sacerdos deberet cessare, atque ab Ecclesia exire, si non fuisset cæptus canon, Qui pridie, &c. vel debet excommunicatus expelli, sine scandalo tamen & percussione. At si canon aut consecratio cæpta fuerit, & nollet egredi, debet prosequi vsque ad sumptionem, ne sacrificium maneat imperfectum. Si verò nõ celebratur Missa, sed recitantur diuina officia, tunc sacerdos statim exire debet, quia ipse illa alibi finire potest; Laicis quoque prohibetur, ne ab excommunicatis sacra audiant, nec Laici cũ excommunicatis diuinis interesse debent, cum ingreditur excommunicatus, tenetur non excom. exire. Excom-

Quatuor casibus communicare cũ excommunicatis est peccat. mort.
1.

municatus tamen absque culpa ingredi potest Ecclesiam causa orandi eo tempore, quo diuina officia non celebrantur. Causæ enim quare vocaliter oretur, continentur his versibus. *Collige sex causas, quare vocaliter oras, Vt torpor cedat, mentis deuotio crescat: Vt cor mundetur & proximus ædificetur Lingua laudetur opifex, dæmonq; fugetur.* Licitum est etiã excommunicato adorare sacramentum, quando infirmis defertur. Item recitare horas canonicas, genu flectere, aqua aspergi benedicta, & similia facere, extra tamen Ecclesiam in eius angulo, & solus: potest & in Ecclesia interesse ad audiendã prædicationem, vel lectionẽ etiam de Theologia. Excommunicatus autem excommunicatione minori, non peccat intrando Ecclesiam, vt audiat diuina vel Missam, cum non sit prohibitus à communione fidelium, sed tantum à perceptione sacramentorum; vetatur etiam fieri officium mortuorum pro excommunicato. *Secundus casus* est cum participatur cum excommunicato in crimine criminoso, nempe pro eo crimine, pro quo lata est excommunicatio. Etenim participare cum tali excommunicato non solum est peccatum mortale, verum per eam

con-

contrahitur excommunicatio. *Tertium casus est*, quando participatio fit in contemptum Ecclesiæ: nam tunc est peccatum mortale, crimen enim veniale per contemptum mortale efficitur. *Quartus casus est*, si sententia lata esset contra participantes, qui sunt excommunicati certis nominibus, vel officijs, v. g. Nemo communicet cum Petro aut Paulo, vel prætore, &c. Sed quæritur num Catholici Galliæ, aut Germaniæ, aliorumque Regnorum, qui cum hæreticis manifestis, imò & palam se tales esse asserentibus, in eorum prouincijs participant in externo conuictu, peccent, atque in excommunicationem minorem incurrant: cum tales Lutherani, aut Caluinistæ, &c. sint manifestè, & notoriè excommunicati propter hæresin notoriã, & propter Bullam Cœnæ Domini: Et respondetur, illos non peccare, & excusari propter necessitatem; & propter consuetudinem, quæ dicitur optima legum interpres. Quæ consuetudo cum sciatur & tolleratur à Summis Pontificibus, qui propter eorum multitudinem non possunt eos de facto extirpare, nec audẽt cõtra eos procedere, excusat Catholicos ea vtentes, vt tenet Nau. in Manuali cap. 9. n 8.

3.

4.

Plures sunt casūs in quibus licet sine peccato cum excōmunicatis communicare, qui his versibus continētur. Vtile, lex humile, res ignorata necesse
III. est. Hæc anathema quidem soluunt ne possit obesse. 3. Humile, hoc est qui sunt in humilitate subiectionis, aut seruitutis: hinc filij, emancipati, serui, qui sunt sub potestate patris, commensales & recipientes necessaria ab eo, qui recedere non possunt absque suo damno. Item rustici colentes terras, nutrices, ac mercenarij, possunt cū dominis communicare sine metu quod incurrant excommunicationem minorem, idem dicendum est de subditis respectu Prelatorum. Superiores tamen, siue pater, siue dominus, tenentur inferiores excommunicatos vitare, nisi in ijs, ad quæ sunt obligati, quantum scilicet requirit paternalis, aut dominatiua gu-
IV. bernatio. 4. Res ignorata excusat, id est ignorantia, quando est facti probabilis. Dicitur autem quis ignorare factum, quando non constat ei quod hic
V. tale quid fecerit. 5. Necesse excusat, siue sit necessitas tā excommunicati quam participātis. Hinc orator, id est, vadens causa orandi, peregrinus, aut viator, & similes in necessitate constituti, licitè necessa-

necessaria recipere possunt ab excommunicatis. Dicitur necessitas, quando immineret periculum probabile mortis in non participando cum excommunicato. 1. Vtile excusat, id est parti- I.
cipans propter vtilitatem, siue temporalem siue spiritualem, siue propriam, siue excommunicati denominati, & denunciati, siue publici clerici percussoris. Dixi, Temporalem. Vt si excommunicatus mihi debet ex præuia conuentione seruitium aliquod, vel pecuniam, possum cum eo communicare, & in iudicio conuenire, alias de suo delicto commodum reportaret. Dixi vtilitatem spiritualem, vt si est nominatim excommunicatus religiosus, & denunciatus, vel clericus à quo debeo petere bonum consilium pro mea salute, possum cum eo loqui; sic medici, sic aduocati, clerici percussori possunt consilium aut medicamentum præstare. 2. Lex excusat, vt lex matrimoni- II.
alis: vnde vxor ab excommunicato debitum petere & excommunicatus ei reddere debet, sed non petere, & pari ratione maritus cum vxore excommunicata communicare potest. Ratio est à societate & communione deducta. Præterquam quod priuantur excom-

Effectus maioris Excommunicationis.

municati excommunicatione maiori commercio fidelium exteriori, quod illo versiculo continetur, Os, orare, &c. atque etiam communione in diuinis, sicut dictum est. Plures sunt eiusdem excommunicationis maioris effectus;
1. quorum *Primus est*, Sacerdos excommunicatus caret potestate iurisdictionis ad præstandam sacramentalem absolutionem. *Secundus est*, quod excom-
2. municatus non potest conferre vel recipere beneficia, quod intellige, quando excommunicatus conferret, vel eligeret ratione publici officij, secus si
3. tanquam persona priuata. *Tertius*, effectus est, quod contumax in excommunicatione quacunque ex causa factus per anni tempus in ea durans suspectus de hæresi fit, & potest ordinarius, vel fidei inquisitor procedere contra eum, qualiter sentiat de fide, eiusque articulis, & sacramentis, annus tum debet totus esse elapsus. *Quartus* effectus est,
4. quod priuatur suffragijs Ecclesiæ, adeò, vt in nulla re Ecclesia intendat ei per illa subuenire, ob quod dici solet excōmunicatum possideri à diabolo, sicut mulio suum iumentum, cum per excommunicationem à corpore Christi sit separatus. Et sicut putridæ carnes

sunt resecandæ, & repellendæ, ita excommunicati extra Ecclesiam sunt
proijciendi. *Quintus* effectus est, quod 5.
& si excommunicatus suscipiens aliquos ordines, suscipiat characterem,
tamen illos non potest exequi. *Sextus*. 6.
Priuatur excommunicatus omni actu iuridico, & omni actu publico, vt esse tutorem & curatorem, imò omni actu cõmuni vt esse procuratorem, & testẽ.
Septimus est, quod priuatur facultate du- 7.
cendi vxorem, quamuis si ducat matrimonium sit validum, sed peccat mortaliter.
Octauus est, priuatur facultate 8.
testandi, quod intellige primò de excõmunicatis ex causa hæresis. Secũdò ob percussionem Cardinalium. Tertiò si esset quis solenniter excommunicatus. Quartò, ob excommunicationem pro tali crimine, propter quod interdiceretur facere testamentum, vt propter vsuras. Alias excommunicati ob alias causas possunt testari.
Nonus excludit ab of- 9.
ficijs diuinis & alijs precibus cum alijs simul faciendis vel audiendis, potest tamen solus orare in Ecclesia licet alij precentur, modo sint seiuncti. Tenetur tamen excommunicatus dicere horas suas non tamen in Ecclesia, nec in ordine suo, dicendo, Dominus vobiscum:

vel similia verba ad eius dignitatem pertinentia, sed in modo orationis. Possunt tamen bini, vel terni, si essent excommunicati interipsos dicere horas suas. *Decimus*, priuat Ecclesiastica sepultura. Quod si sepultus fuerit, & corpus discerni potest, debet exhumari, & locus sacer debet reconciliari, tamen sepeliens non erit irregularis cum non sit expressè cautum in iure. *Vndecimus* est, quod facit infamem, si excommunicatio est manifesta. *Duodecimus*, eximit subditos ab onere seruiēdi ratione fidelitatis vel subiectionis iurisdictionalis, quamdiu fuerit excommunicatus, item multa alia operatur, vt habet Nauar. cap. 27. num. 21.

10. 11. 12.

De Absolutione ab Excommunicatione.

CAPVT III.

QVando petitur absolutio in foro exteriori, tunc etiam non sacerdos, qui habet in excommunicatum iurisdictionem, potest absoluere à vinculo excommunicationis, qua absolutione facta, debet iste iterum à sacerdote in foro pœnitentiali absolui à culpa. Sed quando prius petitur in foro animæ, tunc solis sacerdoti

cerdotibus est permissum & non alijs. Circa quam absolutionem nota plures casus. *Primus est*, Qui ex iubilæi aut literarum apostolicarum priuilegio possunt ab excommunicatione, & alijs peccatis absolui à quocunque sacerdote per eum eligendo, etiamsi hi casus sint eiusmodi, vt nullus præter Papam, aut Episcopum possit ab eis absoluere, à quouis Confessario liberè potest absolui. *Secundum est*, Si quis sacerdoti confessario qui poterat ab omnibus peccatis absoluere, & à censuris, ita peccata confiteatur, vt omittat per obliuionem ei confiteri peccatum aliquod, cuius absolutio sit reseruata, vel cui accesserit excommunicatio, & absolutionem generalem à peccatis, & censuris obtinuerit, absolutus omninò cēsetur ab excommunicatione & peccato illo, quod per obliuionem omiserat confiteri, & licet peccatum illud teneatur postea cum in memoriam venerit, confiteri, poterit tamen absolui à confessore simplici; etiamsi non habeat potestatem absoluendi à peccatis & censuris reseruatis. Et ratio est, quia per prædictam confessionem iam desierunt esse peccata reseruata, nec amplius habent annexam censuram. *Ter-*

1.

2.

3.

3. *tium* casus est, In Iubilæo conceditur facultas absoluendi à quacunque censura excommunicationis, satisfacta parte; aliquis est excommunicatus pro furto, vel alio debito, debet satisfacere & tunc absolui, quia facultas non est amplior quam verba sonant Si confessarius absolueret ab excommunicatione non seruata forma iuris, peccaret
4. mortaliter & cōfessio esset irrita. *Quartus*, qui facultatem habent virtute Iubilæi eligendi sibi idoneum confessorem, possunt sibi eligere eos, quos voluerint, quamuis non sint ordinarij, curati, vel religiosi, qui expositi sunt per Episcopum. Quo ad Religiosos tamen, requiritur quod sint approbati à suo ordinario. Ratio est, quia ad absolutionem requiritur potestas ordinis, & iurisdictionis, & quidem potestas ordinis quicunque sacerdos habet, & iurisdictionis potestatem habet qui confessarium constituit. Idoneus confessarius dicitur, primò vt non sit suspensus per censuram, aut nominatim excommunicatus: secundò vt posset ligare & absoluere, autoritate sui Epis-
5. copi aut Prælati: *Quintò*, Confessarius qui virtute Iubilæi potest absoluere pœnitentem, ab omnibus casibus sedi

Apostolicæ reseruatis, si absoluit excommunicatum etiam damno secuto, & præmissa satisfactione, dicta absolutio non prodest excommunicato in iudiciali foro quoad exteriores iudicis actus, nisi in Apostolicis litteris dictũ sit, quod ea etiam in iudiciali foro vim obtineat, alias plurimum detraheretur autoritati iudicialis fori, & esset in cõtemptum iudicis, qui eum excommunicauit, cum possit absolutus in foro pœnitentiali, etiam peracta pœnitẽtia, accusari & puniri in foro exteriori. Cum prior examinatio fiat ad pœnitẽtiam & satisfactionem diuinæ offensæ, posterior vero ad publicam vindictam & Reipublicæ satisfactionem. *Sextus*, 6.
Confessarius electus vi Iubilæi concedentis facultatem absoluẽdi à quibuscunque casibus, & censuris etiam sedi Apostolicæ seruatis in Bulla Cænæ Domini, non potest absoluere pœnitẽtem hæreticum, etiam magno cordis dolore crimen detestantem. *Septimus*, 7.
Confessarius facultatem habens vigore Bullæ, dispensandi à quibuslibet votis, & absoluendi à quibuscunque censuris & pœnis, non potest dispensare super irregularitate nisi in Bulla exprimatur: & ratio est, quia irregularitas

non

non est censura, neque absolutio eius est necessaria ad peccatorum absolutionem, cum absolutio peccatorum rectè fieri possit absque sublatione irregularitatis.
8. regularitatis. *Octauus*, Confessarius, qui virtute Indulgentiæ potest absoluere à quibuscunque censuris etiam in Bulla Cœnæ reseruatis, potest etiam absoluere à casibus & censuris Episcopo reseruatis. Est obiter obseruandum discrimen inter Iubilæum & Indulgẽtiam. Plus enim videtur habere Iubilæum, quam Indulgentia. Illud enim continet potestatem commutandi vota, & absoluendi à casibus reseruatis, & censuris, quę quidem indulgentia non

Iubilæum inter & Indulgentia quod discrimen.

9. continet. *Nonus* casus est, confessarius, qui vigore Bullæ facultatem habet absoluendi à quibuslibet casibus Papalibus, potest etiam absoluere à censuris Papæ reseruatis: ratio est, quia nullus est casus Papæ reseruatus, cui non sit
10. annexa censura. *Decimus*, Papa concessit indulgentiam ijs qui quarta & sexta feria, orationes faciunt cum eleemosynis, quæ concessio strictè intelligenda est, & nisi totum id ad datam formã obseruatur, non acquiritur indulgen-
11. tia. *Vndecimus*, datur indulgentia plenaria suorum peccatorum omnibus qui

qui verè sunt pœnitentes & confessi, dummodò die octauo Ianuarij visitauerint Ecclesiam S. Seuerini. Qui biduo ante festum confessi sunt, quæritur vtrum id sufficiat, Respondetur, Ex quo iste qui alias ritè confessus est peccata sua, stat in statu gratiæ, ergo implet formam indulgentiæ, cum sit verè pœnitens, & ritè confessus, & per consequens consequitur effectum indulgentiæ, adimplens ea, quæ implere mandatur. Insuper neque in casibus in
12. Bulla Cœnæ Domini contentis potest quis absoluere, etiamsi habuerit per Priuilegia, quod possit absoluere ab omnibus excommunicationibus Papalibus: nam stylus Romanæ curiæ est vt nunquam intelligantur concessæ absolutiones ab excommunicationibus in Bulla Cœnæ, nisi de ijs expressa mentio fiat: quod si aliter fieret, esset irrita absolutio, & absoluens, siue Episcopus siue Regularis priuilegiatus esset ligatus maiori excommunicatione, nisi excusaret ignorantia.

De Excommunicationibus in Bulla cœnæ Papæ reseruatis.

CAPVT IV.

SIcut periculosiores morbi peritioribus medicis reseruantur, sic & in qualibet politia & Republica causæ quædam summo principi reseruantur. Papa ergo successor Petri, propter identitatem regiminis, & consortium potestatis, habet claues pro vniuersa Ecclesia, & ad dimittendum vniuersa peccata, semper reseruatur illi potestas: & cum habeat plenitudinem illam potestatis, vt rex in regno, potest quot casus sibi placuerit reseruare, nullus tamen ei reseruatur, qui non habet annexam excommunicationem, & ideo, si ab eo casu auferretur censura, legitimè posset ab eo quilibet sacerdos absoluere. Episcopi, possunt sibi aliquos casus reseruare, à quibus inferiores non possunt absoluere, quia potestas reseruationis sequitur iurisdictionem, & possunt sibi tot casus reseruare, quot voluerint respectu delegatorum ad audiendas confessiones, quia cum possint eis non concedere facultatem, audiendi cõfessiones, pariter possunt eis subua-

trahere, quos casus volunt. & idem de prælato in religione, quia superiores Regularium respectu suorum subditorum etiam reseruant sibi aliquos casus vt dictum est, præsenti tract. cap. 2. Quilibet tot sibi reseruat, quot sibi videbuntur in ædificationem valere. Summus pontifex quos reseruat casus, in Bulla Cœnæ Domini pro maiori parte inseruntur, quæ singulis annis in Cœna Domini legitur, vt omnes christiani, cuiuscunque ordinis sint, qui summo Pontifici subijciuntur, quo ad correctionem peccati, vitent, peccata grauissima. Per fulminationem excōmunicationis Bullæ, Summus pontifex, tanquam pius pater, quærit conseruare animarum salutem, Rempublicam christianam, Ecclesiasticam libertatem, autoritatē apostolicam, & vnitatem sibi à Domino Deo commendatam, hæc enim sunt bona sedis Apostolicæ, propterea ne aberrent confessarij & animarum curati, inconsideratè absoluendo, cum contentos casus in prædicta bulla Summus pontifex sibi simpliciter reseruet, hanc bullam sæpe legant, examinentque prout aliquādo a Pio quinto sub pœna peccati mortalis iniunctum est. Diuiditur autem

Bulla:

Diuiſio Bullæ cænæ.

Bulla in tres claſſes principales. In prima continentur pertinentia ad fidem & religionem. In ſecunda ſpectantia ad libertatem Eccleſiaſticam. In tertia continentur ea, quæ ad iuſticiam, mutuamque fidem ſeruandam inter fideles pertinent. Quæ ad primam claſſem ſpectant, continentur in prima ſectione, quæ ad ſecundam in ſecunda, quæ ad tertiam in cæteris octodecim. Caſus tamen hi augentur & minuuntur ad voluntatem ſedis Apoſtolicæ.

Sectio prima.

Prima ſectio Fidem & Religionem ſpectans hoc modo ponitur. Primò, *Excommunicantur omnes Hæretici cuiuſcunque ſectæ, eorumque fautores, eiſque credentes, eorum receptatores, defenſores, eorum libros legentes, retinentes, imprimentes; ſeu quomodolibet defendentes, & omnes ſchiſmatici.* Hæc ſectio continet decem genera perſonarum. Primum eſt hæreticorum. Secundum eorum fautorum. Tertium, eis credentium. Quartum, eorum receptatorum. Quintum, eorum defenſorum. Sextum, legentium libros prohibitos. Septimum, eos tenentium. Octauum, eos imprimentium. Nonum, defendentium. Decimum, ſchiſmaticorum. Quantum ad primum genus ſcilicet hæreticorum, ſciendum eſt, cenſeri hæreti-

reticum, qui fidem catholicam quandoque professus est, alias infidelis potius appellabitur, & post fidem susceptam in ijs quæ sunt fidei, errauit: vel etiam determinationem Ecclesiæ falsam putauit. Deinde requiritur vt habeat errorem fidei contrarium in mente, vel intentione, quia error in intentione, vel ratione, facit aliquem hæreticũ, id est vt in animo & corde suo credat esse verum quod est falsum, & esse falsum quod est verum. D. Aug. Qui in Ecclesia Dei morbidum aliquid prauumque sapiunt, si correpti, vt sanum rectumque sapiant resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, hæretici sunt. Factum sine errore nunquam facit hominem hæreticum, puta si quis fornicatur, aut mœchatur, licet agat contra veritatem, quæ dicit: Non mœchaberis; ex hoc non est hæreticus, nisi credat, vel opinetur mœchari esse licitum. Apostatarum proles cum sint de iurisdictione ecclesiæ, quantumuis patres reluctentur possunt baptizari, & inuitis parentibus viro religioso aut mulieri Deum timenti tradi, vt sub eorum conuersatione cultum Dei addiscant, quod Iudæo-

Hæreticus censendus quis.

dæorum & barbarorum filijs non fit, cum nec ipsi nec eorum filij sint de iurisdictione Ecclesiæ.

Hæreticorũ fautores qui. Quantum ad secundum scilicet hæreticorum fautorum. Fautores dicuntur, qui subleuant hæreticos fauore, vel pecunia, vel qui procurant aliqua per quæ liberentur, vel subministrant. Et
1. sunt in duplici differentia, quidam habent iurisdictionem, quidam non, Qui habent iurisdictionem, dicuntur fau-
1.Reg.15. tores, si negligant vel omittant capere, vel punire hæreticos. Vnde dicitur quod Rex Saul dãnatus fuit, & Regno priuatus, quia contra præceptum Domini pepercit Achab Regi Amalech, vbi crimina quæ quis potest corripere, & non corripit, ipse committit: & error, cui non resistitur, approbatur, & qui tacet & dissimulat, videtur consen-
2. tire. Qui verò non habent iurisdictionem & sciunt aliquem esse hęreticum, denunciare tenentur sub pœna peccati mortalis, imò sub pœna excommunicationis synodalis. Dicitur etiam quis fautor, quando quis verbo fauet hæretico, vt qui modum & viam docet fugiendi de manibus ministri, vel è carcere, aut quando instruit hæreticum ad se falsò defendendum: quare

attentus sit sacerdos ne talibus absolutionem det, nisi damnationem incurrere non metuat. Quod si faueretur hæreticis non eo respectu vt sunt hæretici, sed vel ob causam miserationis, paupertatis, cognationis, vel amicitiæ, non videntur in foro conscientiæ incurrisse excommunicationem Bullæ: ita post Caieta. consuluit Nauar. lib. 5. de hæret. cons. 11. & 16. num. 7.

Tertiò, Quantum ad credentes hæreticis, notandum est, quod sint in triplici genere, quidam namque sunt hæreticis credentes, qui credunt eorum erroribus, & hæresibus, & isti sunt excommunicati. Alij autem dici possunt propriè hæreticis credentes ex verbis vel ex factis: verbis quidem, vt confessione propria, dicendo se credere erroribus taliũ, vel in sua secta saluari posse, quod quidem tripliciter probari potest, vel facti euidentia; publicè prædicando, seu defendendo illorum errores: vel testium productione legitima, vt si conuincantur per testes quod errores talium promulgauerunt. Factis autem, qui ea committunt in quibus ritus hæreticorum continentur, vt si hæreticos adorauerint, quod fit quando reuerentiam faciunt ipsis, orationes eorum

3. Credentes hæreticis.

1.

2.

dæorum & barbarorum filijs non fit, cum nec ipsi nec eorum filij sint de iurisdictione Ecclesiæ.

Hæreticorũ fautores qui. Quantum ad secundum scilicet hæreticorum fautorum. Fautores dicuntur, qui subleuant hæreticos fauore, vel pecunia, vel qui procurant aliqua per quæ liberentur, vel subministrant. Et
1. sunt in duplici differentia, quidam habent iurisdictionem, quidam non, Qui habent iurisdictionem, dicuntur fau-
1. Reg. 15. tores, si negligant vel omittant capere, vel punire hæreticos. Vnde dicitur quod Rex Saul dãnatus fuit, & Regno priuatus, quia contra præceptum Domini pepercit Achab Regi Amalech, vbi crimina quæ quis potest corripere, & non corripit, ipse committit: & error, cui non resistitur, approbatur, & qui tacet & dissimulat, videtur consen-
2. tire. Qui verò non habent iurisdictionem & sciunt aliquem esse hęreticum, denunciare tenentur sub pœna peccati mortalis, imò sub pœna excommunicationis synodalis. Dicitur etiam quis fautor, quando quis verbo fauet hæretico, vt qui modum & viam docet fugiendi de manibus ministri, vel è carcere, aut quando instruit hæreticum ad se falsò defendendum: quare

atten-

attentus sit sacerdos ne talibus absolutionem det, nisi damnationem incurrere non metuat. Quod si faueretur hæreticis non eo respectu vt sunt hæretici, sed vel ob causam miserationis, paupertatis, cognationis, vel amicitiæ, non videntur in foro conscientiæ incurrisse excommunicationem Bullæ: ita post Caieta. consuluit Nauar. lib. 5. de hæret. cons. 11. & 16. num. 7.

Tertiò, Quantum ad credentes hæreticis, notandum est, quod sint in triplici genere, quidam namque sunt hæreticis credentes, qui credunt eorum erroribus, & hæresibus, & isti sunt excommunicati. Alij autem dici possunt propriè hæreticis credentes ex verbis vel ex factis: verbis quidem, vt confessione propria, dicendo se credere erroribus taliũ, vel in sua secta saluari posse, quod quidem tripliciter probari potest, vel facti euidentia; publicè prædicando, seu defendendo illorum errores: vel testium productione legitima, vt si conuincantur per testes quod errores talium promulgauerunt. Factis autem, qui ea committunt in quibus ritus hæreticorum continentur, vt si hæreticos adorauerint, quod fit quando reuerentiam faciunt ipsis, orationes

3. Credentes hæreticis.

1.

2.

eorum implorando, bonos vel sanctos homines, vel Dei amicos vel nuncios, vel bonæ conuersationis & vitæ profitendo, vel si communionem ab hæreticis acceperint, vel similia perpetrauerint, quæ ad ritum eorum pertinent. Ex factis etiam hæretici iudicātur, qui eorum sermones & prædicationes, nō semel aut bis, sed frequentius audierint nam ex geminato actu crimen ad consuetudinem trahi videtur, non est tutum tantum crimen ex bino actu faciIè præsumere, præsertim si cum amplius potuerint frequentare, non frequentauerint, non videntur approbasse, & sic credentes non debent iudicari cum postea non voluerint amplius au-
3. dire. Alij verò sunt, qui quamuis non credant explicitè hæreses, credunt tamen implicitè, credendo pertinaciter esse verum, quod alius hæreticus credit. Huiusmodi autem credentes solent esse personæ ideotæ, vel rudes, aut etiam docti, qui in aliquibus negotijs occupati hæreticorum errores nosse non curant, sed implicitè ea omnia credūt quæ hæretici affirmant. Vt autem isti credentes Bullæ excommunicationē ncurrant oportet vt suas opiniones signo aliquo exprimant, alias non incide-

ciderẽt. Quarto quãtũ ad receptatores. Hi sunt non solũ qui frequenter, sed etiã qui semel recipiunt hæreticos, scientes eos esse tales, atque occultant & celant, vt è manibus iustitiæ euadant, & hoc vel in agro suo, vel in alieno loco vel ędificio, tales receptatores si credunt ipsorum hæreticorum erroribus, hæretici sunt: Si autem non, est eis abiuratio & purgatio canonica indicenda, tanquam suspectis vehementer de tali hæresum credentia. Verum hi receptatores minimè in Bullam incidũt, si ignoranter domi hæreticos receptant; quod intellige, si à ministris iustitiæ persequerentur, & tunc illis prius illos hæreticos esse significaretur. Pariter nec ille, qui coactè receptaret hæreticos. *Hæreticorũ receptatores.*

Quinto defensores dicuntur duobus modis. Primo, quando personam errantem quis defendit aliqua potentia, vel viribus, vt tutò maneat, & non veniat per manus iustitiæ puniendus, & tales hęretici nõ sunt, postquam errorem non defendunt. Alij qui defendunt doctrinam hæreticam, & tales hæretici damnabiliores sunt ijs, qui errant, cum etiam alijs offendicula erro- *Defensores.* 1. 2.

ris præparent, vnde magiſtri errorum ſunt, & non tantum hęretici, ſed etiam hæreſiarchæ dicendi ſunt.

Libros hæreticorum legẽtes & tenentes.

Sexto libros eorum legentes & ſeptimo tenentes eos. Ad incurrendam hanc excommunicationem in Bulla
1. contentam, tria neceſſariò requiruntur. Primum, vt ſint libri hæreticorum auctorum condemnatorum. Secundũ,
2. vt iſti libri hæreticorum, contineant hæreſin ex profeſſo, vel tractent de religione ex inſtituto, id eſt, vt liber hæretici habeat aliquid pro argumento de
3. religione. Tertium, vt ſcienter teneantur, vel legantur, aut imprimantur, ſiue defendantur. Hinc hodie ſaluberrima lege cautum eſt in Conc. Trid. ne ſine ſuperiorum Eccleſiaſticorum licentia libri imprimantur, ſeu vendantur. Libri qui ſunt hæreticorum condemnatorum, ſunt in duplici differentia: quidam enim continent hæreſin ex profeſſo, & tractant de religione ex inſtituto, vt opera Caluini. Luth. &c. & hi compræhenduntur in Bulla, & iſtos legentes, tenentes, imprimentes, defendentes ſunt excommunicati in Bulla. Alij vero ſunt libri certorum hæreticorum, qui hæreſin non continent ex profeſſo, nec de religione tractant ex inſti-

instituto, sed intermiscentur in eis hæreses, & hi in excommunicationem incidunt non Bullæ, sed Indicis librorum prohibitorum qui absolui possunt à quocunque habente facultatem absoluendi, ab excommunicatione. Pari ratione incidunt in excommunicationem Indicis, scienter legentes annotationes hæreticorum libris catholicorum insertas, vel legentes libros hæreticorum de religione ex professo tractantes, sed nondum adhuc ab Ecclesia damnatos, suspectos tamen de hæresi vt Erasmi Roterodami. Hi etiam sunt excommunicati in Indice, & possunt absolui à quocunque qui potest ab excommunicatione absoluere. Excusantur quoties Sum. Pontifex in specie libros damnati autoris permitteret, nam tunc impunè legi possunt, vt videmus in opusculis Origenis, quoniam ea recepit Gelasius Pap. sancta. 15. dist.

Octauo; Imprimentes, sunt omnes hi qui sunt in causa proxima impressionis, id est, Dominus & Magister impressionis: Typographus soluens expensas impressoribus, componentes typos, corrigentes literas. *Eos imprimentes.*

Quantum ad vltimum genus tan-

Schismatici. dem scismaticorum, sciendũ est scisma speciem hæresis esse, diuidentem mẽbra à capite, scilicet Papa. Qui diuidit Ecclesiam, scismaticus dicitur. Propriè
1. scismatici dicuntur, qui recedunt ab obedientia Ecclesiæ cum rebellione. Vt si quis pertinaciter diceret Ecclesiam Græcam aliam esse, quam Romanam, nec illam ab ista dependere. Et hi non tantum scismatici sunt, sed etiam hæretici, quia non tantum sunt diuisi ab Ecclesia quoad obedientiam, verum etiam quoad credentiam, quia nolunt credere determinationibus Ecclesiæ.
2. Sunt etiam propriè schismatici, qui recusant obedire, & subijci Papæ, in quãtum Papa est, siue ex hoc, quod nolunt eum recognoscere, vt est caput Eccle-
3. siæ. Constitui etiam possunt tertij generis scismatici, & sunt illi qui aut probabili, aut insuperabili ignorantia ducti putant aliquem esse Papam, qui nõ sit, quod solet contingere cum duo pluresue de Papatu contendant, non tamen constat quis eorum ritè, vel canonicè electus sit, & qui ita errant, nec hæretici nec scismatici verè sunt quãuis videntur, & sine culpa sunt.

Secunda classis continens ea quæ spectant ad Libertatem Ecclesiasticam

in secunda sectione hoc modo ponitur. *Anathematizamus omnes, & singulas personas cuiuscunque status gradus, seu conditionis fuerint, & interdicimus vniuersitates, collegia, & capitula quocunque nomine nuncupentur, ab ordinationibus, sententijs seu mãdatis nostris, ac Romanorum Pontificum, pro tempore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes: nec non eos, quorum auxilio appellatum fuerit.* Ratio huius prohibitionis fuit, quia appellatio est prouocatio à minori ad maiorem iudicem, sed quando quis appellat à Papa ad futurum concilium, facit scisma, quia præsupponit Concilium esse supra Papam, quod est falsum. Et quia persona excommunicanda debet esse certa, ideo vniuersitates, collegia, capitula non excõmunicantur. Hinc huic excommunicationi interdictum adiũgitur. Excommunicationem autem non incurrit, qui rem tentauit non secuto effectu. Ratio est quia excommunicatio est pœna, & vbi pœna imponitur pro delicto, nõ incurrit quis illam, licet cogitauerit, & aliquid attentauerit, si non perfecerit delictũ, etiamsi per ipsum non steterit. Tertia classis quæ continet ea, quæ ad iustitiam mutuamque fidem seruandam inter fide-

Sectio 2. *Sectio 3.*

les pertinent, à sectione tertia vsque ad finem Bullæ extenditur.

Tertiò, *Anathematizamus omnes piratas, latrunculos marinos, & illos præcipuè, qui in mari nostro à monte Argentario vsque ad Tarracinam discurrentes, eos, qui in illo nauigant, deprædantur, mutilant, interficiunt, rebusue & bonis suis spoliant, omnesque receptatores eorundem, & eis auxilium scienter dãtes, vel fauorem.* Quæ hic excommunicãtur, tres sunt principales personæ. Piratæ, Cursarij, & latrunculi maritimi, & tres aliæ accessoriæ Receptatores, fautores, & defensores. Ratio huius prohibitionis fuit, defensio iustitiæ, & ne fiant latrocinia maritima, ab illis, qui sine bello indifferenter & principaliter versantur in agendis prædis maritimis etiam exiguis nauigijs in mari christianorum, & præcipuè Papæ, imò qui eos domi recipiunt, & occultant: Qui aliquando incidenter deprædantur, vel qui ex inimicitia contracta id faciunt, vt gerentes bella iusta vel iniusta, & qui in fluminibus id solum faciunt, non includuntur in hac excommunicatione, quamuis mortaliter peccent; sicut & christiani facti serui infidelium remigantes in nauibus piraticis, scienter auxilium dantes, etiam ab hac ex-

com-

communicatione excluduntur, non autem christiani fidem negantes, qui aliquod officium exercent regiminis in triremibus infidelium. Quarto, *Anathematizamus omnes & singulos, qui christianorum quorumcunque nauibus tempestate in transuersum (vt dici solet) iactatis, seu quomodolibet naufragium passis, aut etiam submersis siue in ipsis nauibus, siue ex eis delapsa, & in mari, vel in littore inuenta: cuiuscunque generis bona tam in nostro Tyrreni, & Adriatici, quam in quibuscunque alijs, cuiuscunque maris regionibus & littoribus rapuerint, aut scienter sibi acceperint: ita vt nec ob quodcunque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunque prætextum excusari possint.* Nauis appellatione intelligitur quodcunque lignum maritimum, & quodcunque nauigij genus, siue magnum, siue paruum, siue mediocre: Tria requiruntur ad incurrendam hanc censuram. Primum vt sint bona christianorum, non autem infidelium. Secundum, vt sint bona christianorum naufragantium, id est, vt sint bona eiecta ex nauibus naufragium passis. Tertium, vt talia bona surripiantur, id est, accipiantur animo contrectandi, & sibi vsurpandi, vel quo ad vsum, vel quo

Sectio 4.

ad dominium, nisi illa bona habebantur pro derelictis, & breui erant peritura, & tunc accipiens non incidit in bullam, nec ad restitutionem tenetur. Si inuenta fuerint bona spe eiecta, vt ad littus à mari traijcerentur, debent restitui accepta bona mercede arbitrio boni viri.

Sectio 5.

Excom noua pedagia sine licentia imponentes.

Pedagia quæ dicuntur.

Quintò, *Excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia seu gabellas, præterquam in casibus sibi à iure, seu ex speciali sedis Apostolicæ licentia permissis, imponunt, aut augent, seu imponi aut augeri prohibita exigunt.* Pedagia dicuntur, quæ dantur à transeuntibus in locum constitutum à Principe. Et capiens pedagium debet dare saluum conductum, & territorium eius tenere securū, adeò quod si aliquis spolietur, tenetur ei Dominus terræ rapinam resarcire. Sixtus V. hoc loco considerauit omnes causas. Causa efficiens, sunt personæ ad id authoritatem habentes. Puta, Papa, Cōcilium Generale: in terris Imperij, Imperator, Regni Rex, Respublicæ non habentes superiores, vt Respublica Venetiarum & Ianuensium: Item longissima & immemorabilis hominum consuetudo. Sed aduerte, quod hodie omnes ciuitates Regni

gni atque Barones possunt imponere gabellas, hoc modo impetrando assensum regium, mediante memoriali, dummodò talis assensus non impetretur subreptitiè, vel obreptitiè, id est, vt non exponatur falsum, vel taceatur verum, quia tunc nullus esset assensus, & id faciens, teneretur omnia damna data pauperibus ex dicta gabella restituere. Causa materialis est, materia iusta, non autem dicitur iusta, quando imponitur super id, quod necessarium est pro proprio vsu. Causa formalis est æqualitas in oneribus, vt non magis grauetur pauper, quam diues: quamuis si in alio plus grauetur diues, quam pauper, admitti posset compensatio. Finalis verò est, vt imponatur pro bono publico; vt liberetur Ciuitas, & subleuetur ab onere alieno. Intelliguntur per pedagia & gabellas etiam portoria, hoc est nautum, & merces quæ datur portitoribus, qui vectigalia portę conduxerūt, & à venientibus illa exigunt; nec non domus panis, in qua Domini terrarum, vel ciuitates faciunt poni panem, vel sal, & vendi à præposito illius officij. Per noua, intelliguntur etiam incrementa veterum. Exigentes dicūtur tam Ministri exactores, quam

qui præstant exigendi autoritatem? Prohibita intelliguntur ea, quæ sunt prohibita tam à laicis, quam à clericis, vel etiam prohibita exigi à clericis, & non à laicis.

Sectio 6. Excom. falsificantes literas Apostolicas.

Sextò, *Excommunicamus omnes falsarios literarum Apostolicarum etiam in formæ breuis, ac supplicationum, gratiam, vel iustitiam concernentium, per Rom. Pontif. vel S. R. E. Vice cancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Rom. Pont. signatarum, aut sub nomine eiusdem Rom. Pont. seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum signantes supplicationes easdem. Ac etiam falsò fabricantes literas Apostolicas, & in forma breuis, ac supplicationes huiusmodi. Extendentes constitutionem fe. re. Innocentij Papæ III quæ incipit. Ad falsariorum: cum omnibus pœnis in ea contentis, ad eosdem fabricantes, & etiam ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nostro signatas, & datas sine nostra, aut datarij nostri licentia.* Ad incurrendam hanc excõmunicationẽ tria requiruntur, mutatio veritatis, vt fiat cum dolo: & cum præiudicio tertij, quorum si vnum deficit, non dicitur falsum. Litteræ Apostolicæ vulgo dicuntur Bullæ, id est, litteræ plumbeo sigillo signatæ, quæ à datario, id est, Eccle-

clesiæ Notario, cum sigillo, & subscriptionibus solitis expenduntur. Harum quædam dicuntur subreptitiæ, vt quando exprimitur falsitas, siue tacetur veritas; quædam obreptitiæ, vt quando sub inuolucro verborum sic inuolutè supplicatur, quod Papa non percipit veritatem; quædam falsæ, vt quando de cancellaria Papæ nunquam processerunt sed aliquis priuatus illas falso fabricauit, & de his loquitur hæc bulla Nam impetrans litteras Apostolicas obreptitiè seu subreptitiè, non est excommunicatus, peccat tamen mortaliter, & impetratis carere debet. Breuia dicuntur rescripta sub nomine Papæ expedita, non tamen tam amplo stylo, sed breuibus characteribus descripta, & cera rubea signantur, & annulo piscatoris. Supplicationes signaturę dicũtur petitiones in scriptis Sũmo pontifici vel vice cãcellario, vel eorum vices tenẽtibus oblatæ, quibus cum Sũmus Pont. acquiescit ac subscribit *Fiat*, dicuntur signaturæ. Falsificantes itaq; litteras Apostolicas, breuia, vel supplicationes, id est, signaturas, sunt excõmunicati per bullã, similiter addentes, vel minuentes scienter aliquã substantiam veritatis in litteris iã

signatis cum præiudicio tertij vel sedis Apostolicæ.

Sectio 7. Excom. deferentes arma, & alia vsui bellico idonea, ad turcas, vel ad alios inimicos nomini Christiano.

Septimò, *Excommunicamus omnes illos qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, ligamina, canabem, funes, tam ex ipso canabe, quam ex quacunque alia materia, & ipsam materiam, aliaque huiusmodi, quibus Christianos impugnant, deferunt Saracenis, Turcis & alijs Christi nominis inimicis. Nec non illos qui per se, vel alium, seu alios de rebus Christianæ Reipublicæ statum concernentibus in christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ religionis inimicos certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem, quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs quibuscunque principibus & Dominis, siue priuatis personis, per nos, & sedem prædictam hactenus concessis, quæ illis nolumus in aliquo suffragari.* Per equos intelligitur quilibet equus, qui potest deseruire ad deferendas sarcinas, aliaq; in bello necessaria, vt mulus, asinus &c. Per arma, intellige tam bellica offensiua, quā defensiua, principaliter ad pugnam facta, licet in ea forma, qua deferuntur, non sint ad illā apta, sed fieri possunt. Per ferrum, intellige tam factum quam infectum, & sic de

de auro. *Nunciantes*, Incidunt in censuram nunciantes, siue de rebus Chr stianæ Reipublicæ statum concernentibus, siue de statu vnius regni, prouinciæ, ciuitatis vel terræ, modo sint in perniciem Christianorum, alias secus. Hi dicuntur exploratores, quorum pœna vltra excommunicationem est mors naturalis. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs. Refertur Ianuenses & Venetos, quo ad mercimonia, & victualia, habere aliquam licentiam durantem, sed modo per hanc Bullam derogatur, nisi expressè eis iterum dicta licentia concedatur. Materia huius canonis est sacrilegiũ contra rẽpublicã Christianã, & diuiditur in quatuor partes. In prima excõmunicãtur deferẽtes, & transmittẽtes arma, & alia prohibita Sarracenis, Turcis, & infidelibus. In secunda nunciantes infidelibus, quæ apud nos fiunt. In tertia, dantes auxilium, cõsilium & fauorem. In quarta derogantur omnia priuilegia, vt possint deferri prohibita ad infideles. Bulla Sixti V. apposuit, *vel hæreticos per nostras, siue huius sanctæ sedis sententias expressè & nominatim declaratas.* Sic & hæretici includi videntur. Modo à S. D Paulo V. hæreticis arma deferentes, illisque sta-

tum Reipublicæ Christianæ &c. nunciantes &c. excommunicati sunt, & hostibus Christiani nominis adiuncti in hac sectione.

Sectio 8. Excom. qui impediunt & inuadunt portantes victualia, & alia necessaria in vrbem Romam.

Octauo, *Excommunicantur omnes impedientes, siue inuadentes eos qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt. Ac etiam eos, qui ne ad Romanam curiam adducantur, vel afferantur impediunt, seu perturbant, vel pro eis aliquid exigunt aut soluere faciunt, seu hæc facientes defendunt per se, vel alium, seu alios cuiuscunque fuerint præeminentiæ, conditionis & status, ac etiam si Pōtificali vel Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.* In Bulla Sixti post, *impediunt,* additur, *prohibent,* & verba illa sublata sunt, *vel pro eis aliquid exigunt vel soluere faciunt.* Per Romanam curiam hic non intelligitur Roma vel populus Romanus, sed locus vbi est sedes Apostolica, & vbi agitantur lites. Non includuntur prohibentes, ne deferantur victualia Romā, quando ibi non esset sedes apostolica. Item nec ij, qui ob vtilitatem suæ Reipublicæ prohibent ne deferantur victualia. Exemplum in Prorege Neapolitano inhibente, ne deferantur victualia necessaria ad Romanam Curiam, & hoc non animo offendendi, sed prouiden-

videndi suis necessitatibus ne regnum famæ periret &c. Sex personæ hic excommunicantur, offendentes eos qui deferunt, eosdemq; inuadentes, prohibentes, Ad eundem finem perturbantes, vt nemo deferat victualia licet nondum sit præparatus ad deferendum. Defensores, & fautores talium perturbantium.

Sectio 9. Excommunicantur qui læserint Romipetas.

Nono, *Excommunicamus omnes ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes seu depredantes Romipetas, seu peregrinos, ad vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis, & prorsus omnes alios ad sedem Apostolicam accedentes, vel apud eam morantes, aut recedentes ab ipsa, & illis dantes auxilium, consilium vel fauorem;* Romipeta dicitur, qui Romam petit causa deuotionis, siue equestri, siue pedestri itinere, siue cum habitu siue sine habitu peregrino. At peregrinus dicitur, qui pedestri itinere Romam petit cum habitu peregrino causa deuotionis. Quatuor requiruntur ad incurrendam hanc excommunicationem. Primum, vt offensus sit Romipeta, vel peregrinus, & accedat ad vrbem Romam ad visitandum limina Apostolorum. Secundum, vt non eò accedat causa litis, vel curiositatis, & casu postea visi-

tet Apostolorum limina. Tertium, vt offensus vel eat ad vrbem Romam, vel ibi moretur, aut ab eadem recedat. Quartum requiritur, vt offendens probabiliter sciat offensum tendere Romã causa deuotionis.

Sectio 10. Excom. qui nocuerint S. R. E. Cardinalibus & alijs Prælatis, eosq; ab eorum Diæcesi eiecerint.

Decimò, *Excommunicamus interficientes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolicæ legatos, vel Nuntios, aut eosdem eijciẽtes à suis diæcesibus, territorijs, terris, seu dominijs, eaque mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consilium vel fauorem.* Bulla Sixti post verbũ interficientes addidit, *mutilantes, vulnerantes.* Enumerantur personæ, quæ prohibentur offendi, & sunt sex, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Legati Apostolici, Nuncij sedis Apostolicæ. Materia huius canonis est sacrilegium, quia offenditur Ecclesia in membris suis principalibus, id est, Cardinalibus, qui sunt senatores Ecclesiæ, & pars corporis Summi Pontificis. Ad incurrendam hanc cẽsuram requiritur, vt loca sint ipsorum eiectorum, aut in quibus ipsi munus suum & officiũ explere debent, nõ autem alia in quibus illis nulla est cura.

Vnde

Vndecimò, *Excommunicantur omnes, qui sua aut aliorum opera, lædunt, venientes ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedentes.* Dicta læsio debet fieri intuitu negotiorum, aut causarum in Curia Romana.

Sectio 11. Excom. venientes & recedentes à sede Apostolica.

Duodecimò, *Excommunicamus illos, qui per se, vel per alium seu alios, quascunque personas Ecclesiasticas, vel seculares ad dictã Curiam super eorum causis & negotijs occurrentes, illasque in eadem curia prosequentes aut procurantes, negotiorumque gestores, advocatos, & agentes ipsorum, seu etiam auditores, vel iudices, super dictis causis vel negotijs deputatos, occasione causarum, vel negotiorũ huiusmodi verberant, mutilant, occidunt, bonis spoliant, seu qui per alium seu alios, directè vel indirectè, prædicta exequi procurare, aut talem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunq; præeminẽtiæ & dignitatis fuerint: Ac etiã omnes tã Ecclesiasticos, quã seculares cuiuscũq; dignitatis, qui prætexentes friuolam quandã appellationem, à grauamine, vel futura executione literarum Apostolicarum, etiam in forma breuis, tam gratiam quam iustitiam concernentium, nec non citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorum decretorum, à nobis, & à sede prædicta, seu Legatis, Nuntijs, præsidentibus Cameræ Apostolicæ, auditoribus,*

Sectio 12. Excommunicantur qui appellant à grauamine, vel futura executione literarum Apostolicarũ ad Laicã potestatem.

toribus, commissarijs, alijsque iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias, ad curias seculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea instante etiam fisci procuratore, vel aduocato, appellationes huiusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi & retineri faciunt, quiue illa simpliciter, vel sine illorum beneplacito consensu, vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones & notarij super huiusmodi litterarum & processuum executione instrumenta vel acta conficere, aut confecta parti, cuius interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu earum agentes notarios, executores, & sub executores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, detinent, ex ciuitatibus, locis & regnis eijciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt concutiunt & comminantur, per se vel alium, seu alios publicè vel occultè seu capi, carcerari, detineri, vulnerari, minusque agitari faciunt. Quiue alias quibuscunque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs, vel litteris impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas à dicta sede impetrent seu impetratis vtantur, directè vel indirectè prohibere, statu-

re, seu mandare vel eas apud se, aut notarios, seu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt. Hæc sectio primò includit impedientes cursum causarum ad Curiam, vel in Curia. Secundò, impedientes executionem literarum Curiæ sedis Apostolicæ. Tertiò, tractantes malè personas illas agentes, & impedientes dari instrumenta super his petita. Quartò, impedientes impetrationes literarum gratiæ, vel iustitiæ à sede Apostolica. Quintò, quod non est necesse ad incidendum in censuras huius clausulæ, vt prædicta impedimenta fiant autoritate iudiciaria laica, sed sufficit, vt fiant priuata, vel Ecclesiastica. Sedes enim Apostolica cum à nemine pendeat, à nemine debet iudicari.

Sectio 13. Excommunicātur auocantes causas à spiritualibus.

Decimò tertiò, *Excommunicamus omnes & singulos Cancellarios, Vicecancellarios, & Consiliarios, ordinarios & extraordinarios, quorumcunq; Regum, & Principum, ac præsidentes Cancellariarum, Consiliorum & Parlamentorum: nec non procuratores generales eorundem vel aliorum Principum secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunq; præfulgeant dignitate, quocunque nomine nuncupentur, alios q; iudices.*

ad dominium, nisi illa bona habebantur pro derelictis, & breui erant peritura, & tunc accipiens non incidit in bullam, nec ad restitutionem tenetur. Si inuenta fuerint bona spe eiecta, vt ad littus à mari traijcerentur, debent restitui accepta bona mercede arbitrio boni viri.

Sectio 5.

Excom noua pedagia sine licentia imponentes.

Pedagia quae dicantur.

Quintò, *Excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia seu gabellas, praeterquam in casibus sibi à iure, seu ex specialis sedis Apostolicae licentia permissis, imponunt, aut augent, seu imponi aut augeri prohibita exigunt.* Pedagia dicuntur, quae dantur à transeuntibus in locum constitutum à Principe. Et capiens pedagium debet dare saluum conductum, & territorium eius tenere securũ, adeò quod si aliquis spolietur, tenetur ei Dominus terrae rapinam resarcire. Sixtus V. hoc loco considerauit omnes causas. Causa efficiens, sunt personae ad id authoritatem habentes. Puta, Papa, Cõcilium Generale: in terris Imperij, Imperator, Regni Rex, Respublicae non habentes superiores, vt Respublica Venetiarum & Ianuensium: Item longissima & immemorabilis hominum consuetudo. Sed aduerte, quod hodie omnes ciuitates Regni

gni atque Barones possunt imponere gabellas, hoc modo impetrando assensum regium, mediante memoriali, dummodò talis assensus non impetretur subreptitiè, vel obreptitiè, id est, vt non exponatur falsum, vel taceatur verum, quia tunc nullus esset assensus, & id faciens, teneretur omnia damna data pauperibus ex dicta gabella restituere. Causa materialis est, materia iusta, non autem dicitur iusta, quando imponitur super id, quod necessarium est pro proprio vsu. Causa formalis est æqualitas in oneribus, vt non magis grauetur pauper, quam diues: quamuis si in alio plus grauetur diues, quam pauper, admitti posset compensatio. Finalis verò est, vt imponatur pro bono publico; vt liberetur Ciuitas, & subleuetur ab onere alieno. Intelliguntur per pedagia & gabellas etiam portoria, hoc est nautum, & merces quæ datur portitoribus, qui vectigalia portę conduxerũt, & à venientibus illa exigunt; nec non domus panis, in qua Domini terrarum, vel ciuitates faciunt poni panem, vel sal, & vendi à præposito illius officij. Per noua, intelliguntur etiam incrementa veterum. Exigentes dicũtur tam Ministri exactores, quam

qui præstant exigendi autoritatem. Prohibita intelliguntur ea, quæ sunt prohibita tam à laicis, quam à clericis, vel etiam prohibita exigi à clericis, & non à laicis.

Sectio 6. Excom. falsificantes literas Apostolicas.

Sexto, *Excommunicamus omnes falsarios literarum Apostolicarum etiam in forma breuis, ac supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium, per Rom. Pontif. vel S. R. E. Vice cancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Rom. Pont. signatarum, aut sub nomine eiusdem Rom. Pont. seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum signantes supplicationes easdem. Ac etiam falsò fabricantes literas Apostolicas, & in forma breuis, ac supplicationes huiusmodi. Extendentes constitutionem fe. re. Innocentij Papæ III quæ incipit. Ad falsariorum: cum omnibus pœnis in ea contentis, ad eosdem fabricantes, & etiam ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nostro signatas, & datas sine nostra, aut datarij nostri licentia.* Ad incurrendam hanc excõmunicationẽ tria requiruntur, mutatio veritatis, vt fiat cum dolo: & cum præiudicio tertij, quorum si vnum deficit, non dicitur falsum. Litteræ Apostolicæ vulgo dicuntur Bullæ, id est, litteræ plumbeo sigillo signatæ, quæ à datario, id est, Eccle-

clesiæ Notario, cum sigillo, & subscriptionibus solitis expenduntur. Harum quædam dicuntur subreptitiæ, vt quando exprimitur falsitas, siue tacetur veritas; quædam obreptitiæ, vt quando sub inuolucro verborum sic inuolutè supplicatur, quod Papa non percipit veritatem; quædam falsæ, vt quando de cancellaria Papæ nunquam processerunt sed aliquis priuatus illas falso fabricauit, & de his loquitur hæc bulla Nam impetrans litteras Apostolicas obreptitiè seu subreptitiè, non est excommunicatus, peccat tamen mortaliter, & impetratis carere debet. Breuia dicuntur rescripta sub nomine Papæ expedita, non tamen tam amplo stylo, sed breuibus characteribus descripta, & cera rubea signantur, & annulo piscatoris. Supplicationes signaturę dicũtur petitiones in scriptis Sũmo pontifici vel vice cãcellario, vel eorum vices tenẽtibus oblatæ, quibus cum Sũmus Pont. acquiescit ac subscribit *Fiat*, dicuntur signaturæ. Falsificantes itaq; litteras Apostolicas, breuia, vel supplicationes, id est, signaturas, sunt excõmunicati per bullã, similiter addentes, vel minuentes scienter aliquã substantiam veritatis in litteris iã

signatis cum præiudicio tertij vel sedis Apostolicæ.

Sectio 7. Excom. deferentes arma, & alia bem vsui bellico idonea, ad turcas, vel ad alios inimicos nomini Christiano.

Septimò, *Excommunicamus omnes illos qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, ligamina, canabem, funes, tam ex ipso canabe, quam ex quacunque alia materia, & ipsam materiam, aliaque huiusmodi, quibus Christianos impugnant, deferunt Saracenis, Turcis & aliis Christi nominis inimicis. Nec non illos qui per se, vel alium, seu alios de rebus Christianæ Reipublicæ statum concernentibus in christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ religionis inimicos certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem, quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs quibuscunque principibus & Dominis, siue priuatis personis, per nos, & sedem prædictam hactenus concessis, quæ illis nolumus in aliquo suffragari.* Per equos intelligitur quilibet equus, qui potest deseruire ad deferendas sarcinas, aliaq; in bello necessaria, vt mulus, asinus &c. Per arma, intellige tam bellica offensiua, quã defensiua, principaliter ad pugnam facta, licet in ea forma, qua deferuntur, non sint ad illã apta, sed fieri possunt. Per ferrum, intellige tam factum quam infectum, & sic

de

de auro. *Nunciantes*, Incidunt in censuram nunciantes, siue de rebus Christianæ Reipublicæ statum concernentibus, siue de statu vnius regni, prouinciæ, ciuitatis vel terræ, modo sint in perniciem Christianorum, alias secus. Hi dicuntur exploratores, quorum pœna vltra excommunicationem est mors naturalis. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs. Refertur Ianuenses & Venetos, quo ad mercimonia, & victualia, habere aliquam licentiam durantem, sed modo per hanc Bullam derogatur, nisi expresse eis iterum dicta licentia concedatur. Materia huius canonis est sacrilegiũ contra rẽpublicã Christianã, & diuiditur in quatuor partes. In prima excõmunicãtur deferẽtes, & transmittẽtes arma, & alia prohibita Sarracenis, Turcis, & infidelibus. In secunda nunciantes infidelibus, quæ apud nos fiunt. In tertia, dantes auxilium, cõsilium & fauorem. In quarta derogantur omnia priuilegia, vt possint deferri prohibita ad infideles. Bulla Sixti V. apposuit, *vel hæreticos per nostras, siue huius sanctæ sedis sententias expressè & nominatim declaratas*. Sic & hæretici includi videntur. Modo à S. D Paulo V. hæreticis arma deferentes, illisque sta-

tum Reipublicæ Christianæ &c. nunciantes &c. excommunicati sunt, & hostibus Christiani nominis adiuncti in hac sectione.

Sectio 8.
Excom. qui impediunt & inuadunt portantes victualia, & alia necessaria in vrbem Romam.

Octauo, *Excommunicantur omnes impedientes, siue inuadentes eos qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt. Ac etiam eos, qui ne ad Romanam curiam adducantur, vel afferantur impediunt, seu perturbant, vel pro eis aliquid exigunt aut soluere faciunt, seu hæc facientes defendunt per se, vel alium, seu alios cuiuscunque fuerint præeminentiæ, conditionis & status, ac etiam si Pōtificali vel Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.* In Bulla Sixti post, *impediunt*, additur, *prohibent*, & verba illa sublata sunt, *vel pro eis aliquid exigunt vel soluere faciunt*. Per Romanam curiam hic non intelligitur Roma vel populus Romanus, sed locus vbi est sedes Apostolica, & vbi agitantur lites. Non includuntur prohibentes, ne deferantur victualia Romā, quando ibi non esset sedes apostolica. Item nec ij, qui ob vtilitatem suæ Reipublicæ prohibent ne deferantur victualia. Exemplum in Prorege Neapolitano inhibente, ne deferantur victualia necessaria ad Romanam Curiam, & hoc non animo offendendi, sed prouiden-

uidendi suis necessitatibus ne regnum famæ periret &c. Sex personæ hic excommunicantur, offendentes eos qui deferunt, eosdemq. inuadentes, prohibentes, Ad eundem finem perturbantes, vt nemo deferat victualia licet nõdum sit præparatus ad deferendum. Defensores, & fautores talium perturbantium.

Sectio 9. Excommunicantur qui læserint Romipetas.

Nono, *Excommunicamus omnes ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes seu depredantes Romipetas, seu peregrinos, ad vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis, & prorsus omnes alios ad sedem Apostolicam accedentes, vel apud eam morantes, aut recedentes ab ipsa, & illis dantes auxilium, consilium vel fauorem*, Romipeta dicitur, qui Romam petit causa deuotionis, siue equestri, siue pedestri itinere, siue cum habitu siue sine habitu peregrino. At peregrinus dicitur, qui pedestri itinere Romam petit cum habitu peregrino causa deuotionis. Quatuor requiruntur ad incurrendam hanc excommunicationem. Primum, vt offensus sit Romipeta, vel peregrinus, & accedat ad vrbem Romam ad visitandum limina Apostolorum. Secundum, vt non eò accedat causa litis, vel curiositatis, & casu postea visi-

tet Apostolorum limina. Tertium, vt offensus vel eat ad vrbem Romam, vel ibi moretur, aut ab eadem recedat. Quartum requiritur, vt offendens probabiliter sciat offensum tendere Romã causa deuotionis.

Sectio 10. Excom. qui nocuerint S. R. E. Cardinalibus & alijs Prælatis, eosq; ab eorum Diœcesi eiecerint.

Decimò, *Excommunicamus interficientes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolicæ legatos, vel Nuntios, aut eosdem eijciẽtes à suis diœcesibus, territorijs, terris, seu dominijs, eaque mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consilium vel fauorem.* Bulla Sixti post verbũ interficientes addidit, *mutilantes, vulnerantes.* Enumerantur personæ, quæ prohibentur offendi, & sunt sex, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Legati Apostolici, Nuncij sedis Apostolicæ. Materia huius canonis est sacrilegium, quia offenditur Ecclesia in membris suis principalibus, id est, Cardinalibus, qui sunt senatores Ecclesiæ, & pars corporis Summi Pontificis. Ad incurrendam hanc cẽsuram requiritur, vt loca sint ipsorum eiectorum, aut in quibus ipsi munus suum & officiũ explere debent, nõ autem alia in quibus illis nulla est cura.

Vnde

Vndecimò, *Excommunicantur omnes, qui sua aut aliorum opera, lædunt, venientes ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedentes.* Dicta læsio debet fieri intuitu negotiorum, aut causarum in Curia Romana.

Sectio 11. Excom. venientes & recedentes à sede Apostolica.

Duodecimò, *Excommunicamus illos, qui per se, vel per alium seu alios, quascunque personas Ecclesiasticas, vel seculares ad dictā Curiam super eorum causis & negotijs occurrentes, illasque in eadem curia prosequentes aut procurantes, negotiorumque gestores, aduocatos, & agentes ipsorum, seu etiam auditores, vel iudices, super dictis causis vel negotijs deputatos, occasione causarum, vel negotiorū huiusmodi verberant, mutilant, occidunt, bonis spoliant, seu qui per alium seu alios, directè vel indirectè, prædicta exequi procurare, aut eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunq; præeminētiæ & dignitatis fuerint: Ac etiā omnes tā Ecclesiasticos, quā seculares cuiuscūq; dignitatis, qui prætexentes friuolam quandā appellationem, à grauamine, vel futura executione literarum Apostolicarum, etiam in forma breuis, tam gratiam quam iustitiam concernentium, nec non citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorum decretorum, à nobis, & à sede prædicta, seu Legatis, Nuntijs, præsidentibus Cameræ Apostolicæ, auditoribus,*

Sectio 12. Excommunicantur qui appellant à grauamine, vel futura execu[t]ione literarum Apostolicarū ad Laicā potestatem.

re, seu mandare vel eas apud se, aut notarios, seu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere presumunt. Hæc sectio primò includit impedientes cursum causarum ad Curiam, vel in Curia. Secundò, impedientes executionem literarum Curiæ sedis Apostolicæ. Tertiò, tractantes malè personas illas agentes, & impedientes dari instrumenta super his petita. Quartò, impedientes impetrationes literarum gratiæ, vel iustitiæ à sede Apostolica. Quintò, quod non est necesse ad incidendum in censuras huius clausulæ, vt prædicta impedimenta fiant autoritate iudiciaria laica, sed sufficit, vt fiant priuata, vel Ecclesiastica. Sedes enim Apostolica cum à nemine pendeat, à nemine debet iudicari.

Sectio 13. Excommunicātur auocantes causas à spiritualibus.

Decimò tertiò, *Excommunicamus omnes & singulos Cancellarios, Vicecancellarios, & Consiliarios, ordinarios & extraordinarios, quorumcunq; Regum, & Principum, ac præsidentes Cancellariarum, Consiliorum & Parlamentorum: nec non procuratores generales eorundem vel aliorum Principum secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunq; præfulgeant dignitate, quocunque nomine nuncupentur, aliosq; iudices.*

In hoc capitulo excommunicantur omnes iudices, & alij auocantes causas spirituales, vel spiritualibus annexas ab officialibus Ecclesiasticis ad suum tribunal, ac etiam impedientes cursum causarum, vel quoquo modo, laici intromittentes se in causis spiritualibus. Causa spiritualis dicitur, beneficium Ecclesiasticum, decima. Causa verò annexa spiritualibus, est ius patronatus. Auocare, est causam de vno tribunali ad aliud trahere.

Decimò quartò, *Excommunicantur etiam qui ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcunque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, collegia Ecclesiarum quarumcunque, coram se, ad suum Tribunal, audientiam, cancellariam, concilium, vel parlamentum, præter iuris canonici dispositionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè vel indirectè, quouis quæsito colore. Nec non qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quouis alia decreta in genere vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiā prætextu literarum Apostolicarum vsu non receptarum, seu reuocatarum, vel cuiusuis consuetudinis aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas*

Sectio 14. Excom. Iudices seculares qui trahunt ad sua tribunalia personas Ecclesiasticas, quique tollūt aut perturbant Ecclesiasticam libertatem.

libertas Ecclesiastica, in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris, & dictæ sedis, ac quarumcunque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè tacitè vel expressè præiudicatur. Trahentes personas Ecclesiasticas ad eorum tribunal; apud secularem enim iudicem nullus clericus est conueniendus neque pro ciuili, neque pro criminali. Dicitur inuitus trahi, quando quis fecit quod potuit, ne traheretur. Si clericus apud secularem iudicem citatus fuerit, non respondeat, vel excipiat, quia sententia à non suo iudice lata non restringit. Hic excommunicantur tres personæ. Trahentes, trahi facientes, & procurantes trahi personas Ecclesiasticas. Appellatione autem personarum Ecclesiasticarum, quæ prohibentur trahi, veniunt quicũque conuentus, Monasteria, Capitula, & Collegia: Modi qui prohibentur, multi sunt, id est, ex prætenso officio, ad instantiam quorumcunque directè, vel indirectè, quouis quæsito colore. Locus siue forum, in quo prohibentur trahi, est tribunal seculare, quocunque nomine nuncupatum, tam in causa ciuili, quam criminali. In hac etiam sectione excommunicantur, statuentes aliquid

aliquid contra libertatem Ecclesiasticam. Personæ excommunicatæ sunt facientes statuta, ordinantes, publicantes. Res prohibitæ sunt statuta, pragmaticæ, decreta, & constitutiones tam in genere quam in specie. Libertas Ecclesiastica est exemptio personarum Ecclesiasticarum. Hæc libertas potest lædi in personis proprijs, in locis & in rebus. In personis proprijs, vt si fiat statutum, vt nemo locet domos, vel molat granum, vel aliquid vendat personis Ecclesiasticis, aut ab eis emat, vel ne aliqua alia obsequia præstet eisdem. In locis, vt si fiat pragmatica, vt milites possint hospitari in domibus clericorum. In rebus, vt si fiat statutum, vt nemo laicorum eat ad molendum in molendinis clericorum. Præterea sciendum est, eo ipso fit contra libertatem Ecclesiasticam, quod fit contra eius immunitatem. Pœnæ quæ infliguntur aduersus violantes Ecclesiasticam immunitatem, etiam valent aduersus eos, qui non tantum Ecclesiarum priuilegia, & exemptiones perturbant, sed & personarum Ecclesiasticarum immunitatē infringūt. Et patet, hæc esse necessaria,

Libertas Ecclesiastica læditur in tribus videlicet.

In personis proprijs.

In locis & in rebus.

vt incurratur in hāc censuram. *Primum*, vt violatio libertatis Ecclesiasticæ fiat per viam statutarum pragmaticarum, vel edictorum, vel per consuetudinem contrariam. *Secundum*, vt disponat statutum contra priuilegia concessa Ecclesiasticis personis, & de his in statuto fiat specialis mentio, alias si nulla de Ecclesiasticis personis fieret mentio, non diceretur violata Ecclesiastica libertas. *Tertium*, vt dictum statutum, vel edictum &c. respiciat vniuersalem Ecclesiam, vnde hanc non incurrunt, qui ordinant contra hanc vel illam Ecclesiam, nisi illa etiam pertineat ad Ecclesiam vniuersalem, quia cum vniuersalis Ecclesia sit vnum corpus, cuius membra sunt aliæ Ecclesiæ singulares, ideo impediendo Ecclesiæ singularis libertatem, circa id quod competit omnibus, facit contra libertatem Ecclesiæ. *Quartum est*, vt dictum statutum sit factum animo derogandi libertati Ecclesiasticæ, vt cum sit statutum ne Ecclesijs dentur eleemosynæ, vel decimæ: vel clerici soluant gabellas, de his quæ emunt pro suo vsu, & non ad negotiandum, &c. *Quintum est*, vt sit consummatio actus. Si autem quis ignoraret statutum esse contra libertatem Eccle-

Ecclesiasticam non incideret in excō-municationem, quæ non cadit nisi in contumacem, & non nisi pro magnis criminibus est infligenda, ignorans autem non peccat.

Decimò quintò, *Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores, vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoscunque iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet impediunt, quo minus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque vtantur, secundum quod canones, & sacræ constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generaliū, & præsertim Tridentini statuunt. Ac etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam delegatorum quorumcunque sententias, & decreta aut alias, fori Ecclesiastici iudicium eludentes ad Cancellarias, vel alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata etiam pœnalia ordinarijs aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant. Eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.* Excommunicantur hic impedientes iurisdictionem ordinarij, recurrentes ad secularia tribunalia, etiam ad Cancellarias, contra decreta, vel sententias ordinariorum. Procurantes prohibitiones, vel etiam mandata pœnalia, contra sentē-

Sectio 15.
Excommunicantur impediētes Prælatos, omnesque alios iudices ecclesiasticos, ne sua iurisdictione vtantur.

tias ordinariorũ. Cõcedentes, & decernentes talia, exequẽtes huiusmodi mãdata pœnalia. Hę sunt personæ principales. Accessoriæ verò sunt consilium, auxilium, fauorẽ, & patrociniũ pręstãtes. Hę tamen nõ incurrunt nisi effectu secuto. Hortatoria hic non comprehẽduntur, nisi ex his deueniretur ad literas comminatorias. Est autem hortatorium littera amicabilis, qua Episcopus aliquid contra laicum impertinenter faciens, ab officialibus secularibus hortatur, vt desistat à faciendo talia. Quod si Episcopus talibus hortatorijs obedire nollet, non debet laicus impetrare mandata pœnalia contra Episcopum; quia statim incideret in Bullam; sed procedat contra eum in Curia Romana, coram congregatione Cardinalium, & ita absque animæ interitu habebit quod vult. Delictorum alia sunt merè Ecclesiastica; alia merè secularia; alia communia seu mixta. Merè Ecclesiastica sunt illa quorum cognitio iudicibus Ecclesiasticis tantummodo est reseruata, etiamsi dicta commissa sint per laicos, vt est crimen hæresis, simoniæ &c. Merè secularia sunt ea, de quibus si à laicis committãtur, soli iudices seculares cognoscunt,

vt homicidium, furtum, &c. Communia, seu mixta sunt ea, de quibus si à laicis committantur, vterque iudex cognoscere potest, vt est crimen vsurarum, sacrilegium, sortilegium, adulterium, concubinatus, crimen sodomiæ &c. Quando delictum est notorium, possunt ordinarij procedere contra delinquentes quo ad censuras Ecclesiasticas, id est, priuationem sacramentorum, & correctionem paternam. Iudices verò laici procedunt in puniendo eos, quo ad pœnas corporales: & pecuniarias, & ita pro eodem delicto in eadem persona concurrunt ambo; nam iurisdictio Ecclesiastica, & secularis sunt prorsus separatæ & distinctę, ideo absolutoria lata in vna iurisdictione non parit exceptionem rei iudicatæ in alia.

Sectio 16. Excom. vsurpantes Sed. Apost. & quarumcunque Ecclesiarū iurisdictiones, vel fructus etiam sequestrantes.

Decimò sextò, *Qui iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad nos, & sedem Apostolicam, & quascunque Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, monasteriorum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes, vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa sine Rom. Pont. vel eorum, ad quos de iure pertinent, expressa licentia sequestrant.* Ad incurrendam hanc excommunicationem tria requiruntur. *Primò,*

vt vſurpentur, ſeu ſequeſtrentur bona pertinentia ad perſonas ſeu loca Eccleſiaſtica ratione beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel Monaſteriorum. Vnde Latro vſurpans redditus profanos patrimoniales clerici nō incidit. *Secundò*, vt vſurpatio, ſeu ſequeſtratio fiat autoritate iudiciali, quare latrones aut milites, qui rapiunt ea, vt quælibet alia bona, non incidūt. *Tertiò*, vt fiat ſine licentia perſonarum, quæ habent poteſtatem concedendi: vnde qui à iudice laico de licentia Epiſcopi, miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum clerici, vt eius creditor, non incidit.

Sectio 17. Excommunicātur, imponentes decimas, & alia onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſijs, Monaſterijs aut eorum fructibus.

Decimò ſeptimò, *Qui collectas decimas taleas præſtantias, & alia onera clericis, prælatis, & alijs perſonis eccleſiaſticis, ac eorum, & eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum* Eccleſiaſticorum *bonis, illorumq; fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmodi, abſque ſimili Rom. Pont. ſpeciali, & expreſſa licentia, imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt: nec non, qui per ſe, vel alium, ſeu alios, directè vel indirectè, prædicta facere, exequi vel procurare: aut eiſdem auxilium, conſilium vel fauorem, aut votum. ſeu ſuffragium, palam, vel occultè præſtare non verentur, cuiuſcunque*

sint praeeminentiae, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali praefulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicae & alij potentatus quicunq; , etiam regnis, prouincijs, ciuitatibus, & terris quoquomodo praesidentes, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti: innouantes decreta super hus per sacros canones, tam in Lateranensi nouissimè celebrato, quam alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum censuris & poenis in eis contentis. Hoc capite, innouatur Concil. Triden. quod grauiter hortatur Imperatores, Reges, & quoscunque alios Regulos & Dominos: vt maiores suos imitati, Ecclesiam sanctā, & cultum Dei, ministrosque illius, quo à Deo prospera recipiāt, obseruent. *Sess. 25. cap. 20.*

Sectio 18.

Excommunicantur Iudices seculares, qui se interponunt in causis capitalibus seu criminalibus cōtra Ecclesiasticas personas.

Decimò octauò, *Excommunicamus omnes, & quoscunque Magistratus, Senatores, Praesidentes, Auditores, & alios iudices quocunque nomine vocentur, ac Cancellarios, Vicecancellarios, Notarios, Scribas, ac Executores, & subexecutores, & alios quoquo modo se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus, contra personas Ecclesiasticas illas banniendo, capiendo, processando, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam praetextu quorumcunque priuilegiorū, à sede Apostolica, ex quibusuis causis, ac sub*

quibuscunq; tenoribus, & formis in genere, & specie concessorum quibuscunque Regibus, Ducibus, Principibus, Respub. Monarchis, Ciuitatibus, & aliis quibuscunque potentatibus, quocunque nomine censeantur, quæ nolumus illis in aliquo suffragari, illa omnia ex nunc in irritum reuocando. Causa capitalis dicitur, quando non pertinet ad iudicem ciuilem, sed spectat ad criminalem, & quando venit quolibet modo puniendus criminaliter reus. Causa verò ciuilis dicitur, quando pro crimine agitur de pœna applicanda parti. Sed quando pœna venit fisco applicanda, dicitur criminalis. Processare est inquirere cõtra aliquem. Et nota quod actiones hic prohibitæ sunt multæ, id est, quoquomodo se interponere in causis criminalibus clericorum, illos bannire, capere, processare, sententias contra eos proferre, & illas exequi. Nota tamen, quod capere informationem pro aliquo facto; in quo sunt aliqui clerici nominati, non est processare clericos, & consequenter talem capiens informationem, non incidit: quia non est processare, sed capere informationem de toto facto, nec etiam censuram incurrit, qui Episcopum, vel alium Clericum secretò processat, animo præsentandi.

Processare quid.

tandi talem processum non regijs officialibus, sed summo Pōtifici. In plurimis tamen casibus potest laicus iudex clericum capere, vel processare absque metu censuræ, quorum *Primus est* in clerico realiter degradato, qui postea traditus est curiæ seculari. *Secundus casus est*, quando clericus amisit priuilegium fori, quia caret beneficio Ecclesiastico, aut quia clericalem habitum aut tonsuram non defert? vel de mandato Episcopi non seruit alicui Ecclesiæ, aut in seminario clericorum; vel quia est effectus ioculator vel scurra, quia hoc casu, si secundò aut tertiò nō desistat monitus, clericale priuilegium amisit *Tertius* casus est, quādo se enormitatibus immiscuit. In his tamen casibus prius sententia declaratoria competentis iudicis præcedere debet. *Quartus*, quando inuentus est in crimine flagranti; tunc enim potest à iudice laico capi, dummodo sine iniuria, violentiaq; manuum iniectione capiatur, & absque clericalis ordinis dedecore, vt cum primum oportunè poterit, reddat eum curiæ Ecclesiasticæ. *Quintus*, quando iudex laicus non iure proprio, sed de mandato superioris cognoscit de causis criminalibus. *Sextus*, quando

Sunt plurimi casus in quibus laicus iudex clericum potest capere. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

non incedit in habitu & tonsura : nam tunc iure capi poterit à iudice laico, quia talis quisque præsumitur, in quali habitu reperitur, comperto tamen illũ esse clericum, debet eundẽ ad iudicem suum Ecclesiasticum remittere. *Septi-*
7. *mus*, quando clericus committit notorium delictum coram iudice laico: potest enim hoc casu ab eo capi, sed sta-
8. tim superiori suo est restituẽdus. *Octauus*, quãdo aliquis Ecclesiasticum ordinem, post delictum commissum dolo & fraude susceperit, vt iudicis forum declinaret, tunc à iurisdictione iudicis secularis non liberatur. Fraus verò maximè præsumitur, quando post delictũ commissum & ante susceptum ordinem fuerit accusatus, vel denunciatus, aut sanè infamatus. Verùm ratione fraudis quis post delictum commissum manet sub iurisdictione iudicis secularis, quo ad rerum & bonorum, ac mulctę condemnationem, non autem quo ad pœnam corporalem. Vnde si crimẽ pœnam mortis aut membri mutilationem exigit, erit hic clericus degradandus per Episcopum, & tradendus curiæ seculari. Si verò votum fecerit, vel religionis vel ordinis sacri suscipiendi ante delictum, quod post illud perpetratum

tum adimpleuerit, effugiet manus secularis iudicis. *Nouus* casus est de clerico, qui non potest arma illa portare, quæ lege laicorum sunt interdicta, cũ Iudex Ecclesiasticus non habeat ministros, qui noctu possunt clericos armatos capere, armaque ab illis tollere: ita iudex secularis illum punire potest, vt per ministrum laicæ iurisdictionis armis spolietur, absque metu excommunicationis, quia hoc ad secularem iudicem, & Reipublicæ rectorem proculdubio pertinet, nec compelli poterit iudex laicus per Ecclesiasticum arma illa restituere. 91.

Sectio 19.

Excom. occupantes bona, aut terras Ecclesiæ Rom. & in illis supremam iurisdictionem vsurpantes.

Decimò nonò, *Excommunicamus omnes illos, qui per se, vel alium seu alios directè vel indirectè, sub quocunque titulo, vel colore de facto occupant, vel detinent, vel hostiliter destruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel destruere, aut inuadere, hostiliter præsumpserint in totum, vel in partem Almam vrbem regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, & Corsicæ Terras citra Pharum, patrimonium B. Petri in Tuscia. Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaysinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Romandiola, Campania, & maritimas prouincias, illarũq; terras, & loca ac terras specialis commissionis Arnolphorum, Ciuitatesq; nostras, Bononiam,*

 Cese-

Cesenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium, Auenionem, ciuitatem Castelli, Tudertum, & alias ciuitates, terras & loca, vel iura ad ipsam Rom. Eccles. pertinentia, dictæq; Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecta, quine supremam iurisdictionem in illis nobis, & eidem Rom. Eccles. competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere & vexare varijs modis præsumunt: nec non adherentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, cõsilium, vel fauorem quomodolibet præstantes. Hoc loco excommunicantur, occupãtes terras, vel iura sedis Apostolicæ, mediatè vel immediatè, etiam fautores eorum.

Sectio 20. Excom. raptores bonorũ palatij apostolici, tempore mortis vel infirmitatis Papæ.

Vigesimò, *Item omnes & singulos suppellectilium, librorum, scripturarum, & bonorũ cameræ, & palatij Apostolici, ex eodem palatio infirmitatis Rom. Pont. ac sed. Apost. vacationis tempore ablatores, & illorum detentores, & quoscunque alios, ad quorum manus bona prædicta quocunque titulo, & quauis causa scienter peruenerint.* Sixti Bulla hanc non continet. *Volentes præsentes ac omnia, & quæcunque his literis contenta, quousque alij huiusmodi processus à nobis, aut Rom. Pont. pro tempore existente fiant, aut publicentur durare, suosque effectus omnino sortiri* In quo statuitur, vt hęc Bulla non expiret lapso anno, nec alio modo; donec.

donec edatur alia noua. *Cæterum à prædictis sententijs, nullus per alium, quam Rom. Pontif. nisi in mortis articulo constitutus; neque etiam tunc, nisi de stando Eccl. mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum & indultorum quibusuis personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumuis ordinum, etiam mendicantium, & militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiore dignitate præditis, ipsisque ordinibus, & eorum Monasterijs, conuentibus, & domibus, ac Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fungentibus, per nos, & dictam sedem, ac cuiusuis concilij decreto, verbo, literis, aut alia quacunque scriptura, in genere & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum & innouandorum.* Hæ censuræ includunt omnes etiam Imperatores, & Reges, & Vniuersitates, quibus illæ sunt aptæ: & quod nulla consuetudo etiam immemorabilis, nec præscriptio quælibet longissima, nec priuilegium, etiam per viam cõtractus, vel remunerationis concessum contra eas prodest. Deindè quod satisfactio sufficiens, de qua dicitur est intelligenda ex limitatione, scilicet, si excommunicatus potest

A casibus contentis.

In hac Bulla nemo debet absoluere nisi in mortis articul. cum cautela.

satisfacere, & si non potest, satis est quod det cautionē, siquidem ad impossibile nemo tenetur. Vigesimò primò, *Quod si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis pœna innodamus, grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter prout expedire nouerimus, processuri.* Declaratio *prima*, quod non comprehenditur hac censura Confessarius, qui obliuione, incogitantia, aut ignorantia non crassa absoluit; quia fertur contra præsumentem absoluere, de quorum numero non est, qui sic absoluit. *Secunda*, quod absolutio huius excommunicationis non est reseruata Papæ; vt ex litera patet, sicut ex Bulla Martini V. quam ponit Antoninus, quamuis contrarium visum fuerit Felino & Caietano. *Tertia*, quod ab ea potest absoluere ordinarius, siue illa, & aliæ latæ in Bulla putentur latæ à iure, siue ab homine: quia sunt generales, per dicta. Equidē latas in Bulla Iulij III. quam in manuali Hispano exposuit Nauarrus, iudicauit idem esse latas ab homine, quia Bulla illa non habebat vim legis, quæ perpetuat, sed præcepti, quod cum præci-

Sectio 21. Præsumentes excommunicatum in hac Bulla absoluere, excommunicantur & grauius punientur.

1. 2. 3.

pient u

piente finitur, vt dictum est, & has literas potius putat esse latas à iure, quia non debuerunt finiri morte huius Pōtificis, quamobrem absolutio in subsequentibus restringitur, & protestatio magna adijcitur. *Declarantes ac protestantes quamcunque absolutionem, etiam solenniter per nos faciendam prædictos excommunicatos sub præsentibus comprahensos, nisi prius à præmissis, cum vero proposito vlterius similia non committendi destiterint, ac quo ad eos, qui contra libertatem, vt præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta, huiusmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuis seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur deleri, & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari. Quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios tacitos vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorū quantocunque tempore continuatam, in præmissis omnibus & singulis, ac quibuscunque iuribus Sed. Apost. ac S. R. E. vndecunque & quomodocunque quæsitis, vel quærendis, nullatenus præiudicare posse, seu debere.*

Absoluti ab excommunicatione huius Bullæ aliquid cōstringantur.

Non obstantibus priuilegijs indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus

branas processus ipsos continentes valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis, & Basilicæ principis Apostolorum de vrbe appendi faciemus; quæ processus ipsos quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabũt, vt ij, quos processus huiusmodi contingunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum quod tam patenter omnibus publicatur.

Insuper vt processus ipsi ac præsentes literæ ac omnia & singula in eis contenta, efficiant notiora, quo in plerisque ciuitatibus, & locis fuerint publicata, vniuersis & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum ordinarijs, Prælatis & Rectoribus vbilibet constitutis, per hæc scripta committimus & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios præsentes literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam semel in anno, aut si expedire viderint etiam pluries, in Ecclesijs suis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina cõuenerit, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Cæterum hortamur eosdem vniuersos, & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, alios que locorum ordinarios & ecclesiarũ

Prælatos nec non Rectores, cæterosque curam animarum exercentes, ac presbyteros seculares, & quorumuis ordinum regulares ad audiendum confessiones, quauis autoritate deputatos, vt transumptum harum literarum penes se habere, legere, & diligenter examinare procurent. Volentes earundem præsentium transumptis etiam impressis, notarij publici manu subscriptis, & sigillo iudicis ordinarij Rom. Curiæ, vel alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidẽ in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibita, vel ostensa.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, declarationis, protestationis sublationis, reuocationis, commissionis, innodationis, mandati, hortationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, pridie Nonas Aprilis Pontificatus nostri anno vndecimo.

Quæ de Bulla Cœnæ Domini hic inserta sunt excerpsi ex Manuali Docto. Na-

Nauarri, qui imitatus est bullam Gregorij XIII. P. M. quicquid verò ad eius declarationem spectat, collegi ex decisionibus D. Iacobi de Grafhijs: si cuiquam huius lectionis dubium occurrerit, poterit recursum habere ad ipsos, quasi ad fontes, è quibus prædicta quasi riuuli emanarunt. Et quia quædam solent in hac Bulla sæpius immutari, operepretium erit nouissimæ exemplar procurare, illudque sequi.

CAPVT V.

De excommunicationibus reseruatis Papæ non contentis in bulla Cœnæ.

SVnt & aliæ Excommunicationes Papæ reseruatæ quæ non inserun- tus bullæ. *Papæ negentes potestatē.*

Quarum prima est, *In transgressores Canonum, sed restringitur ad eos, qui trāsgrediuntur negando Papæ potestatem ad condendos eos*, hæc reducitur ad primam bullæ Cœnæ. 1.

Secundo. *Si quis suadente diabolo iniecerit manus violentas in clericum, vel monachum, subiaceat excommunicationi, & à nullo Episcopo absoluatur, donec conspectui Apostolico repræsentetur, nisi in articulo mortis.* Particula prima, *Si quis*, comprehendit viros 2. *Clericum percutiētes.*

ros & fœminas, iuuenes & senes, cuiuscunque ætatis habentes iudicium ad peccandum mortaliter, & etiam clericos, laicos, Religiosos. Particula secunda. *Suadente diabolo,* colligitur quod iniectio manuum debet esse illicita, & adeò quidem, vt sit peccatum mortale; quia nemo incurrit excommunicationem maiorem per canonem vel hominem generaliter latam, nisi peccet mortaliter. Particula tertia. *Manus*, non excluduntur reliqua membra, quia hoc aptius est ad percutiēdū, & omnes partes corporis in se cōprehēdit. Particula quarta, *violentas*, intelligitur qui eum percutit ense, baculo, aut aspergit puluere, vel aqua, saliua aut alia re simili, & etiam qui eripit è manibus aut corpore aliquid vi, & qui capit, in carcerem cōijcit, aut includit aliquo loco, vnde egredi nisi cum pudore non potest, aut ad frenos equi manus admouet, aut abscindit cingulum ephippij, aut eum adeò furiosè persequitur, vt cogat se dare præcipitem in flumen, vel in aliud discrimen ad se liberandum, Hoc canone etiam comprehenduntur, qui mandant hanc iniectionē, consilium, auxilium, vel fauorem ad id præbent, vel eam ratificant, si eius nomi-

nomine facta fuit. Item qui ex officio tenentur propulsare percussionem, & non propulsant, item qui potest obuiare & non obuiat, & ministri iustitiæ laicæ, qui in quantum tales percutiunt eos, etiamsi fiat leuiter, ad Papam remittendi sunt. Imò & ipse clericus qui se iratus percutit, Particula Quinta, *Clericum*, intelligitur non solum qui sacro ordine, sed etiam qui prima tonsura est insignitus. Particula sexta, *vel Monachum*, intelligitur quilibet Religiosus religionis approbatæ, & quælibet religiosa, quilibet etiam conuersus aut nouitius alicuius religionis approbatæ. Absolui possunt per Episcopum à percussione mediocri, non tamen enormi. Clerici simul viuentes in collegio, & Religiosi, sed hi possunt absolui à suis prælatis, clerici non nisi à suo Episcopo. Quæ vero sit leuis declaratur per extrauagantem, cuius præcipua verba sunt hæc. *Perlectis &c. respondemus percussionem leuem esse pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut lapidis, quæ nullam, neque sugillationem carnis relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium sine auulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere, quod huiusmodi leuis percussio-*

ut pugni, aut vnguis fiat atrox ob multi sanguinis effusionem. Adiudicandum tamen quæ læsio sit leuis, mediocris aut enormis, volumus diligenter perpendi, non solum factum, sed etiam qualitatem eius, & modū percutiendi, & lædendi cum omnibus suis circumstantijs, loci, personæ, & alijs. Personæ, si est magister iudex, prælatus pater patronus, aut dignitas, percussus iniustè à subdito, aut alio se viliori. Quia ex hoc interdum censentur graues iniuriæ, quæ ex se sunt leues, aut mediocres. Hæc sunt verba Extrauagantis. Cui additur, enormem esse percussionem, qua quis interficitur, abscinditur mēbrum; aut inutile efficitur, & illam quę fit in proprium Episcopum, aut Abbatem, & quæ magno scandalo est populo.

3. *Tertia, Lata à delegato Papæ elapso anno, & quia non potuit ob finitam eius iurisdictionem ipsemet absoluere, ita absoluit eius superior qui est solus Papa.*

4. *Quarta, fertur in falsarios;* quæ quo ad aliquos casus non continetur in bulla Cœnæ.

5. *Quinta, latam ab Episcopo in habentes literas falsas Papæ, nisi eas intra viginti dies destruant, vel resignent, quæ & Papæ reseruatur.*

6. *Sexta est, Quam incurrunt Clerici, qui scienter, cum excommunicatis, à Papa sponte*

cōmunicant, admittendo eos ad diuina officia. Requiritur tamen quod Clericus ille qui sponte ita sine aliquo timore cum excommunicato communicat, sit excommunicatus à Papa iudicialiter, aut nominatim secundum omnes, vltra quod hodie requiritur denuntiatio.

Septima, Lata & denuntiata in incendiarios; hæc defenditur à consuetudine vim habente legis vel statuti excommunicantis. 7.

Octaua, Excommunicati sunt sacrilegi, qui effringunt & spoliant Ecclesias. Duo requiruntur ad incurrendam hanc, scilicet perfringere; & rapere siue furari; fractio debet esse Ecclesiæ vel foriu̅ eius. Per *Ecclesiam* intelliguntur Monasteria, hospitalia, & reliqua ædificia pia, auctoritate Episcopi ad id sacrata, & nō alia. *Effringere* Ecclesiam dicitur, qui effringit, vel effodit parietem, aut frangit fores, diruit seras, & qui impellendo, vel quouis alio modo violento ingressum sibi parat. 8

Nona, fertur in malè eligentes Senatorem Romanum. De qua quia est de rarò contingentibus nil amplius. 9.

Decima, excommunicat clericos, qui vendunt vectigalia, decimas, vel talias secularibus: sed reuocata fuit à Clemente. 10.

Vnde-

81. *Vndecima, excommunicat eum, qui infe- ctatus fuerit, percusserit, aut cœperit tanquam inimicus aliquem Cardinalem, aut comitatus fuerit eum, qui hoc patrauerit, aut mandauerit, aut id ratum habuerit aut dederit consilium vel fautorem &c. Principem item & gubernatorem quemlibet, & suos ministros qui contra prædictos non obseruauerint suam constitutionem intra mensem postquam sciuerint.* Excusantur Principes, Domini & Iudices, si incipiant procedere intra mensem postquam sciuerint, quamuis non fiant processus, neque puniant.

82. *Duodecima, excommunicat omnes qui facultatem tribuerint alicui interficiendi, capiendi aut vexandi personas aliquorum, aut eorum facultates, aut suorum, eo quod tulerint sententiam excommunicationis, suspensionis vel interdicti contra Reges &c. aut contra quoscunque alios eorum ministros, aut contra alios quoslibet, aut illos, quorum ratione eiusmodi sententiæ promulgatæ fuerunt: aut eos qui obseruant, aut qui nolunt communicare cum sic excommunicatis, nisi antequam dicta facultas executioni mandetur, fuerit reuocata ab eis. Aut si eius occasione iam sunt occupata bona, & intra septem dies non restituant aut satisfaciant. Excommunicat etiam eos, qui vsi fuerint tali facultate, aut proprio motu fecerint aliquid de prædictis. Et si duobus mensibus*

bus perseuerauerint in dicta excommunicatione, non possunt absolui, nisi à Summo Pontifice. Ex sola datione facultatis non incurritur in eam, neque etiam ex eius executione, si ante exordium reuocetur: neque etiam si post executionem, si ea solum fiat in bonis, & illa intra septem dies restituantur.

Decima tertia, fertur in inquisitores malè procedentes: præsertim cum hoc faciant contra iusticiam & suã conscientiam, scientes illud esse iniustum, & quod hoc faciant odio, amore, fauore aut lucro. 13.

Decima quarta, *excommunicat nobiles & dominos temporales, qui cogunt aliquem ad celebranda diuina officia in locis interdictis, siue compulsio fiat personæ clericorum, siue eorum consanguineis. Et qui voce preconis, aut sonitu campanæ, aut ad clangorem tubicinis, vel buccinæ, conuocant populum ad audiendum missam in tali loco, præcipuè excommunicatos aut interdictos & etiã qui prohibẽt ne excõmunicati aut interdicti ab Ecclesia ejiciantur, quando peraguntur diuina officia, qui admoniti à sacerdote nominatim nolint exire.* Per, tria priora soli & omnes Domini temporales incurrunt in hanc excommunicationem. 14.

Decima quinta, Fertur in eos qui exente- 15.

rant mortuos ad eos conseruandos, aut eos concidunt in frusta & eos coquunt; vt ossa carnibus denudata deferant, & sepeliant in alio loco, & qui hæc fieri iubent. Quod non habet locum in his qui moriuntur in terris infidelium, vbi non est sacer locus ad sepeliendum.

16. *Decima sexta excommunicat eos, qui scienter in gradibus consanguinitatis vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, nec non Religiosos moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes, & inter eos scienter eadem celebrantes* Hæc ligat septem genera hominum, & contra solos contrahentes matrimonium, & clericum matrimonia celebrantem datur.

17. *Decima septima, excommunicat omnes officiales ciuitatum, vtcunque appellentur, qui faciunt, scribunt, vel dictant statuta, vt soluantur vsuræ, vel quod solutæ non possunt repeti: & eos, qui iudicant vsuras esse soluendas, aut non esse repetendas solutas, & qui ad id potestatem habentes, non eradunt è libris talia statuta, vel consuetudinem vim eorum habentem.* Hæc excommunicatio numeratur intes illas quæ nulli reseruantur, sicut & subsequentes.

18. *Decima octaua, excommunicantur omnes*

qui

qui impediunt ne legati & nuncij Papæ recipiantur, vel ne exequantur mandata ob quæ sunt missi, non obstante quacunque consuetudine de non mittendo Legato, nisi eo qui petitur. Quicquid de hac est in Bulla Cœnæ est reseruatum Summo Pontifici.

Decima nona, *Fertur in mulierum raptores, ac illis consilium, auxilium & fauorem præbentes, qui etiam sint perpetuò infames, & dignitatum incapaces. Et si fuerint clerici, de proprio gradu decidant, & teneatur raptor mulierem raptam, siue eam duxerit siue non, decenter iudicis arbitrio dotare.* 19.
Vigesima, fertur in eos, qui quouis modo subditos suos, vel quoscunque alios, cogunt minus liberè matrimonia contrahere. 20.
Vigesima prima, excommunicat eos, qui christianos habitantes in terris, occupatis à Turcis, capiunt in seruos, & nolunt eos relinquere liberè cum bonis suis. 21.
Vigesima secunda, Fertur in eos, qui duellum commiserint, & eorum patrinos, cum bonorũ proscriptione, ac perpetuæ infamiæ, ac homicidij pœna. Et si in ipso conflictu decesserint perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Item, fertur in eos, qui consilium in causa duelli dederint, vel illius spectatores fuerint non obstãte quocunque priuilegio &c. 22.

Quæcunque excommmunicationes reseruatæ vel non reseruatæ ab homi-

ne vel à iure latæ, quibus laici cuiuscunque ſtatus & dignitatis ligantur, & ligari poſſint alibi inueniuntur, & ad has, vel ad illas, quæ Bulla Cœnæ Domini habet, ex toto vel ex parte referuntur, ideoque non eſt neceſſarium eas hic inſerere; ſed illas quibus Clerici & Religioſi ligantur, hic ſeorſim ponere libet.

CAPVT VI.

Continens Excommunicationes Religioſorum.

1. EXcommunicantur, qui dant aut accipiunt aliquid ob ingreſſum in aliquod monaſterium. Innocentius VIII. declarauit moniales non incurrere hanc, niſi ob receptionem pacti, aut ob largitionem alicuius non idoneæ. Martinus V. noluit hac moniales teneri. Clemens VII. conceſſit vt moniales nullam ſimoniæ pœnam incurrerent propter pacta, & conuentiones, quas cōtraherent in dotibus monialium, in commodum earum victū.

2. *Secunda*, Excommunicantur ab Innocentio IV. & Martino IV. ſub reſeruatione Papæ, Miniſtri, & fratres ordinis Minorum ſi ad ſuum ordinem admiſe-

rint voto obligato ordini prædicatorum, eodem modo Magiſtri & fratres ordinis prædicatorum, ſi receperint Fratres minores ordini ſuo profeſſione obligatos, eadem pœna ligantur Minores ſi aliquem nouitium ante annum probationis elapſum ad profeſſionem ſuſceperint. *Tertia*, Excommunicat fratres ordinum Mendicantium cum reſeruatione, ſine ſpeciali facultate Papæ migrantes ad non mendicantes, excepto ordine Carthuſianorum, & etiam admittentes eos. Hæc facit ad iſtud quo docetur, Carthuſia religionum optima, quamuis contradicitur. 3.
Quarta, Excommunicat religioſos, qui temere relinquunt habitum ſui ordinis. Religioſi in omni loco etiam in lecto, niſi infirmitatis cauſa excuſentur, habitu vti debent, & habitus deſuper ferri debet, vt ab alijs cognoſcatur. Cum exit quis monaſterium ſine licētia Prælati animo deſerendi religionem, & ſic dimittit habitum, excommunicatur. 4.
Quinta, excommunicat Religioſos, qui vadunt ad aliqua ſtudia, etiam Theologica ſine licentia ſui Prelati, aut cum ea ſine conſilio maioris partis conuentus. Non incurrit hanc qui ſolenniter mittitur, & proficiſci- 5.

 tur

tur ad alium locum, vbi est conuentus sui ordinis, & est studium literarum ad studendum, eo quod dicitur mutare potius conuentum quam ire ad studium literarum: nec incurrit, qui proficiscitur cum sola licētia superioris Prælati, à quo pendet licentia habitandi extra Monasterium, *vti in ordinibus
6. mendicantium. *Sexta*, excommunicat Doctores, qui docent leges, aut medicinam Religiosos, qui reliquerunt suum habitum, aut detinent eos arroganter in scholis suis. Auditio non relicto habitu etiam sufficit cum doctor prælegendo participat cum excommuni-
7. cato *Septima*, excommunicat Religiosos simplices, qui petunt aulas Principum, animo nocendi suis prælatis, aut monasterijs. Hæc incurritur ab eo, qui prædictum facit: quamuis proficiscatur in aulam cum facultate siue licen-
8. tia. *Octaua*, excommunicat Monachos, qui sine facultate Abbatis habent arma intra claustra monasteriorum. Nō ligantur solum monachi nigri, sed etiam fratres: Armorum appellatione intelliguntur illa, quæ communiter arma dicuntur, vt sunt ea, quæ ad inuadendum, vel defendendum apta sunt, vt galeæ, loricæ, thoraces, quæ non

tan-

tantum ad defenſionem deſeruiunt, ſed quandoque etiam hominem audaciorem faciunt ad malum. *Nona*, excõmunicat cum reſeruatione Religioſos, 9.
qui ſine licentia expreſſa presbyteri parochialis, præſumunt adminiſtrare clericis, vel laicis ſacramentum vnctionis, aut eucharistiæ, aut benedicere nuptias, aut abſoluere excommunicatos à canone, præterquam in caſibus à iure, aut priuilegijs Apoſtolicis ſibi conceſſis, aut à ſententijs promulgatis à ſtatutis prouincialibus, aut ſynodalibus, aut à peccatis, à pœna & culpa. Ad incurrendam hanc, neceſſe eſt quod ſit Religioſus, quod non ſit rector, ſeu curatus Eccleſiæ parochialis, & quod faciat aliquid ex quinque hic expreſſis ſine licentia plebani. Excuſatur ſi miniſtrat Religioſus Religioſis ſui monaſterij, & ſi fecerit ſpe ratihabitionis plebani, vt præſumitur, quando quis iam iam eſſet animam expiraturus. Per presbyterum parochialem intelligitur rector, quamuis non presbyter, aut eius vicarius. *Decima*, excommunicat 10.
cũ reſeruatione eos, qui ex priuilegio Papæ Sixti quarti abſoluunt ab aliquo iſtorum quinque votorum, ſcilicet peregrinationis in Hieruſalem & Ro-

mam, Compostellam, Religionis, Castitatis &c. Dispensatio horum quinque votorum reseruatur Papæ. *Vndecima*, excommunicat Religiosos, qui concionantur, vel alias dicunt aliquid ad auertẽdos audientes, à soluendis decimis debitis Ecclesiam. Tria requiruntur ad incurrendam hanc, scilicet, quod sit Religiosus, quod habeat intentionem auertendi, & quod decimæ debeantur Ecclesiæ, quartum potest addi, quod audientes sint qui eas
12. debent. *Duodecima*, excommunicat Religiosos, qui de industria nullum conscientiæ scrupulum incutiunt in confessionibus pœnitentibus de solutione decimarum, & postea non expiata hac negligentia, cum commodè possent, præsumunt concionari Quinque requiruntur ad incursionem huius. Primum, quod sit Religiosus. Secundum, quod fuerit negligens in onerando scrupulo conscientiam pœnitentis in confessione, vt solueret decimas. Tertium, facere hoc scienter, & non purgare illam negligentiam, cum commodè posset. Quartum, concionari absque purgatione illius. Quintum, quod non sit Religiosus monasterij
13. quod accipit decimas. *Decima tertia*, excom-

cõmunicat Religiosos, qui non seruãt interdictum, vel cessationem à diuinis quam seruat ecclesia Cathedralis, vel matrix, vel parochialis oppidi. In hanc incidunt Religiosi, siue mendicantes siue non, si sciunt obseruationem interdicti; & habet locum non in interdicto vel cessatione speciali, sed solum in generali. *Decima quarta*, excommunicat clericos & Religiosos qui violant constitutionem illis prohibentem aliquem inducere ad vouendum, iurandum, aut promittendum eligere sepulturam, in sua Ecclesia, aut quod non mutabit electam. Ad incurrendam hanc, est necesse quod sit clericus aut Religiosus: & quod inducat ad iurandum, vouendum aut promittendum de electione sepulturæ, aut non mutandam electam, & quod sepultura pertineat ad Ecclesiam eius, qui persuadet. *Decima quinta*, excommunicat eos, qui scienter præsumunt sepelire in loco sacro hæreticos, eis credentes, & eorum receptatores, defensores, aut fautores, & prohibet absolutionem quousque suis proprijs manibus è sepultura extrahant & foras mittant. Qui sint hæretici eorum fautores & defensores dictum est supra,

14.

15.

16.cap.4. *Decima sexta*, excommunicat eos qui aliquem librum, vel quamlibet aliam scripturam imprimunt, vel faciunt imprimi sine approbatione certarum personarum. Concilium Trid. decreuit, quod nemo imprimat, vel imprimi faciat librum de sacris rebus, absque nomine auctoris, neque vendat, neque habeat, nisi examinatum per ordinarium, neque sine facultate sui Superio-
17 ris si fuerit Religiosus. *Decima septima*, excommunicat eos, qui quomodocũque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem, præterquam in casibus iure expressis, ingredi monasterium, vel suscipere habitum, aut profiteri; quique consilium, auxilium, vel fauorem in
18 id dederint. *Decima octaua*, Fertur in eos qui sanctam virginum, & aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi, vel profitendi, quoquo modo sine iu-
19 sta causa impedierint. *Decima nona*, excommunicat cum reseruatione omnes mulieres, etiã Ducissas ingredientes claustra monasteriorum etiam monialium, virtute facultatum Apostolicarum, quas reuocat: & concedentes licentiam, comitantes & recipientes, & Prælatos, ac monachos eas introducentes

Monasteria intrantes.

centes vel admittentes suspendit. Quibus tributa est licētia ingrediendi monasteria, ea non debent vti nisi in casibus necessarijs, & à paucis, ijsque senioribus ac religiosis personis comitati. Extenditur hęc excommunicatio contra quascunque personas Ecclesiasticas siue seculares, ac regulares quorumuis ordinum, quæ prætextu licentiæ pro libitu, & extra necessitates vrgentes monasteria monialium ingredi præsumunt. Tria requiruntur, vt permittatur ingressus virorum; scilicet quod persona sit honesta, causa rationabilis, & licentia superioris, quales solent esse; Medici, barbitonsores, sartores, carpentarij & similes. Vel infantes discretione adhuc carentes. Extenditur etiā contra moniales præsumentes admittere quascunque personas extra casus vrgentes; item ad omnes & singulas mulieres præsumentes ingredi monasteria regularium, siue Carthusiensium vel monachorum etiam mendicantium, aut Canonicorum regularium. Pius V. extendit etiam ad exitum monialium, cum grauior videatur exitus monialis à monasterio, quam ingressus personæ honestæ. Regulares verò illas introducentes, vel admittentes,

incurrunt ipso facto suspensionem à diuinis, & priuationem officiorum, quæ tunc obtinent, & inhabilitatem in posterum ad illa, vel alia obtinenda, & ita censura Pij V. fuit in praxi recepta, & obseruata à Gregorio XIII. Quare Regulares, siue guardiani contrauenientes, procurent si factũ est occultum in foro conscientiæ, rehabilitationem, non à suis superioribus, sed à Papa, & in foro fori si factũ est publicum: quia ipsi non possunt rehabilitare inhabilitatos à Papa ad hoc vt possint esse habiles ad futura, propter verba illa, *ipso iure*, quamuis propter verba illa non perdantur beneficia adepta. Si tamen tam viri quam mulieres ignoranter ingrederentur, non essent excommunicati, ob verba illa, *postquam notitiam habuerint, & præsumpserint.* Vigesima, excõ-
20. municat omnes Abbatissas, & moniales exeuntes, monasterijs, quacunque de causa etiam infirmitatis, excepta magni incendij, vel ægritudinis, lepræ, vel epidimiæ probata literis superioris & Episcopi.

CAPVT

CAPVT VII.

Continens Excommunicationes Ord. D. Fr. reg. obs.

HAbent & *statuta* ordinis suas excõmunicationes tam à iure quam ab homine, quæ si contrahuntur à fratribus (quod Deus auertat) ijsdem ligaturis & pœnis innectuntur & subijciuntur, sicut & aliorum in suo vigore, quamobrem ab his sicut & ab alijs absolutione indigent. *Quarum prima est,* 1.
Et cum res sit euidenter periculosa & scandulosa Missas pro libris, commendare fratribus subditis: præcipimus per sanctam obedientiam, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt deinceps nullus frater subditus, nec Prælatus Missas pro libris aut rebus alijs fratribus commendet. Stat. recog. cap. 3. s. 6.

Secunda, Præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrẽda, vt nullus frater libros quos ex decedentibus fratribus à ministris susceperit, vendat, vel distrahat, per se, vel mediante Syndico. cap. eod. sect. 9. 2.

Tertia, Declaramus illum dici sub- 3.

ornatorem, qui alium trahit donis, promissis, timore, obsecrationibus importunis, vel laudibus aut vituperationibus falsis, vt suum suffragium alicui in electionibus ferat, vel non ferat. Qui verò in electionibus omnibus, vel ante sex menses pro se, aut pro alio subornauerit: excommunicationis sententiam ipso facto, incurrit, iuxta constitutionem Domini Pij V. à qua non potest absolui nisi à Ministro & Commissario Generali. Si vero generales Prælati fuerint in eadem damnatione, à solo summo Pontifice absolui poterunt, iuxta declarationem Domini Papæ Gregorij XIII. cap. 6. f. 12.

4. *Quarta*, Item auctoritate Apostolica mandatum est sub pœna excommunicationis latæ sententiæ; à quo nullus præterquam in mortis articulo, nisi à sede Apostolica possit absolui: ne aliquis frater Ordinis S. F. appellet alium fratrem eiusdem Ordinis malitiosè, irrisoriè, seu improperiosè priuilegiatum, bullistam, aut alio quouis nomine, etiam de nouo reperto, seu fortè in futurum occasione diuisionum ipsius Ordinis à quocunque imponendo, cap. 6. sect. 14.

Qui-

Quinta, Quicunque frater aliquem grauiter læserit, cum sit ipso facto excommunicatus, coram plena communitate cum flagellis, statim absoluatur à Guardiano. cap. eod. sect. 15. 5.

Sexta, Excommunicantur omnes fratres ab ordine nostro apostatantes, & anathematis vinculo innodantur, cap. eod. sect. 20. 6.

Septima, Descendentes intra quartum gradum à Iudæis, vel Mahumetanis, vel ab hæreticis quorum ossa vel statuæ igni traditæ sunt, iuxta Apostolicas constitutiones & declarationes, non possunt ad ordinis prælaturas assumi & eligi; & scienter acceptantes, & eligentes, & subditi obedientes, sunt ipso facto excommunicati. cap. 7. sect. 2. 7.

Notandum est ex statutis, cap. 6 s. 19. Minister & Commissarius generalis, Prouinciales, Custodes, & Guardiani sententiam excommunicationis possunt fulminare in omnes subditos, decernitur tamen (iuxta Concilij Tridentini decretum) vt non inferatur excommunicatio temerè, aut leuibus ex rebus, sed sobriè & magna circumspectione. Cum idem concilium dicat, excommunicationes latas ad finem

reuelationis, aut pro deperditis, seu subtractis rebus, à solis Episcopis imponi debere: præcipimus; vt Guardiani cum non habeant iurisdictionem Episcopalem non possint excommunicare in tribus supradictis casibus, videlicet ad finem reuelationis in iudicio, & pro deperditis aut substractis rebus: nam in his tribus casibus, ad maiores nostræ Religionis prælatos solum iurisdictionem Episcopalem habentes, pertinet Excommunicationem inferre.

In tribus Guard. excō. non potest.

CAPVT VIII.

De Suspensione.

SVnt & variæ pœnarum species à iure statutæ, inter quas est pœna suspensionis, vt autem aliqualem eius cognitionem fratres habeant, docebitur hic, quid sit suspensio, & quare incurratur, & an suspensi possint aliqua exercere, nouissimè casus, in quibus suspensio incurratur. Circa primum, Suspensio est censura Ecclesiastica inhabilitans ad executionem ordinum, officiorum, vel iurisdictionum, ex aliquo impedimento proueniens, ex institutione Ecclesiæ, robur habens.

Suspensionis definitio.

Circa

Circa secundum, quamuis pœna potius sit quam culpa, communiter tamē propter peccatum incurritur, & suspēduntur tantum Ecclesiastici, atque in scriptis præcedente monitione, si ob contumaciam processerit suspensio, secus si in pœnam. Vt verò suspensus irregularis efficiatur per actionem à qua suspenditur, non est satis sufficiens suspensio, quæ à solo Deo fit propter peccatum mortale, quia hæc suspensio fit tantum quo ad seipsum, vnde talis celebrans non est irregularis. Nec item sufficit suspensio quæ fit à sacerdote Confessario in animæ iudicio, sed necessarium est, quod suspensio sit, à iure, vel ab homine non extra iudicialiter, sed in iudicio quo ad se, & quo ad alios inflicta; & requiritur, vt sit suspensus ab aliquo actu ordinis ecclesiastici, quem habet, & is illum actum à quo fuerat suspensus egerit. Circa tertium, Qui suspensus est ab ordine, vel ab ijs quæ exercentur ratione officij ordinis, non potest illa exercere, & contrafaciens incurrit irregularitatem. Cum propriè sit irregularis, qui ordinem habēs & carens eius executione immiscet se diuinis. Qui suspensus est à iurisdictione, non potest quæ sunt iurisdictionis exer-

Irregularitatem quando suspensus incurrit.

exercere, non tamen exercendo fieret irregularis, nisi exerceat iurisdictionẽ cum eo, quod habet admixtum ministerium ordinis, puta si absolueret excommunicatum cum solennitate.

Casus suspensionis multi. Circa quartum, casus permulti sunt, in quibus incurritur suspensio, inter quos est concubinatus notorius clerici, quæ quidem suspensio sicut ipso iure incurritur, ita ipso iure per pœnitentiam tollitur. At si ante pœnitentiam huiusmodi fornicarius vteretur ordine suo, fieret irregularis; sic est suspensus hic fornicarius quo ad se, & quo ad alios, cum illa suspensio non sit sublata, & suspensus nondum proprio vtatur officio; ita intelligitur suspensio, quæ directè à iure indicta est propter delictum in eius pœnam, non de ea, quæ ratione cuiusdam honestatis ab ipso canone sit potius ob decorem, quam in pœnam ipsius criminis, & ipsius delinquentis lata. Suspenduntur etiam ordinati à non suo Episcopo, vel ante legitimam ætatem, & qui sic suspensi sunt vtentes ordine fiunt irregulares, & omni casu quando suspensio inducitur à canone propter crimen, sicut videtur in casibus prædictis, incurritur irregularitas, si ingerant se diui-

nis. Quod autem sit propter crimē, patet quia deliquerunt contra prohibitionē canonis, vnde peccatum est mortale.

Suspensio est duplex lata à iure, & lata ab homine. A iure ipso facto feruntur multæ, quarum quędam hic inseruntur: Primò, Suspenduntur clerici triennio à beneficijs eligentes in Episcopum, eum, qui non est legitimus, vel legitima ętate, scientia & moribus prędi tus. Secundò, Suspenduntur, qui sine legitima facultate vel ætate, vel extra tempus legitimum, ordinem sacrum accipere præsumpserint, & facit irregularem, ordine vtentem. Non comprehendit eum, saltem quo ad forum conscientiæ, qui bona fide, & simplicitate existimat se legitimè ordinatum esse, quia textus habet, præsumpserint, quod significat dolum. Tertiò, Suspenditur clericus qui prouocat ad duellū, vel acceptat prouocationem, & in arenam descendit. *Quartò*, Suspenditur vno mense ab ingressu Ecclesiæ is qui excommunicat absque monitione. *Quintò*, Suspenditur ab ingressu Ecclesiæ & diuinis officijs is, qui excommunicat, interdicit aut suspendit aliquem solo verbo sine scripto, aut expressa causa

Suspensionis diuisio, à iure & ab homine.

1. 2. 3. 4. 5.

causa illius, vel non dat copiam requisitus. *Sexto*, Suspenduntur à quolibet of-
6. ficio & beneficio, capitula, & singulares personæ, quæ vacante sede Episcopali, vel collegiata, vsurpant sibi aliqua bona, quæ reliquit vita functus, aut collecta fuerunt, tempore vacationis.
7. *Septimo*, Suspenduntur Episcopi, & superiores eorum ab ingressu Ecclesiæ, & inferiores ab officijs & beneficijs, qui vsurpant aliquid ex reditibus dignitatum, & Ecclesiarum vacantium, & illis subditarum, quos reliquerunt mortui, vel collecti fuerunt durante vacatione, nisi habeant speciale priuilegium, vel consuetudinem præscrip-
8. tam ad hoc. *Octauo*, Suspenditur vno anno ab officio conseruator sedis Apostolicæ, qui scienter cognoscit cau-
9. sas, quæ non sunt notoriæ. *Nono*, Suspēditur vno anno à suo officio iudex Ecclesiasticus, qui contra ius, & suam cōscientiam aggrauat, partem gratia vel
10. sordibus. *Decimo*, Suspenduntur ab ingressu Ecclesiæ (quousque satisfaciant) ij, qui admittunt, ad diuina officia, aut sacramenta, aut Ecclesiasticam sepul-
11. turam, Excommunicatos, aut interdictos publicos. *Vndecimo*, Suspenduntur ij, qui admittunt aliquem ad professi-
onem.

onem, ante finitum annum probationis in aliquo ordine mendicantium.
Duodecimò, Suspenduntur in sex menses clerici beneficiarij, qui gestāt vestes partitas, vel coloribus distinctas, & sacro ordine initiati, qui non sunt beneficiarij, & minoribus insigniti, qui cū prima tonsura gestant tales vestes, inhabiles efficit ad beneficia in idem tempus. 12.
Decimò tertiò, Suspenduntur omnes Religiosi qui habent aliquam administrationem, & alienant aliquā rem ad eam pertinentem, etiam solo præbendo alicui ad vitam absque necessitate, aut absq; facultate sui capituli si habet, vel sui prælati, si nō habet capitulum. 13.
Decimo quartò, Suspenditur Papaliter, qui sacris initiatur, sine patrimonio cum pacto non petendi ab Episcopo victū: & qui ordinatur ad præsentationem alicuius beneficiarij, cum pacto nihil petendi ab eo. 14.
Decimo quintò, Suspenditur Episcopus ordinans absque titulo clericum religiosum ordinis, in quo solum fit votum temporale religionis; quia is, quo ad hoc reputatur secularis. Vota simplicia, ante solemnem professionem emissa hic temporalia dicuntur, & facta est hæc constitutio à Pio V. qua inter alios Religi- 15.

osi Societatis ante professionem ad sacros ordines promoueri prohibebantur; sed per S. D. N. Gregorium XIII. est penitus sublata.

Diuersitas suspensionis. Notandum est, suspensum à quibusdam actibus non esse suspensum; ab alijs non annexis eis: Ex quo sequitur, quod suspensus à iurisdictione, non est suspensus ab ordine, qui est diuersus ab ea, neque contra suspensus ab ordine, est suspensus à iurisdictione; & qui suspensus est à beneficio, non est suspensus ab ordine, neque à iurisdictione, quæ ei conuenit, non ab illo beneficiò à quo est suspensus, sed alia ratione à qua non est suspensus, sic & in alijs, vt suspensus ab ingressu Ecclesiæ tantum, potest excommunicare & absoluere, quia adhuc retinet iurisdictionis vsum; suspensus ab officio Guardianatus, potest interesse diuinis officijs, celebrare, concionari &c. Officium verò non debet exerceri in quo quis est suspensus, ne propter contumaciam fiat irregularis, sic qui suspensus est ne celebret, non debet celebrare; vt non concionetur, non debet concionari, sic & in cæteris, & sicut tenemur vitare excommunicatum in omnibus, ita & suspensum in eo in quo est suspen-

pen-

pensus, si est denunciatus, alias non.

CAPVT IX.

De Interdicto.

VT etiam nonnullam Interdicti speciem depingamus, sciendum est, quod interdicere in propria significatione est vetare, atque prohibere, ne quid fiat: secundò, Interdictum ecclesiasticum, est suspensio à diuinorum officiorum, sacramentorumque actiua & passiua celebratione, respectu alicuius loci, vel personarũ facta, ab ecclesiastica etiam prohibens sepultura: & est duplex Locale & Personale, Locale dicitur quando interdicitur ciuitas, ne ibi diuina audiantur, & tunc populus præter personas illas, quæ causam dederunt interdicto, potest extra ciuitatem & suburbia illa audire. Personale autem est, quando interdicitur populus, vel aliqua eius persona: nam etiam populus citra propriam culpam in odium excommunicati, si sit Rector vel Princeps potest interdici. At istud interdictum siue locale, siue personale est duplex, generale & speciale. Generale loci, est quando interdicitur totum regnum, vel tota ciuitas, vel totum

Interdictum quid.

Duplex est.

tum

tum castrum, & dicitur generale, quia nulla excipitur persona, sed speciale est, quando aliqua Ecclesia, vel Ecclesiæ ciuitatis, vel castri interdicuntur, & non omnes, & tunc interdicta Ecclesia, interdicuntur omnes eius capellę, nō tamē clerus eiusdē Ecclesię, quia posset alibi celebrare. Sed interdictū personale generale est, quādo propter peccatū Regis interdicitur totus populus, speciale verò quando aliqua persona.

Interdicti effectus triplex.

Triplex est Interdicti effectus. 1. Primus, quia nemo audire sacra valet, nec etiam clerici primæ tonsuræ, nisi sint per Pontificem priuilegiati. 2. Secundus est, quia nec possunt suscipere sacramenta ordinum aut Extremæ vnctionis. 3. Tertius, quia nec defuncti gaudere possunt ecclesiastica sepultura, præterquam clerici, qui quidem clerici possunt sepeliri cum missa, & officio funeris. Per interdictum diuinus cultus detrimentum patitur: nam ex dissuetudine frequentandi officia clerus ipse remissior fit, & ignauior ad diuina celebranda; hinc non ob delictum particularis personæ, nec pro debito pecuniario, sed ob delictum vniuersitatis sententia interdicti ferenda est. Bonifacius Papa, concessit tempore interdicti, vt homines non solum in articulo

lo mortis, verum & sani quoties vellent Sacramentum pœnitentiæ suscipere possent. Præterea vt exclusis interdictis, & excommunicatis, quotidie diuina officia submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis campanis celebrarētur. Deinde, vt in festis quatuor solēnibus, videlicet in die Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. Mariæ, pulsatis campanis, apertis ianuis, alta voce, eadem officia solemniter celebrarentur. Non tamen in eisdem solemnitatibus licet Eucharistiæ Sacramentum suscipere, nisi ab ijs, qui priuilegium habent, quibus priuilegiatis sumentibus potest populus interesse. Clerici interdictum violantes peccant mortaliter, & sunt irregulares, qui quidem dupliciter sunt interdicti violatores. Primò, dum ipsi sunt interdicti: tunc enim nullibi exercere aliqua sacrorū ordinum possunt. Secundò, si locus est interdictus, licet ipsi nō. Nā eo casu exercendo ordines in eodem loco violant interdictum, secus si in alio. Propterea si interdictus & suspensus intraret Ecclesiam legendo & cantando cum alijs, faciendo principale officium chori, vel quia diceret capitulum vel orationem in officio, vel faceret officiū

Violantes interdictū.

1.

2.

ficium cantoris in choro, tūc incurreret irregularitatem, nisi id faceret ex ignorantia probabile; si autem exerceret aliqua munera, quæ non essent propria sacrorum ordinum, sed possent etiam per laicum exerceri, vt canere responsorium defunctorum, psallere, benedicere mensam &c. non fieret irregularis, cum hæc non sint certo ordini deputata, & fiunt sine apparatu. Illa autem certo ordini deputata dicuntur, quorum faciendorum specialis potestas traditur in ordinatione, vt in præsbytero potestas consecrandi, baptizandi, solenniter dicēdi collectas in choro, ac agendi hebdomarium in horis canonicis, quod est sacerdotis. In diaconatu, potestas canendi solenniter Euangelium. In subdiaconatu, potestas canendi Epistolam cum manipulo. Accolito, offerendi vrceolos: nam si iste solēniter exerceret actum deputatum ordini minori, ita irregularis efficeretur, sicut exercens deputatum maiori. Laici, si contemptus abest, & scandalum, & locus solum sit interdictus, non peccant se ingerendo in diuinis, nisi aliquod violentiæ genus facerent, vt se ingererent, vel clericis eos expellentibus non obtemperarent. Et hæc de interdicto.

CA-

CAPVT X.

De Irregularitate.

Irregularitas etiam est impedimentum canonicum, quo quis ad ecclesiasticos ordines promoueri, & promotus ministrare non potest. Ita impedimētum dicitur, scilicet, quod si irregularis ordinatur, ordinem quidem suscipit, & characterem, sed peccat grauiter contra Ecclesiæ præceptum, quare gratiam non suscipit, manetque subinde suspensus, atque ideo quoties in ordinibus administrat, grauissimè peccat. Et dicitur irregularitas, quia homines à regula excipit, quam in ordinibus suscipiendis Ecclesia præscripsit. Hæc autem his modis contrahitur, videlicet ex delicto, ex defectu corporis, ex defectu Sacramenti ordinis, atque matrimonij. Nunquam tamen illa cōtrahitur, nisi in casibus à iure expressis. *Definitio irregularitatis.*

Casus autem in quibus fit irregularis aliquis, sunt numero 21. qui numerantur per Doctores. *Primus* est per homicidium & mutilationem, Homicidium est corporis humani, & animati peremptio. Hinc percutiens corpus mortuum vel membrum abscissum, non punitur pœna homicidij, nec irre- *Homicidiū.*

 gula-

gularitatis; Sed aliud est homicidium voluntarium, quod dolo, malo animo occidendi committitur. Et aliud est abscindere membrum, & truncare, aliud debilitare, nam abscissio est totalis mébri truncatio: debilitatio verò non est totalis, sed stat aliqualis vsus eius. Vnde quamuis sint paria quo ad irregularitatem, membrum abscindere & interficere, non tamen sunt paria abscindere, & debilitare, nisi membrum ex toto debilitaretur, & inutile operationi penitus redderetur. Tota illa pars hominis dicitur membrum, quæ officiũ per se distinctum habet, vt manus, pes, auris, &c. quare digitus non est membrum, sed pars membri. Et ideo truncatio digiti non inducit irregularitaté, nisi digitus sit pollex, vel index, quia horum vsus est in ministrando necessarius. Quadruplex est homicidium voluntarium. Primum, quod nullatenus est peccatum, nec vllam penitus irregularitatem infligit, vt est illud, quod est commissum à furioso, vel infante, vel alio qui aliter mortem vitare non potest. Secundum quod etiam nó est peccatum, sed inducit irregularitatem, quale committit iudex iustè iudicando, vel proximum iustè defendendo,

Homicidiũ voluntariũ quadruplex.

do, vel miles iustè bellando. Tertium est, quod est peccatum & inducit irregularitatem, sed committitur sine voluntate directa occidendi, excedendo moderamen in culpa tutelæ, vel alias illicitè. Quartum est, quod est peccatū, & fit per insidias voluntate directa occidendi. Primum non indiget pœnitētia, neque dispensatione: quia neque est peccatum, neque inducit irregularitatem. Secundum non indiget pœnitentia sed dispensatione: quia licet nō sit peccatum, inducit tamen irregularitatem, sed facile dispēsatur. Tertium indiget pœnitentia & dispensatione, & difficilius in eo dispensatur, quàm in secundo. Quartum est peccatum, & inducit irregularitatem, super qua solus Papa dispensare poterit. Sed in irregularitate contracta ex homicidio casuali occulto, etiam non deductum in forum iudiciale, potest Episcopus, imò etiam in casuali publico quo ad administrandum in minoribus ordinibus susceptis, & quo ad beneficia simplicia, & in omni irregularitate cōtracta ex delicto occulto, neque deducto ad forum Ecclesiasticum, excepto homicidio occulto voluntario, in quo solus Papa dispensat, sicut in delicto

publico, & ad forum ecclesiasticum deducto, & non solum quando actu interficitur homo, sed etiam quando interficitur partus formatus, & anima infusa, vel quando datur venenum, causa faciendi abortum: talis enim hoc facinus committens, verus reputatur homicida, & tanquam irregularis promoueri non potest. Et homicidium ex consilio illius committitur, exhortatione vel approbatione, quod homicidium fieri debeat, sine cuius consilio non erat committendum. Vt autem occisio sit iusta tria requiruntur. Iustus ordo, iusta causa, iustus animus, & si desit aliquid trium prædictorum, occisio est iniusta Deest autem iusta causa, cum aliquis sine merito occiditur. Deest ordo iustus, cum occidens non est legis minister, & idem si est, sed occidit iuris ordine non seruato, id est, nondũ prolata sententia, quamuis sciat eum à iudice debere occidi. Deest iustus animus, cum iudex occidit libidine lucri, vel vindictæ, & non amore iustitiæ. His positis, Iudex, qui malefactorem ad se delatum publica autoritate morte plectit, (vt Superiores capitanei in bello facere solent) non peccat; nec si iustè aliquem præcipit interfici, non

Homicidiũ ex consilio.

Occasio iusta.

peccat,

peccat, sed irregularis est; irregularitas enim contrahitur sine culpa. Iudex qui tradit hominem in arctum carcerem, vt viuere non posset vltra sex vel octo dies, homicida & irregularis esset. Minister iustitiæ exequens iniustam sententiam cum sit manifesta, & continet in se intolerabiles errores, vt carnifex martyrum, peccat mortaliter & homicida est. Clerici in sacris, quantumcunque sint in dignitate Ecclesiastica constituti, mortaliter peccant, & sunt irregulares, qui aliquem quantumuis criminosum morti addicunt, vel mutilãt. Et hoc ob decentiam, & munditiam, quæ esse debet non solum in sacerdotibus, sed etiã in vasis sacris. Quapropter qui sacris initiantur, sicuti votum emittunt ne se semine polluant, ita lege prohibentur ne sanguine contaminentur. Si verò non essent in sacris, & iustè iudicium sanguinis exercerent occidendo, vel mutilando, irregularitatem tantum incurrerent absque peccato. Ad irregularitatem contrahendã requiritur occisio, aut mutilatio; non enim per solam sanguinis effusionem incurritur irregularitas. Quinimò irregulares sunt etiam clerici, qui solum dictarent aut scriberent sententiam

ſanguinis, quæ conſiſtit in morte, vel mutilatione, vel qui darent conſilium. Immò & omnes miniſtri iuſtitiæ, vt promotor, fiſcalis, iudex, notarius, itē accuſator, aut eius aduocatus, teſtes, oſtendentes reum, vt caperetur, aut qui curiæ tradiderunt, ſunt irregulares ſecuta morte aut mutilatione. Rurſum accelerantes mortem, v.g. qui dicunt condemnato, vt collum extendat, aut manum ligno apponat, vel ſcalam aſcendat, ſunt irregulares; item acuentes ferrum. Exiſtentes autem clerici præſentes ſententię ex ſola libidine nō efficiuntur irregulares, ſed peccant, niſi interſint authoritatem præſtando & auxilium. At ſi præſentes exiſterent ad comitandum morte plectendum, ne in deſperationem veniat, bene facerent. Et ſi non liceat clericis iuriſdictionem temporalem habentibus, aliquem morti adiudicare, tamen Prælatus, ſeu iudex eccleſiaſticus habens iuriſdictionem temporalem, ad euitandum peccatum, & irregularitatem, debet conſtituere iudicem ſecularem, qui audiat cauſas ſanguinis, & illi mandare, vt fiat iuſtitia etiam in ſpeciali ſuper aliquo maleficio, puta homicidio, & interrogatus quid agendum,

dum, respondere potest vt consulantur periti. Possunt etiam Clerici esse consiliarij regum, & dare consilium in legibus condendis, per quas pœna mortis imponatur: modo non immineat casus, propter quem efficitur lex, sed fit generaliter, licet postea casus occurrat, vt quis interficiatur: quia tunc clericus consulens non animaduertit in certam personam, sed prouidet vt homines se abstineant à delicto.

Clericus deponens querelam de malefactoribus coram iudice seculari, tunc tantum euitabit irregularitatem, quando duo concurrunt. Et primum, quod agat ad emendã, & sic ciuiliter de crimine, cum protestatione expressa, quod ad pœnam sanguinis non intendit: nam tunc etiam si iudex iustitia exigente mortem illis inferat, non erit irregularis. Quod cautè faciet, si de protestatione faciat publicam scripturam, secundum quod prosequatur suam, vel suorum iniuriam, secundum communem sententiam Doctorum: Quo casu non solum potest querelam deponere sed etiam illam prosequi, præsentare testes, & omnia agere, quæ pertinent ad victoriam super sua conquestione, & petitione, secundum omnium.

Clericus deponendo querelam quid faciet.

nium mentem. Si vero clericus ageret criminaliter exprefsè, & ad pœnam ſanguinis, tunc non iuuaret proteſtatio ad euitandam irregularitatem, quia eſſet contraria facto. Poteſt tamen Clericus proteſtatione facta abſque metu irregularitatis delictum aliquod præcogitatum, & denique tractatum in graue Reipublicæ diſpendium, vel proximi damnum cautè deferre, ac denunciare in medelam potius, quam ad punitionem, id eſt, cum proteſtatione vt impediatur ne fiat, & non vt aliqua pœna ſaltem deformante reus puniatur: etiã ſi ex huius criminis inquiſitione mors ſequatur, iure & iuſtitia illata, non erit delator irregularis; modo aliter quam per denunciationem huic malo obuiare nequiuerit. Immò non ſolum peccat mortaliter, ſed etiam poteſt puniri is, qui non reuelat crimen committendum contra humanam maieſtatem, modo illud probari poſſit ſcientia probabili. Hoc dictum extenditur ad omnes illos, qui non ſolum tenentur lege charitatis, ſed etiam iuſtitiæ, quemadmodum ſunt filij, ſerui, & ſubditi ſcientes parari crimen in patrem, dominum, aut alium ſuperiorem ſupremum. Si autem clericus abſque

protestatione aliquē accusaret, non habens intentionē, vt reus occidatur, vel mutiletur, tunc secuta morte, vel mutilatione irregularis fieret, cū pœna mortis propter illā accusationem infertur. Si videns furem cum rebus sibi furto ablatis clamauerit, & vicini accesserint, ac furem occiderint contra clamantis protestationem, in tali casu clericus non fit irregularis, cum sit casuale. Homicida apud Deum habetur non solum qui manu hominem interficit, sed etiam, qui incitat aliquem ad certum homicidium: si mors est secuta peccauit mortaliter, & est irregularis; sicut qui consulto aliquem aggreditur, & ex vno vulnere moriatur, fit irregularis: si subitò inter plures vulneratur quis vulneribus multis, & vnum est tantum vulnus lethale, si deprehendi potest qui illud lethale inflixit, erit homicida, & irregularis; quando autem nescitur cuius ictu ille mortuus fuerit, omnes erunt homicidæ & irregulares; etiam qui non habuit animum occidendi, & vulneratus occiditur, fit irregularis. Tandem irregularis est is qui dat occasionem propinquam & ordinatam ad homicidium. Peccat etiam mortaliter & homicida est, qui seipsum

Homicidiū ex incitatione.

Homicidium ex occasione & qui seipsum interficit.

 sum

sum interficit desiderio melioris vitæ, seu fœlicitatis consequendæ. Sic etiam qui hoc faceret ad euitandas vitæ præsentis miserias, vel propter peccatum mortale commissum, sicut fecit Iudas; vel ad euadendum alterius peccatum, vel ad euitādum peccatum proprium, quod inde timetur, v. g. consensum in delectationem veneream, vel ad conseruādam vitam spiritualem proximi. Hinc non tenetur prægnans instante periculo mortis consentire se occidi, vt baptizetur infans, ne spiritualiter moreretur: quia sicut nemo potest innocentem interficere absque peccato mortali, ita nemo potest consentire absque simili peccato, vt alius occidat eum. Peccatum esset mortale sibi aut alicui alteri per abstinentias indiscretas vitam abbreuiare, & propter aliquod infortunium sibi mortem exoptare, sic qui virilia sibi abscinderet, esset homicida & irregularis, etiam si sancta intentione faceret, si verò quis se, vel alium mutilet, quia est membrum corporis corruptiuum non peccat, neque est irregularis; Medicus imperitus, qui ex notabili ignorantia nocet infirmo, exercendo medicinas periculosas, præcipuè in religiosis & sanctis, peccat mortaliter. Hæc

Medicus imperitus.

de primo irregularitatis casu, scilicet homicidio.

Secundus irregularitatis casus, contrahitur per ordines susceptos in excommunicatione maiori, quod idē est dicere de ordinibus susceptis in interdicto, & suspensione, qui si celebrat, cū scit, vel scire teneatur, se esse excommunicatum, aut suspensum, vel interdictum, est irregularis, & semper peccat mortaliter, quoties celebrat post incursam irregularitatem, non autem nouam irregularitatem incurrit, antequam obtineat dispensationem. 3.

Tertius, Contrahitur irregularitas per plures ordines vno die susceptos, præsertim si ordinādi fuerint sub anathematis sententia præmoniti, ne illos simul ordines susciperent, si tali sententia fuerint prohibiti, tunc ordines suscipientes excōmunicatione maiori erūt irretiti, qui ideo, si sine dispēsatione administrent, efficiūtur irregulares.

Quartus, Fit quis irregularis per reiterationem sacramentorum imprimentium characterem, quod de baptismo manifestum est, tam ex parte baptizantis quā rebaptizati. Si verò rebaptizat quis ignoranter, & ignorantia fuerit probabilis, id est, prius adhibita 4.

 dili-

diligentia debita inquirendi, irregularitas non inducitur. Si verò fuit ignorantia facti, & postquam sciuit, habuit ratum, fit irregularis. Si verò rebaptizat quis, aut rebaptizatur in dubio, id est, post debitam diligentiam, non inducitur irregularitas, quia non dicitur reiteratum, quod nescitur esse factum. Similiter, non est irregularis, qui coactè coactione absoluta fuit rebaptizatus, secus si conditionata.

5. *Quintus*, inducitur irregularitas per apostasiam à fide: nam si erat ordinatus, fit irregularis quoad vsum, & si laicus, fit irregularis quo ad susceptionem. Verum si à fide quis defecerit iusto aliquo timore compulsus, si erat sacerdos, solus Papa dispensabit: si alterius inferioris ordinis, Episcopus; attamen si voluntariè, tantum Papa.

6. *Sextus*, Propter infamiam. Septimus,

7. inducitur irregularitas per ordinationem ab Episcopo excommunicato, scilicet, cum sit excommunicatus nominatim, atque denunciatus, vel per manifestã manuũ iniectionẽ in clericũ, & idem est si ordinetur à suspenso & interdicto, vel ab hæretico, vel scismatico.

8. *Octauus*, Si quis scienter ordinetur ab Episcopo, qui Episcopatui renunciauit

stiit, & non solum loco sed etiam dignitati, tunc irregularis efficitur, secus si solum loco, & non dignitati renunciauerit: quod intelligitur si maiores ordines, ab eo susceperit, secus si minores ex licentia proprij Episcopi, & in hac irregularitate solus Papa dispensat, si scienter id fecerit. Si verò ignorantia fuerit probabilis, vt est, si Episcopus renunciationem tacuerit, tunc inferior poterit dispensare.

Nonus, Initiati sacris ordinibus ante legitimam ætatem, vel absque dimissorijs proprij Episcopi literis, vel cum illis quidem, sed deprauatis, aut fictis, vel abrasis, vel extra legitima tempora scienter, sunt ipso iure suspensi, & si susceptum ordinem exercuerint, irregularitatem contrahunt, à solo Papa absoluendi, quamobrem cauere debēt qui ante legitimam ætatem extra tempora iure statuta fuerint sacris ordinibus donati, ne in eisdem absque dispēsatione ministrent, nisi credant se illā habere, & si ordines exercuerint, superueniente scientia abstineāt à celebratione, quia toties quoties celebrauerint, mortaliter peccant, cum transgrediantur præceptum superioris. 9.

Decimus, Irregularis efficitur, si quis 10.

in eo ordine administrat quem non habet, scilicet, exercendo aliquod deputatum certo ordini, tanquam in officio illo cōstitutus, puta legendo Euāgelium vt diaconus, Epistolam vt subdiaconus. Requiritur etiam ad incursendam irregularitatem, vt talem ordinem non habeat quo ad substantiam, secus si in ordinatione dimissum esset aliquid, quod certum est non esse de substantia, quia si ministret, antequam suppleatur amissum, non erit irregularis, quia nullo iure hoc exprimitur, licet peccet mortaliter.

11. *Vndecimus*, Irregularis efficitur, si suspensus, excommunicatus, vel interdictus ingerat se diuinis officijs celebrando, vel administrando in aliquo ordine, saltem minore solemniter. Quod idem intellige de Prælato excōmunicato, impediente aliquem ad celebrandum, vel secundum aliquos, de clerico ministrante sacerdoti excommunicato scienter celebrante.

12. *Duodecimus*, Bigamia inducit irregularitatem. Bigamia, quod est nomen grçcum, triplex dicitur, Vera, Similitudinaria, & Interpretatiua. Vera est eius, qui successiuè duxit duas vxores virgines, & cōsummauit matrimonium. Et

Bigamia triplex.

eius

eius, qui viduam in vxorem adhuc primam acceperit, & consummauit matrimonium. Similitudinaria est, quam incurrit ordine sacro insignitus: aut voto solenni astrictus cum aliqua etiã virgine de facto cõtrahens, & consummans. Interpretatiua autem contrahitur multis modis. Et in his omnibus solus Papa dispensat, quo ad suscipiendos sacros ordines, quia omnis irregularitas solo iure humano introducta est.

Tertius decimus, Defectus etiam, seu abscissio, imbecillitas, vel deformitas cuiuslibet membri principalis etiam occulti, cotingens ob culpam inducit irregularitatem quo ad ordines susceptos, & suscipiendos, & alia officia ecclesiastica, ad quos factus est inhabilis, aut saltem sine notabili horrore, aut deformitate, vel scandalo exercere non valet, vt qui caret oculo sinistro, quem oculum canonis appellamus; qui etiã est gibbosus siue curuus, qui ambulat ligneo pede, leprosi, epileptici, seu epilenti, id est morbo caduco laborantes, arreptitij, energumeni, id est, à dæmone obsessi, etiãm si semel, amentes, lunatici, furiosi, id est à quibus furor nunquam recedit, sunt irregulares, similiter

æqua-

æquali alia infirmitate corporis oppressi, quæ notabile scandalum vsui ordinum præbet tam quo ad susceptos, quam quo ad suscipiendos, saltem quo ad actus, in quibus dictum est scādalū, præbet, in quibus omnibus solus Papa dispensat. Qui vertigines vel syncopas patiuntur, non sunt in iure expressi irregulares, sed paralitici, quando imminet periculum effusionis sanguinis: vel quod hostia cadat de manibus; itē hermaphroditi si sexu fæmineo magis præstant quam virili, sunt irregulares. Defectus linguæ non inducit irregularitatem, modo non impediatur organum, vel loquela. Hinc balbus, seu blesus, id est, qui vitio linguæ non benè exprimere potest verba, & tardè, vel obscurè loquitur: potest ad ordines promoueri, mutus, surdus antequam ordinetur; qui vinum bibere non potest, vel euomit, irregulares sunt. Pertinet etiam ad defectum corporis illegitima natiuitas, siue sint naturales tantum, vt nati ex concubina domi retenta, siue vulgò concepti, vt nati ex publicis meretricibus, siue qui progeniti ex adulterio, siue ex sacrilego concubitu, vel ex incestu, hi omnes ordinari nequeūt, nisi cum illis dispensetur.

Quas;

Quartus decimus, Inducitur irregularitas propter baptismi dilationem in adultis vsque ad ægritudinem. Sub irregularitate comprehenduntur omnes serui empti. vel capti in bello, obligati ad ratiocinia publica, vel priuata, vt habentes officium per quod ad syndicatum conueniri possint, vt gubernatores, iudices, assessores, auditores. Item officiales, rationales, ærarij, thesaurarij, syndici, vel obligati ad priuata ratiocinia, antequam rationem reddiderint, vt tutores, curatores, procuratores, negotiorũ gestores. Sixtus V. Põtifex in Bulla quadã statuit, quod criminosi, ignominiosi, ęre alieno grauati, non possint admitti ad religionẽ sub pœnis in ea contentis. Criminosi verò non tantùm intelliguntur qui realiter crimina perpetrarunt, verum de crimine famoso suspecti, vt de rapina, furto &c. Item Damnati ad triremes, vel in insulam deportati, aut in exiliũ condẽnati; hi enim ex defectu libertatis, cum sint serui pœnæ, sunt irregulares: quod idem de bannitis dicendũ est. 14.

Tollitur irregularitas quatuor modis, & primò per Baptismum excepta illa bigamiæ. Vnde bigamus, ante vel post baptismum non potest promo- 1. *Irregularitas tollitur quatuor modis.*

ueri

ueri, nec corrupta velari. Similiter nec tollitur illa veniens de defectu natalium, sed bene tollitur procedens ex peccato qualitercunque proueniat.

2 Tollitur secundò per religionis ingressum: scilicet, per professionem, excepta illa bigamiæ, & ea, quæ oritur ex homicidio voluntario iniusto.

3 Tertio tollitur, per dispensationem Episcopi, qui quidem primò potest dispensare super irregularitate natalium ad minores ordines tantum, & ad simplicis beneficij susceptionem, secundò dispensat in bigamia similitudinaria, si illa erat virgo, & in homicidio voluntario quo ad primam tonsuram tantum, non autem quo ad beneficia, tertiò dispensat in omnibus irregularitatibus occultè prouenientibus ex casuali homicidio. Hinc deducuntur aliqua, & primò, cum excommunicato exercente ordinem sacrum, tamquam irregulari posse ab Episcopo dispensari, si id ad forum exterius adductum non fuerit. Secundò cum ordinato ante legitimam ætatem, vel sine beneficio, aut patrimonio, sine litteris dimissorijs, interim celebrante tamquam irregularitatis nota maculato Episcopum posse dispensare, si occultum fuerit delictum. Et nota quod non

solum potest dispensare præsentialiter, sed etiam per litteras, vel absoluere ipse, vel alius; potest etiã alijs potestatẽ committere. Et si Episcopus fuerit irregularis, potest sib. eligere Confessarium, qui dispensabit super illa irregularitate, super quã Episcopus cum alijs dispensare poterat, Parocho committente homicidium voluntarium, quæritur an possit celebrare? Resp. ex mente omnium, quod vbi concurrit ius positiuum, scilicet dispensare super irregularitate, & ius naturale, & sit ius diuinum, vt vnusquisque suam famam personamque tueatur, ius diuinum seu naturale positiuo præfertur. Ex quo sequitur, dicto parocho licere celebrare post debitam contritionem & confessionem, ante dispensationem: quia lex diuina, & naturalis de defendenda sua fama, & vita, præstat legi positiuæ de abstinendo à sacris ob irregularitatem prædictam. 4.

Tandem irregularitas tollitur per dispensationem Papæ, qui omnes tollere potest, cum sint de iure positiuo, absoluit & facit facultatem absoluendi ab ea cum id in bullis exprimit, Dispensatio autem fit tali pacto. Authoritate N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa, ego dispenso tecum su- *Forma absoluendi ab irregularitate.*

ſuper irregularitate, vel irregularitatibus, quam vel quas contraxiſti, ex tali cauſa, & reſtituo te ad legitimos actus: In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti Amen. vel ſi res eſſet dubia, ſi cōtraxiſti. Hæc de irregularitate.

CAPVT XI.

De Ceſſatione à diuinis.

DE ceſſatione à diuinis aduertendum eſt: Aliquando cum obedientia non eſt præſtita excommunicationi, nec interdicto, ſolet addi ceſſatio à diuinis, quæ prohibet celebrationem diuinorum officiorum, & adminiſtrationem ſacramentorum, & iam ianuis clauſis. Tunc autem literę Apoſtolicæ benè cōſiderandæ erunt & ſecundum eas iudicandum, quia ligant, quantum Pontifex conceſſit, & non amplius. Eſt ergo ceſſatio à diuinis, quia deſiſtitur ab officijs diuinis, & adminiſtratione Sacramentorum, & diuiditur in generalem, quæ imponitur vniuerſitati, & in particularem, quæ imponitur loco particulari, vt Eccleſię non autem eſt cenſura, vt erat interdictū. Et qui violat ceſſationem à diuinis particularem, non eſt propterea irregula-

Ceſſare à diuinis quid.

gula-

gularis, ſicut qui violat interdictum: & qui priuilegium habet audiendi diuina officia tempore interdicti, non ei ſuffragabitur, vt tempore ceſſationis à diuinis audire poſſit. Nec qui priuilegium habet audiendi tempore ceſſationis generalis, continuo audire poterit tempore ceſſationis particularis. Et hæc de ceſſatione attigiſſe ſatis eſt.

CAPVT XII.

De reſtitutione.

CVm multa ſint neceſſaria Confeſſario vt rectè abſoluat, & pœnitentialis ſiue Sacramentalis abſolutio dari non debeat ſine reſtitutione damni, famæ, rei & bonorum animæ, ideo de reſtitutione huic operi aliqua inſeram, vt confeſſarius ſemper paratus ſit pœnitenti denunciare, quod illi hac in re opus ſit ſcire & facere. Pro intelligentia huius materiæ videnda ſunt octo capita vel puncta. *Primò*, quæ ſpectant ad definitionem reſtitutionis. *Secundò*, quid ſit reſtituendum. *Tertiò*, Quantum. *Quartò*, qui teneantur reſtituere. *Quintò*, Quibus reſtituendum. *Sexto*, Quomodo. *Septimò*, Quando, octauo quo ordine. Primo ſic definitur, Reſtitutio eſt actus iuſtitię commutatiuę, *Diuiſio huius capitis.* *1. Reſtitionis definitio.*

quæ

quæ secundum æqualitatem rei ad rem, redditur alicui, quod ab eo vel volente, vt in contractibus, vel inuito, vt in furtis, est sublatum. Et locum habet vbi ratio debiti intercedit. Alienum quod tenetur domino inuito, siue iustè sit ablatum, siue iustè acceptum, vt per mutuum, est de necessitate salutis restituere, ita vt per dolorem solum non remittatur peccatum, nisi adsit voluntas restituendi. Nemini pollicetur veniam Deus, nisi facta restitutione. *Si autem dixero impio, morte morieris: & egerit pœnitentiã à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum: vita viuet, & non morietur.* Continetur sub præcepto. *Non furtum facies.* Tobias ait, cum vocem balantis hœdi audisset, *Videte ne fortè furtiuus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut contingere. Qui cum fure participat odit animã suã.* *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: &c. nemini quicquã debeatis: nisi vt inuicẽ diligatis.* Res aliena propter quã peccatum est, si reddi potest, & nõ redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur; si autẽ veraciter agitur, nõ dimittitur peccatũ, nisi re-

Ezech. 33.

Exod. 20.

Tob. 2.

Pro. 29.

Rom. 13.

restituatur ablatũ, vbi potest, subintelligitur. Si quis dubitat an res quã possidet sit sua, tenetur id in iudicio discutere, aliter tutus nõ est; nec id mãdare debet hęredibus, & si quis sibi mobile donatũ cõperiat esse alterius, si donãs triẽnio bona fide vsu cępit, restituere nõ tenetur, alias sic. *Secũdo notãdũ*, quid restituendũ sit. Tria sunt genera bonorũ animę, corporis, & externorũ in quibus cadere potest aliqua restitutio. Animæ alia sunt natural a, vt intellectus, ingeniũ, & alia naturaliter acquisita, vel ex labore, vt sciẽtia, virtus, alia simpliciter spiritualia, vt gratia, habitus infusi, in quib⁹ omnib⁹ obesse proximo possum⁹, ideo teneri ad restitutionẽ cõtingit. De bonis verò animi naturalib⁹ & naturaliter acquisitis idẽ est iudiciũ, ac de externis bonis, quia si quis aliũ demẽtaret pręstigijs, vel aliter aut per vim, vel metũ auerteret à studijs, teneretur dãnũ reficere, sicut in temporalib⁹, ad iudicium prudẽtis viri. De supernaturalib⁹ est dubitatio, licet hęc directè auferri nõ possint, possunt tamẽ indirectè ꝑ cõsiliũ, vel suasionẽ, vt si quis vi vel fraude aliquẽ ducit ad peccãdũ, tenetur eũ in pristinũ statũ reducere. Sic si quis aliqẽ impedierit ab ingressu religionis, quidam

2. Quid restituendum sit.

quidam volunt impedientem teneri, eum reducere, vel illi parem dare, vel ipſammet religionem à qua eum impediuit, intrare. Alij autem volunt, niſi illum iuſta cauſa detraxerit, vel ob neceſſitatem parentum, vel magnam debilitatem; non teneri impedientem loco eius religionem ingredi, ſed alia via ſatisfaciendum eſſe pro iniuſtitia. Corporis item bona reſtitutionem requirunt, & ita iniuſtè mutilans, vel occidens; debet reſarcire mutilato vel mortui hæredibus, vt parentibus, filijs, vxori, damnum contractum hominis occiſione, & membri abſciſſione ſecũdum valorem hominis perditi, & mẽbri abſciſſi, ad arbitrium boni viri & ſi quid præterea mortuus, vel mutilatus ſibi & ſuis propria induſtria lucratus eſſet, ſi ſuperuixiſſet & mutilatus non fuiſſet. Eodem modo & fama reſtituenda eſt, vt dicat ſe eſſe mentitũ, niſi ex conuentione læſus alia ratione eſſet contentus.

3\. *Quantũ reſtituendũ ſit.* Tertiò, ſciendum eſt quantum reſtituendum ſit. Tantundem autem reſtitui debet quantum ablatum eſt, & non plus vel minus; quia id requirit æqualitas iuſtitiæ commutatiuæ, quæ eſt finis reſtitutionis, dũ dicitur quod laba-

ablatum est, intelligitur non solum de eo quod quis habebat actu, sed etiam in potētia, & certo vel probabiliter per rem sibi ablatam habiturus erat, & etiam venit id, cuius iacturam subijt ob rem sibi ablatam: quæ omnia restituenda sunt; deductis tamen expensis fiēdis, vt res actu haberetur; & deducto etiam tanto quanto, consideratis omnibus circumstantijs, arbitrio prudentis, res minus valet in potentia, quam in actu, si res certò non erat consequenda, & poterat ex aliquibus impediri: & habendo etiam rationem iniuriæ, quam quis patitur dum inuitus re sua priuatur, quæ ei compensari debet. Vnde si semina destruantur, fructus qui sperabantur, debent iuxta prædictam prudentis æstimationem, expensis deductis, restitui: & quod ex æquo emeritorio sibi furto sublato, erat lucraturus, expensis detractis & in re simili; & pari modo, quod ex pecunia sibi furto ablata, quis erat lucraturus, & si inde aliam sub vsuris accipiat, vt suo satisfaciat creditori, & etiam quantum postea valet plus res, dum eam iniustè & mala fide quis retinuit. Quod si res eadem extat numero vsu nō consumptibilis, eadē, vt equus, domino restitui

Restitutionis finis, æqualitas iustitiæ commutatiuæ.

debet, nisi alia re dominus contentus esse velit. Quod si res est consumpta, & est certi valoris, per legem taxati, alia eiusdem, vel alterius speciei, in eodem valore reddi debet, vel pretium; si verò est incerti valoris, vt vita, sanitas, honor, fama, fructus futuri incerti, vel ignoratur qualitas, & quantitas, vt si cōburitur domus plena varijs rebus, restitutio fieri debet arbitrio prudentis omnibus attentis.

4. Qui restituere teneantur.

Quartò confessario sciendū est, qui restituere teneantur, Quicunque igitur fuerit causa vera, vt alter minus habeat de rebus suis, quam habere debebat, & sic qui directè, vel indirectè rem alienam habet, vel accepit non gratuito, restituere tenetur.

5. Cui restituendum.

Quintò, cui sit restituendum, sciendum est, restitutionem esse faciendam ei, à quo res sublata est, quia hoc facit æquale, nec obstat, quod Dominus sit mortuus, vel ignoretur, nam hæredes succedunt, & si dubitatur cui ex duobus sit restituēdum, potest vni pars dari, alia alij, vbi dubium est æquale: & cū nulli sunt, pauperibus restituendum est. Hoc enim est vero domino restituere, id est christo hæredi vniuersorum, qui succedit in locum veri domini, & ita

ita ablatum est restituendum ei à quo est ablatum, quod intelligitur, si is eius rei est dominus, vel ius habet ad eam, vel eius possessionem, vt dominus, administrator, dispensator, vel custos, vt Prælatus, depositarius &c. Secundò, intelligitur modo aliquis non patiatur damnum ex eo, quod redditur ei id, à quo est acceptum. Et si aliquis acceperit aliquid à latrone bona aut mala fide, debet restituere non latroni, sed vero domino: sic qui rem accipit à seruo, tenetur restituere domino. Patri, qui accepit à filio familias. Superiori, qui à religioso.

Sextò, quomodo restituendum sit, attende. Primò, vt integrè æquale debitum restituatur. Secundò, seruandas esse circumstantias loci, temporis, modi, vnde aliquando secreto, aliquando publicè, aliquando per se, aliquando per alium, agendum id est, tamen debet curare, vt perueniat ad manus creditoris, alias non satisfacit. Tertiò, cum multi sunt creditores, ordinē esse seruandum. Quando ablatum est aliquid occultè, vt fama seruetur, restitutio debet fieri per alium, qui nomine incerto id det creditori, recepta confessione recepti, & potest fieri per confessorem. *6. Quomodo restituendum.*

ueri, nec corrupta velari. Similiter nec tollitur illa veniens de defectu natalium, sed bene tollitur procedens ex peccato qualitercunque proueniat.

.2 Tollitur secundò per religionis ingressum: scilicet, per professionem, excepta illa bigamiæ, & ea, quæ oritur ex homicidio voluntario iniusto.

.3 Tertio tollitur, per dispensationem Episcopi, qui quidem primò potest dispensare super irregularitate natalium ad minores ordines tantum, & ad simplicis beneficij susceptionem, secundò dispensat in bigamia similitudinaria, si illa erat virgo, & in homicidio voluntario quo ad primam tonsuram tantum, non autem quo ad beneficia, tertiò dispensat in omnibus irregularitatibus occultè prouenientibus ex casuali homicidio. Hinc deducuntur aliqua, & primò, cum excommunicato exercente ordinem sacrum, tamquam irregulari posse ab Episcopo dispensari, si id ad forum exterius adductum non fuerit. Secundò cum ordinato ante legitimam ætatem, vel sine beneficio, aut patrimonio, sine litteris dimissorijs, interim celebrante tamquam irregularitatis nota maculato Episcopum posse dispensare, si occultum fuerit delictum. Et nota quod non

solum potest dispensare præsentialiter, sed etiam per litteras, vel absoluere ipse, vel alius; potest etiã alijs potestatẽ committere. Et si Episcopus fuerit irregularis, potest sib eligere Confessarium, qui dispensabit super illa irregularitate, super quã Episcopus cum alijs dispensare poterat, Parocho committente homicidium voluntarium, quæritur an possit celebrare? Resp. ex mente omnium, quod vbi concurrit ius positiuum, scilicet dispensare super irregularitate, & ius naturale, & sit ius diuinum, vt vnusquisque suam famam personamque tueatur, ius diuinum seu naturale positiuo præfertur. 4. Ex quo sequitur, dicto parocho licere celebrare post debitam contritionem & confessionem, ante dispensationem: quia lex diuina, & naturalis de defendenda sua fama, & vita, præstat legi positiuæ de abstinendo à sacris ob irregularitatem prædictam.

Forma absoluendi ab irregularitate.

Tandem irregularitas tollitur per dispensationem Papæ, qui omnes tollere potest, cum sint de iure positiuo, absoluit & facit facultatem absoluendi ab ea cum id in bullis exprimit. Dispensatio autem fit tali pacto. Authoritate N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa, ego dispenso tecum su-

ſuper irregularitate, vel irregularitatibus, quam vel quas contraxiſti, ex tali cauſa, & reſtituo te ad legitimos actus: In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti Amen. vel ſi res eſſet dubia, ſi cõtraxiſti. Hæc de irregularitate.

CAPVT XI.

De Ceſſatione à diuinis.

DE ceſſatione à diuinis aduertendum eſt: Aliquando cum obedientia non eſt præſtita excommunicationi, nec interdicto, ſolet addi ceſſatio à diuinis, quæ prohibet celebrationem diuinorum officiorum, & adminiſtrationem ſacramentorum, & iam ianuis clauſis. Tunc autem literę Apoſtolicæ benè coſiderandæ erunt & ſecundum eas iudicandum, quia ligant, quantum Pontifex conceſſit, & non amplius. Eſt ergo ceſſatio à diuinis, quia deſiſtitur ab officijs diuinis, & adminiſtratione Sacramẽtorum, & diuiditur in generalem, quæ imponitur vniuerſitati, & in particularem, quæ imponitur loco particulari, vt Eccleſię non autem eſt cenſura, vt erat interdictũ. Et qui violat ceſſationem à diuinis particularem, non eſt propterea irregula-

Ceſſare à diuinis quid.

gula-

gularis, ſicut qui violat interdictum: & qui priuilegium habet audiendi diuina officia tempore interdicti, non ei ſuffragabitur, vt tempore ceſſationis à diuinis audire poſſit. Nec qui priuilegium habet audiendi tempore ceſſationis generalis, continuo audire poterit tempore ceſſationis particularis. Et hæc de ceſſatione attigiſſe ſatis eſt.

CAPVT XII.

De reſtitutione.

CVm multa ſint neceſſaria Confeſſario vt rectè abſoluat, & pœnitentialis ſiue Sacramentalis abſolutio dari non debeat ſine reſtitutione damni, famæ, rei & bonorum animæ, ideo de reſtitutione huic operi aliqua inſeram, vt confeſſarius ſemper paratus ſit pœnitenti denunciare, quod illi hac in re opus ſit ſcire & facere. Pro intelligentia huius materiæ videnda ſunt octo capita vel puncta. *Primò*, quæ ſpectant ad definitionem reſtitutionis. *Secundò*, quid ſit reſtituendum. *Tertiò*, Quantum. *Quartò*, qui teneantur reſtituere. *Quintò*, Quibus reſtituendum. *Sexto*, Quomodo. *Septimò*, Quando, octauo quo ordine. Primo ſic definitur, Reſtitutio eſt actus iuſtitię commutatiuę. quæ

Diuiſio huius capitis.

1. Reſtitionis definitio.

quæ secundum æqualitatem rei ad rem, redditur alicui, quod ab eo vel volente, vt in contractibus, vel inuito, vt in furtis, est sublatum. Et locum habet vbi ratio debiti intercedit. Alienum quod tenetur domino inuito, siue iustè sit ablatum, siue iustè acceptum, vt per mutuum, est de necessitate salutis restituere, ita vt per dolorem solum non remittatur peccatum, nisi adsit voluntas restituendi. Nemini pollicetur veniam Deus, nisi facta restitutione. *Si autem dixero impio, morte morieris: & egerit pœnitentiã à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum: vita viuet, & non morietur.* Continetur sub præcepto. *Non furtum facies.* Tobias ait, cum vocem balantis hœdi audisset, *Videte ne fortè furtiuus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut contingere. Qui cum fure participat odit animã suã. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: &c. nemini quicquã debeatis: nisi vt inuicẽ diligatis.* Res aliena propter quã peccatum est, si reddi potest, & nõ redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur; si autẽ veraciter agitur, nõ dimittitur peccatũ, nisi re-

Ezech. 33.

Exod. 20.

Tob. 2.

Pro. 29.

Rom. 13.

restituatur ablatū, vbi potest, subintelligitur. Si quis dubitat an res quā possidet sit sua, tenetur id in iudicio discutere, aliter tutus nō est; nec id mādare debet hęredibus, & si quis sibi mobile donatū cōperiat esse alterius, si donās trienio bona fide vsu cæpit, restituere nō tenetur, alias sic. *Secūdo notādū*, quid restituendū sit. Tria sunt genera bonorū animę, corporis, & externorū in quibus cadere potest aliqua restitutio. Animæ alia sunt naturalia, vt intellectus, ingeniū, & alia naturaliter acquisita, vel ex labore, vt sciētia, virtus, alia simpliciter spiritualia, vt gratia, habitus infusi, in quib⁹ omnib⁹ obesse proximo possum⁹, ideo teneri ad restitutionē cōtingit. De bonis verò animi naturalib⁹ & naturaliter acquisitis idē est iudiciū, ac de externis bonis, quia si quis aliū demētaret pręstigijs, vel aliter aut per vim, vel metū auerteret à studijs, teneretur dānū reficere, sicut in temporalib⁹, ad iudicium prudētis viri. De supernaturalib⁹ est dubitatio, licet hęc directè auferri nō possint, possunt tamē indirectè p̄ cōsiliū, vel suasionē, vt si quis vi vel fraude aliquē ducit ad peccādū, tenetur eū in pristinū statū reducere. Sic si quis aliqē impediuerit ab ingressu religionis, quidam

2. *Quid restituendum sit.*

quidam volunt impedientem teneri, eum reducere, vel illi parem dare, vel ipsammet religionem à qua eum impediuit, intrare. Alij autem volunt, nisi illum iusta causa detraxerit, vel ob necessitatem parentum, vel magnam debilitatem; non teneri impedientem loco eius religionem ingredi, sed alia via satisfaciendum esse pro iniustitia. Corporis item bona restitutionem requirunt, & ita iniustè mutilans, vel occidens, debet resarcire mutilato vel mortui hæredibus, vt parentibus, filijs, vxori, damnum contractum hominis occisione, & membri abscissione secũdum valorem hominis perditi, & mẽbri abscissi, ad arbitrium boni viri & si quid præterea mortuus, vel mutilatus sibi & suis propria industria lucratus esset, si superuixisset & mutilatus non fuisset. Eodem modo & fama restituenda est, vt dicat se esse mentitũ, nisi ex conuentione læsus alia ratione esset contentus.

3. *Quantũ restituendũ sit.* Tertiò, sciendum est quantum restituendum sit. Tantundem autem restitui debet quantum ablatum est, & non plus vel minus, quia id requirit æqualitas iustitiæ commutatiuæ, quæ est finis restitutionis, dũ dicitur quod laba-

ablatum est, intelligitur non solum de eo quod quis habebat actu, sed etiam in potētia, & certo vel probabiliter per rem sibi ablatam habiturus erat, & etiam venit id, cuius iacturam subijt ob rem sibi ablatam: quæ omnia restituenda sunt; deductis tamen expensis fiendis, vt res actu haberetur; & deducto etiam tanto quanto, consideratis omnibus circumstantijs, arbitrio prudentis, res minus valet in potentia, quam in actu, si res certò non erat consequenda, & poterat ex aliquibus impediri: & habendo etiam rationem iniuriæ, quam quis patitur dum inuitus re sua priuatur, quæ ei compensari debet. Vnde si semina destruantur, fructus qui sperabantur, debent iuxta prædictam prudentis æstimationem, expensis deductis, restitui: & quod ex æquo emeritorio sibi furto sublato, erat lucraturus, expensis detractis & in re simili; & pari modo, quod ex pecunia sibi furto ablata, quis erat lucraturus, & si inde aliam sub vsuris accipiat, vt suo satisfaciat creditori, & etiam quantum postea valet plus res, dum eam iniustè & mala fide quis retinuit. Quod si res eadem extat numero vsu nō consumptibilis, eadē, vt equus, domino restitui

Restitutio in finis, æqualitas in iustitia cōmutatiua.

debet, nisi alia re dominus contentus esse velit. Quod si res est consumpta, & est certi valoris, per legem taxati, alia eiusdem, vel alterius speciei, in eodem valore reddi debet, vel pretium; si verò est incerti valoris, vt vita, sanitas, honor, fama, fructus futuri incerti, vel ignoratur qualitas, & quantitas, vt si cōburitur domus plena varijs rebus, restitutio fieri debet arbitrio prudentis omnibus attentis.

4. Qui restituere teneantur. Quartò confessario sciendū est, qui restituere teneantur, Quicunque igitur fuerit causa vera, vt alter minus habeat de rebus suis, quam habere debebat, & sic qui directè, vel indirectè rem alienam habet, vel accepit non gratuito, restituere tenetur.

5. Cui restituendum. Quintò, cui sit restituendum, sciendum est, restitutionem esse faciendam ei, à quo res sublata est, quia hoc facit æquale, nec obstat, quod Dominus sit mortuus, vel ignoretur, nam hæredes succedunt, & si dubitatur cui ex duobus sit restituēdum, potest vni pars dari, alia alij, vbi dubium est æquale: & cū nulli sunt, pauperibus restituendum est. Hoc enim est vero domino restituere, id est christo hæredi vniuersorum, qui succedit in locum veri domini, &

ita

ita ablatum est restituendum ei à quo est ablatum, quod intelligitur, si is eius rei est dominus, vel ius habet ad eam, vel eius possessionem, vt dominus, administrator, dispensator, vel custos, vt Prælatus, depositarius &c. Secundò, intelligitur modo aliquis non patiatur damnum ex eo, quod redditur ei id, à quo est acceptum. Et si aliquis acceperit aliquid a latrone bona aut mala fide, debet restituere non latroni, sed vero domino: sic qui rem accipit à seruo, tenetur restituere domino. Patri, qui accepit à filio familias. Superiori, qui à religioso.

Sextò, quomodo restituendum sit, attende. Primò, vt integrè æquale debitum restituatur. Secundò, seruandas esse circumstantias loci, temporis, modi, vnde aliquando secreto, aliquando publicè, aliquando per se, aliquando per alium, agendum id est, tamen debet curare, vt perueniat ad manus creditoris, alias non satisfacit. Tertiò, cum multi sunt creditores, ordinē esse seruandum. Quando ablatum est aliquid occultè, vt fama seruetur, restitutio debet fieri per alium, qui nomine incerto id det creditori, recepta confessione accepti, & potest fieri per confessorem. *6. Quomodo restituendum.*

7. *Quando restituēdum.* Circa Septimum, quando restituendum sit, dico, Restituēdum esse semper, quando quis alienum retinet domino inuito, siue iniquè abstulerit, siue tempus solutionis fiendæ aduenerit. Nota etiam id esse intelligendum moraliter, & in animi præparatione, semper enim debet esse paratus restituere, ergo perpetrabit nouum peccatum. Primò, quoties proponit non restituere. Secūdò, quoties vtitur alieno, quod tenetur restituere, licet de restitutione non cogitet, denique quoties commodè potest, & animaduertit creditores id velle, vel petitur, nec tamen restituit, peccat mortaliter. Impotentia tamen debitoris aliquando excusat, vt si non possit sine periculo vitæ, vel famæ, vel non sine detrimento sui gradus, vel bonorum suorum, restituere, tunc enim statim non tenetur restituere, omnem tamen adhibeat diligentiam, vt per se, aut per alium, manifestè vel occultè restituat, cum sit res conscientiæ & salutis; & confessarius non potest tales absoluere, qui cum possunt non restituunt; & si non possunt in toto simul faciant per partes, petantque dilationem, si de præsenti soluere non valent à creditore vel à confessario, qui e-

um absoluere poterit, attẽtis prædictis, videlicet, vt si statim totum soluere potest id faciat, si partem tantum, id agat, si est impotens, consideretur impotẽtia naturæ, & status, & pariter creditoris, & credendum est ei in foro conscientiæ, & absolui potest sine exactione iuramenti, vel alterius cautionis, nisi sit vehemens suspitio de contrario, vt quia pluries eidem, vel alteri confessori promisit restitutionem, nec fecit.

Circa octauum autem, quo ordine sit facienda restitutio, Tria sunt certa. Primò quod si debitor potest omnibus, tenetur omnibus. Secundò, cum non potest omnia, debet quæ potest. Tertiò, quod tunc non licet componere pro incertis in fraudem crediti. Quo ad ordinem, cum non potest omnibus satisfacere, nota esse seruandas leges particulares rei publicæ. Item Primo loco certis creditoribus esse satisfaciendum, quam incertis, ex communi sententia, secus vbi debentur incerta, quia sic indifferenter debentur ecclesię vel pauperibus, vt si quis haberet calicem, secundo loco sunt prius bona restituenda, quæ habentur in propria specie, & extant, vt deposita, pignorata, commodata, quam alia: Tertiò, prius 8 *Quo ordine sit restituendum.*

realia, quam personalia. Quartò, prius in personalibus, quæ debentur ex contractu, quam delicto, vt quando quis per emptionem, vel mutuum debitum contraxit, cuius ratione bona eius dicuntur hipothecata, quia debita ex cōtractu sunt magis debita, quia creditor dedit æquiualens ea intentione, vt sibi tantundem ex iustitia redderetur, & sic in alijs in quibus tamen semper, ordo naturæ & charitatis seruandus erit, vt quia vnus creditor sit in extrema necessitate, vel necessitate status, alij non, sic enim primo in conscientia solui debet, nisi res eadem extet, quæ debetur domino, excepta extrema necessitate alterius creditoris, seruatis etiam legibus peculiaribus & consuetudinibus. Enumerantur aliqui casus restitutionis qui, vt confessario in prōptu ad manus esse possint, hic ponuntur. 1. Restituere tenetur simoniacus in beneficio, Beneficium, & fructus quos simoniacè est adeptus. Simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum: vt sit peccatum mortale, oportet vt sit actus voluntarius. Peccatum enim est eatenus peccatum, quatenus est voluntarium, & ad differentiam eorum

Casus restitutionis primus est.

Simonia quid sit.

rum, quæ ignoranter, vel inconsideratè, committuntur, est studiosa & deliberata, & fit contracta, non gratuito, in rebus speritualibus secundum suam essentiam, quæ aut corporalia sunt, vt reliquiæ sanctorũ; aut incorporalia, vt virtutes & dona Dei. Sunt enim quędã spiritualia per causam, vt sunt sacramenta, quia per ea consequimur gratiam. Quædam speritualia per Statutum Ecclesiæ, vt est Religio, Quædam sunt spiritualia, quæ dependent à potestate spirituali, vt est absolutio ab Excommunicatione. Est enim absolutio ministerium Ecclesiasticum, & quid spirituale, pro quo pecunia non est exigenda. Quædam sunt spiritualia ratione officij. Hinc qui pro ministerio, id est, officio exercendo, veluti pro consecrandis vestibus, calice, & similibus acciperet, vel exigeret aliquid temporale, simoniacus esset. Quædam sunt annexa spiritualibus, quia sunt deputata ad vsum spiritualium, vt vasa sacra, vestes sacerdotales, & similia. Quędam vero sunt spiritualibus annexa, sicut corpus animæ annectitur, vt sunt beneficia Ecclesiastica, vel vt ornamentum adiungitur vesti, & sic spiritualibus, annexum dicitur ius patro-

natus quare sicut in spiritualibus, ita in connexis spiritualibus simonia committitur, & sicut transactio prohibetur in spiritualibus, ita etiam in iure patronatus. Corporalia, & incorporalia quæ secundum suam essentiam sunt spiritualia, non cadunt in conuentionem, & de iure vendi non possunt: si autem de facto vendantur, id non fit sine vitio simoniæ. Simon Magus in nouo testamento huius sceleris primus author extitit. Sicut enim Giezi in veteri testamento
4. Reg. 5. voluit vendere sanitatem Naaman Siro, sic & iste voluit emere donum Dei.
Act. 8. Vnde Gieziticus est dicendus, qui vendit gratiam, simoniacus qui emit. Quã vero detestabile sit crimen simoniæ, multorum exemplis in vtroque testamento facilè probatur, Giezi qui sanitatem vendidit, sanitatem amisit & leprosus factus est. Iudas redemptoris gratiam vendidit, & laqueo se interemit: Simon damnationis sententiam à Petro audiuit. Dominus etiam omnibus peccatoribus in templo dimissis, solos simoniacos an detestationem criminis exclusit. Propterea simoniam quidam hæresin, quidam crimen læsæ maiestatis, quidam piaculare flagitium.

um, execrabile vulnus, capitale crimē, pestem, labem, vocitant. Trina est simoniæ species, Mentalis, Conuentionalis quæ alio modo dicitur Realis imperfecta, & Realis perfecta, Mentalis, est internum propositum, & intentio dandi aut recipiendi spirituale pro temporali. Et hæc duplex est, Altera, quæ neque peruenit addationem, neque ad receptionem, hæc cum Ecclesia de occultis non indicet non est pœnis iuris subiecta. exēplum, si mente reuoluerē, si Episcopus mihi daret prębendam, darem illi centum florenos. Altera est, dum quis foris munera offert ea intentione praua sed latenti, dum celat qua intentione id facit. Et dum Prælatus corrupta etiam intentione occulta, spirituale confert, quarum vtramque peccatum esse mortale asseritur. Tales simoniaci mentales hoc est, sine omni conuentione, non tenentur etiam in foro conscientiæ ad restitutionem eorum, quæ ex mente, affectuque simoniaco acquirunt, siue sint spiritualia, siue temporalia, sed sola eis pœnitentia sufficit, Quod secus tamen est in vsura, quæ sola intentione committitur, ita quod recipiens ad restitutionem tenetur.

Simoniæ species tres.

Conuentionalis dicitur illa, quando pactum interuenit. Et hæc duplex. Altera ex neutra parte executa: nam antequam collatio fiat vtrinque à præcedenti conuentione desistitur. Altera ex vna tantum parte executa, quamuis graue peccatum commissum est, nemo tamen pœnas iuris incurrit, sed sufficit delicti pœnitentia. Simonia verò realis est illa, quæ fit pacto expresso, vel tacito, hoc est nutibus, significato ex vtraque parte completa saltem quo ad aliquam partem promissorum vtriusque partis, & hæc non solum obligat ad peccatum mortale, sed etiam reddit collationem nullam, & tales simoniaci tenentur ad restituendum taliter accepta. Ad cognoscendum Simoniam, tria requiruntur. Primum, vt intercedat res spiritualis. Secundum, vt intercedat res temporalis, vt pretium & munus, siue sit munus ab obsequio, vt seruitus indebitè impensa; siue munus à manu, vt pecunia: siue munus à lingua, vt fauor. Tertium vt res temporalis intercedat per modum pretij. His enim tribus cõcurrentibus est simonia, quorum si vnũ deficit, talis dici non potest. His positis, deciduntur multę quæstiones, quarũ prima est; Sacerdos in stipẽdium.

Tria concurrunt ad simoniam perficiendam.

dium sustentationis potest accipere denarios, vt aliquoties in hebdomada celebret. Stipendij appellatione non tantum venit cibus & potus, sed quicquid est necessarium ad victum & vestitum sui, & eorum quorum sibi cura incumbit, & hic sacerdos tali modo celebrans, non quærit pretium missæ, sed sustentationem. Item pro obligatione excipere confessiones, præbere in parochijs aliqua obsequia; potest sine simonia fieri, cum sit temporale, & sub pacto poni, licet opera sint spiritualia, cũ id Ecclesia pro cõsuetudine habeat. Tertia, Sacerdos qui à lõginquo accersitur ad audiẽdas confessiones infirmorum, vel etiã missam celebrandã, potest pro itineris labore pretium exigere, quia sunt opera antecedentia sacramentum. Quarta, Simoniam non committit concionator, si post conciones petit mercedem pro labore quam insumpsit, in proferendo verbum Dei, immò etiam hoc potest pacisci ante concionem. Quod quidem tunc procedit, quando principalis intẽtio, & causa fuit seminare verbum Dei, vt animæ ad Deum conuertantur, & postea recipere pretium pro honesta sustentatione, & pro victu & pro librorum sumptu.

Stipendij appellatio.

tu, non vt directè pro ſpiritualibus recipiat temporale, ſed in compenſationem damnorum, quæ ſuſtinet in exhibendo præſentiam, & trahendo moram in ſpiritualibus impendendis, & ſic in multis alijs. Hæc breuiter de Si-
2. monia. Secundò Reſtituere tenetur officialis aſſumptus ad officium contra iuris diſpoſitionē quicquid ex officio lucratus eſt, & ſi quid illicitè acquiſiuit, ſecus tamen in aduocato, ſi quid vltra quam debeat lucratus eſt, modo ſit ei liberaliter datum, & non ex improbitate, vel contra legem notabiliter,
3. Tertiò, reſtitui debent acquiſita ex cōmercio dānato, vbi impeditur domi-
4. nij translatio, alias non. Quartò, reſtituere tenentur Vſurarij & eorum hæredes, id quod ex vſuris obtentum eſt.

Vſura quid. Vſura eſt voluntas capiendi lucrum aliquod temporale vltra ſortem cauſa mutui principaliter pro ſola temporis

Lucrum. dilatione prouenien s. Lucrum aliquod id eſt, omne incrementum, ſeu ſuperabundantiam, & quicquid ſorti mutuatæ accedit, ſiue cōſiſtat in pecunia, ſiue in fructibus, ſiue quouis alio modo

Sors, quot modis accipiatur. vltra ſortem, id eſt capitale. Sors pluribus modis accipitur, *Primò*, in bonum, vnde ſcriptum eſt. *Sors cecidit ſuper Matthiam.*

tiam. *Secundò* in malum, vnde scriptum est. *Super vestem meam miserũt sortem*. *Tertiò*, capitur pro fortuna, vel euẽtu. *Quartò* pro sortilegio. *Quintò* pro portione, seu hæreditate. Hic autem capitur pro capitali & principali pecunia data. Mutuum est explicitum, quando quis expresse mutuat decem: implicitum autem illud dicitur, quando quis venderet merces suas vltra rigidũ & summum precium illis, qui emunt ad futuram pecuniam, nam hoc pacto committitur vsura palliata. Implicitum enim dicitur hoc mutuum, quia vendit tibi quis merces pro decem, perinde ac si præsentem pecuniam solueres: sed quia non es soluendo, mutuat tibi venditor breui manu illa decem, vt eadem restituas cum lucro, & superabundantia, quæ est illud summum precium. Additur *causa mutui*, quia lucra quæ proueniunt ex alijs contractibus, puta locationem, alijsque rebus, non dicuntur propriè vsuræ, quia locator retinet dominium rei locatæ, propter quod suæ rei ad eum pertinet dominium, sed creditor transfert illud ad debitorem. Item res locata consumitur, & deterioratur per vsum, & eadem res numero reddenda est, quod non est in

Mutuum explicitũ & implicitum.

mutuo: satis enim est, vt reddatur æquiualens, quare potest locator aliquid recipere pro re locata, & nō creditor pro re fœnerata. Dicitur, *Pro sola temporis dilatione prouueniens*, quia si lucrum eueniret ex dependentia conditionis appositæ in mutuo, vel ex re propria, non esset vsura. Cum vsura duplex sit, Alia, de qua dominus inquit, *Et ego veniens cū vsuris exegissem illam*, hanc exigit Deus volens vt in bonis acceptis ab eo semper proficiamus. Alia à legistis, quæ appellatur fœnus, quod est illud lucrum, quod accipitur ex mutuo, & talis vsura est peccatum mortale: tum quia species est homicidij spiritualis, quia deuorat facultates hominum; tum quia species est furti, cum per eam contrectetur res aliena inuito domino. Hæc autem omni iure reperitur prohibita. Primò iure diuino, per Prophetas, & in lege Euangelica. Iure diuino, *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum ante solis occasum reddes ei. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniā nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Fratri autem tuo absque vsura id quo indiget commodabis.* Hinc fit quod vsura est

Lucæ 19

Vsura peccatum mortale & prohibita.

Exod. 22.

Deut. 23.

indiſpenſabilis, cũ ſit iure diuino prohibita, quod procedit etiamſi vſura erogaretur in pios vſus, v. g. mutuo tibi centum cum pacto, vt nihil mihi ſoluas, ſed vt ſoluas decem pro centenario, pro eleemoſina danda pauperibus, vel pro redemptione captiuorum. Eſt etiam prohibita per Prophetas, vnde. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo: &c. Qui iurat proximo ſuo & non decipit, qui pecuniã ſuam non dedit ad vſuram: & munera ſuper innocentem non accepit.* Item in lege Euangelica, quæ tanquam perfectior cæteris, nõ ſolum prohibet vſuram realem, ſed etiam mentalem, cum publicani è telonio vocantur. Eſt etiam prohibita in iure Canonico, quatuor Concilijs. Iure nouo authentico Imperatoris, tãdem & iure Ciuili: nam Imperator mãdat ſeruari regulas & traditiones Apoſtolicas, & Euangelicas, ergo prohibet vſuram, cum in Euangelio ſit prohibita. Sunt autem prohibitæ vſuræ pluribus de cauſis. Primò quia proximi & maximè pauperes per eam trucidantur & depauperantur. Secundò, propter famem, quia ruſtici prædia colentes potius ponerent pecunias ad vſuras, quã colerent agrum, & ſic fame poſſent pe-

Pſal. 14.

Luc. 5.

1. *Rationes quare vſura ſit prohibita.*

2.

3. rire gentes. Tertiò, propter idolatriam. Plus enim gentes diligerent pecuniam
4. quam Deum. Quartò propter dilectionem, quia tenemur diligere proximũ sicut nosmetipsos, quæ tolleretur, si proximo subueniretur intuitu lucri, & non charitatis. Quintò, quia pecunia
5. non est instituta ad germinandum, sicut nec sal, & contrarium vult vsura.
6. Sextò, quia venditur tempus quod est commune omnibus, & æqualiter est concessum omnibus. Est autem adeò vsuræ crimen execrabile, vt non solum illa prohibita sit omni iure, sed etiam præter animæ damnationem, ac perditionem, Canones multiplices pœnas statuerunt aduersus manifestos vsurarios. Sed priusquam ad illarum explicationem deueniamus, optimum erit discutere, qui sint manifesti vsurarij. Manifestum altero ex duobus modis sumitur. Vno, cum publicè omnibus videntibus aliquid fit; altero modo sumi potest pro ipso actu frequentato. Hæc autem actuum frequentia duobus modis exerceri potest. Aut enim publicè in foro, vt qui manifestè & palam vsuras exercent, & tenent publicè mensam paratam & mutuant omnibus sub vsuris, sicut meretrix in prostibulo cō-

stituta

ſtituta, & non ſolum hi qui publicè mutuant ſub vſuris,ſed etiam qui merces vendunt pecunia vltra precium rigidum, & dicuntur manifeſti notorietate facti, ex ipſa operis euidentia, quæ nullam axcuſationem affert. Alio modo hæc actuum frequentia exerceri poteſt in domo propria, vt qui domi has vſuras exercent. Dicitur etiam manifeſtum, notorietate iuris, vt per confeſſionem, vel perconuictionem, vel condemnationem iudicis Hinc vſurarij manifeſti dicuntur hi, qui confeſſi ſunt delictum in iudicio, vel condemnati, aut conuicti teſtibus de vſuraria prauitate, & per iudicem publicati, vt vſurarij, & non ante. Teſtes deponere poſſunt de ſeipſis, ſcilicet, quod ipſi receperint ſub vſuris pecuniam ab ipſo, & valent teſtes in fauorem aliorum,tamen eis non prodeſſet, niſi poſtquam iudex declarauerit illum manifeſtum vſurarium, & quando vſura repetitur, valent ad minus duo teſtes concordes. Manifeſtus etiam vſurarius eſt, qui coram ſacerdote, & teſtibus publicè cõfeſſus eſt ſe eſſe vſurarium, & vſuras mandauit reſtitui, fortè librum rationum tradens. Pœnæ cõtra tales vſurarios conſtitutę ſunt.

Vsurariorũ pœnæ. 1. sunt. Quarum prima est, quod vsurarius manifestus, qui non præstiterit cautionem sufficientem de restituendo cum pignoribus, vel fideiussoribus, quando realem restitutionem facere non poterit ijs à quibus eos extorsit, si præsentes sunt, alioquin eis, qui acquirere possunt vel pauperibus, non est absoluendus in sacra-
2. mento confessionis. Secunda est, quia est exclusus à sanctissima communio-
3. ne. Tertia est, quod non possint testari, nec donare causa mortis. Testamentum enim huiusmodi est ipso iure irritum, nisi prius fiat restitutio, vel præstetur cautio de restituendo, quę erit idonea personis fide dignis de testatoris parochia, Hinc non sufficit nuda cautio, sed cum pignore vel fideiussore, & debet in cautione exprimi quantitas certa, quando hoc manifestè apparet, alias debet exprimi, & moderari arbi-
4. trio recipientis illam. Quarta est publicatio bonorum mobilium & immo-
5. bilium. Quinta est quod carent Eccle-
6. siastica sepultura. Sexta, Non possunt
7. habitare inter fideles, & non debet eis
8. locari domus in ciuitate. Septima, Sunt ipso iure excommunicati. Octaua, sunt ipso iure infames. Vnde sequ-

tur,

tur, quod eis dignitatis portæ non patent. Et cum frater possit annullare testamentum fratris instituta persona infami, idem dicendum instituto vsurario manifesto. In his pœnis oportet, vt sit delictum consummatum in pacto & contracto vsurario. Conditiones quæ vsuram constituunt tres sunt, Prima, quod id, quod expetitur sit pecunia æstimabile; Secunda, vt ratione mutui expetatur, & non quia alias debitum, vel alia via: Tertia, vt ducatur in pactum expressum, vel tacitum. Accipere aliquid vltra sortem, id est lucrum ex mutuo sortis principaliter intentũ, est omne, quod cõsistit in pondere, numero, & mensura siue sit triticum, siue vinum, siue diuersi generis munuscula.

Tres vsurarũ conditiones constituentes.

Vltra sortẽ aliquid accipere, quid sit.

Sed modo ad casuum decisiones veniamus. *Prima*, Mutuans pecuniam alicui, cum pacto vt sibi remutuet, vel vt pro ipso patrocinetur, vel intercedat, vel aliquid sibi scribat, vsuram committit; est enim aliquid pecunia æstimabile. *Secunda*, Pari ratione, mutuare pecuniam Ciceroni, vt sic magis vadat ad suum molendinum, quam instituit ire ante receptionem pecuniæ, vsura est: cum perdere libertatem, & se alteri subijcere, sit aliquid pretio æstimabile.

Decisiones primæ cõditionis. 1.

2.

eodem

eodem modo, qui sua potentia cogit homines ad suum molendinum, qui cum minori amissione temporis possent alibi molere. *Tertia*, Mutuare similiter vt vadat quis ad suum furnum, vt colat suum agrum salua sua mercede: vel ciuitati, vt interim dum suam pecuniam non soluit, sit immunis à vectigalibus, vsura est: quia huiusmodi obligationes sunt pecunia æstimabiles. *Quarta*, Qui Regi, Marchioni, aut Duci mutuat centum cum pacto vt sibi conferat dignitatem vel officium, vsuram committit, quia res est pecunia æstimabilis propter prouentus & stipendia. *Quinta*, Regi mutuare, vt ab eo tributorum onere exoneretur, siue vt per priuilegium subsignatum fiat nobilis, vsuram committit, quia illud est pecunia æstimabile. *Sexta*, Qui mutuat centum non in pecunia mutuata, sed cum pacto, vt illos exigat à suis debitoribus suis expensis, qui sunt difficilis exactionis, vsurarius est; quia illa exactio pecunia est lucrum pretio æstimabile; cum sit lucrum cum creditore cum damno debitoris. *Septima*, Si debitor grauatur vectura cum frumentum in eminentiori loco mutuat vt restituatur cominus, si frumentum corruptum

tum aut corruptioni proximum, vel vinum acidum mutuat cum pacto, vt nouum vel recens restituat, vsura committitur. *Octauo*, Mercator qui mutuat cum pacto pecuniam, vt debitor totum mutuum, vel partem in mercibus suscipiat, vsuram committit, quia obligatio illa emendi æstimabilis est pecunia. Hinc marcatores, qui indigenti Regi stipendia militum ea ratione mutuãt, vt milites in mercibus partem suscipiant, partem verò in pecunia, maximã vsuram committunt. Mercator etiam, qui sartori pecuniam mutuat, vt ducat emptores in sua officina ad emendum pannos, vsurarius est, ob illam obligationem, qua sartor astringitur ad emẽdum pannos, quæ pretio æstimabilis est. Nona qui decem tibi mutuat, vt cũ, ipse indiguerit, totidem illi remutues, vsuram committit, quia illa obligatio ciuilis est pretio æstimabilis. Hinc sequitur optima regula, quod obligatio naturalis, quotiescunque remanet in sua essentia, non inducit vsuram in tẽporalibus, nec simoniam in spiritualibus. Et hęc circa primam conditionem, scilicet, *vt pretio sit æstimabile*.

8.

9.

Secunda conditio est, *vt ratione mutui exigatur*, ad excludendum lucrum,

quod

quod percipitur ratione laboris, vel quia illud sibi debebatur, vel ratione obligationis, aut ratione lucri cessantis vel damni emergentis.

Tertia conditio est, *quod non ducatur in pactum*. Aduerte, quod non solum qui cum pacto expresso coram arbitris vel sine arbitris mutuat, vt aliquid recipiat, vsurarius est, sed etiam qui nutibus insinuat voluntatem debitori, vt aliquid vltra sortem persoluat, vsurarius est? quia inest tacitū pactū, v.g. qui mutuando sic diceret. Ecce mutuo tibi, tu scis vsum, ego non habeo vnde viuā soles esse gratus alijs, & huiusmodi. Ex his cognoscūtur vsurarij, & nouit confessarius, quomodo tenetur illos inducere ad restitutionē aut parti, aut hæredibus aut pauperibus.

Quinto. Restituere tenetur quilibet ea, quæ quoquomodo inuenit, nisi sint thesauri, vel res habita pro derelicta. 6. Restituere tenetur adimens aliqua diuiti, vt pauperibus det. 7. Restituere tenentur incendiarij voluntarij, vel quorum negligentia cum culpa, idem euenit, omnia bona incensa, 8. Restituere tenetur dans damnum in agro alieno, per se vel per alium. 9. Restituere tenetur percutiens aliquem vel

cum

eum interficiens, omne damnum, quod is ex dicto vulnere, quia fortè debilitatus, patitur vel eius filij, quia fortè ipsis victum quærebat, vel lucrabatur, patiuntur. 10. Restituere tenetur damnum dans alicui tam in re, quam in persona, puta quia quis cisternam effoderet, nec eam operuerit. & in ea animal, inciderit. 11. Restituere tenetur, qui fraudulenter fecit foueam, vel venenum apposuit ad hoc, vt animalia vicini capiat, vel lædat, & tenetur restituere æstimationem, retento animali simul cum pelle & carne. 12. Restituere tenetur in foro animæ quis quãdoque damnum, quod ex leui vel leuissima culpa erogauit. 13. Restituere tenẽtur medicus, aduocatus, & alius quilibet artifex damnum, quod ex eorum Imperitia alicui illatum est. 14. Restituere tenetur præstans opem delicto, vel causam damni dans. 15. Restituere tenetur æstimationem damni, pascens animalia in agro alieno si ex hoc dominus damnificatur; item si animal det damnum agro vel vineæ. 16. Restituere tenetur æstimationem colligens fructus, vel vuas alienas, nisi excusetur ob nimiam paupertatem. 17 Restituere tenetur si quis per vim & fran-

18. fraudem contra leges ludi vincat. 18. Restituere tenetur habens aliquid ex furto, rapina, oppressione, damno vel
19. calumnia. 19. Restituere tenetur quis in foro animæ quicquid ex iniqua sen-
20. tentia obtinuit. 20. Restituere tenetur iudex vltra debitum exactum, vel indebitè, puta, pro sententia iusta, vel iniusta, ferenda acceptum, cum ab vtra-
21. que parte assumatur. 21. Restituere tenentur testes, qui accipiunt pro testimonio ferendo, cum venales esse non debeant, nisi recipiant aliquid pro expensis, quas faciunt in eundo, moran-
22. do, & redeundo. 22. Restituere tenetur hipocrita, quæ acquisiuit sub nomine
23. boni christiani. 23. Restituere tenentur Principes & eorum hæredes omne dānum, quod quis ex legibus iniquis ab ipsis impositis passus est. 24. Restituere
24. tenentur, omnes in solidum, qui Principem induxerunt, ad legem iniustam condendam, omne damnum quod ex
25. vigore eius quis passus est. 25. Restituere tenentur lucrati aliqua occasione le-
26. gum iniquarū 26. Restituere tenentur damnum alicui illatum testes falsum deponentes, vel veritatem occultātes, Item sententiam iniquam obtinentes, falsis litteris, & falsa moneta v-

tentes

tentes.27. Restituere tenentur falsantes 27.
pondera, & mensuras, & merces, 28. 28.
Restituere tenetur vtens mendacijs, quando non est ius in principali, alias secus. 29. Restituere tenentur rem furto ablatam, omnes ad quos peruenit eti- 29.
am titulo oneroso. 30. Restituere tene- 30.
tur non solum damnum dans, sed etiam eius hæres. 31. Restituere tenetur 31.
tutor & eius hæres damnum, quod intulit pupillo contrahendo, vel iniudicio, & si potuit aliquid acquirere pupillo, & neglexit, & fortius quando passus est acquisita dilabi, & idem est in Prælato Ecclesiæ. 32. Restituere tenetur 32.
quis fructus quos percepit ex re pignorata 33. Restituere tenetur beneficiatus 33.
beneficium, quod per literas subreptitias, & minus canonicè obtinuit. 34.
Restituere tenetur distributiones quo- 34.
tidianas, si diuinis officijs non intersit nisi infirmus sit, vel absit ob ecclesiæ necessitatem, vel vtilitatem. 35. Resti- 35.
tuere tenentur fructus perceptos non facientes fidei professionem infra duos menses, coram Episcopo, & capitulo si sint canonici, vel ecclesias parochiales obtineant. 36. Restituere tenē-
tur fructus perceptos tempore absen- 36.
tiæ clerici non residentes, nisi absint

36 ex causa legitima. 36. Restituere tenentur fructus perceptos Episcopi, licet Cardinales, qui intra tres menses, munus consecrationis non perceperint.
37 37. Restituere tenentur fructus perceptos recipientes beneficium sine animo
38 promouendi ad sacerdotium. 38. Restituere tenetur fructus perceptos clericus beneficiatus, officium non recitās.
39 39. Restituere tenetur aduocatus defendens causam iniustam scienter, omnē damnum, quod parti ex eius culpa illatum est, & tenetur etiam clientulo si
40 eum decepit, suadens causam esse iustā, quia aliter non litigasset. 40. Restituere tenetur iudex, iniustè iudicans omne
41 interesse, quod pars passa est, & hoc si scienter & dolosè id egit. 41. Restituere tenetur pater vel mater mittens filios legitimos, vel naturales ad hospitale, omnes expensas, quas hospitale fecit
42 in eis alendis, nisi notabilis paupertas eos excuset. 42. Restituere tenentur Notarij damnum, quod ex eorum ignorantia illatum est. Item falsificantes scripturas, & instrumenta, & eis vtentes. tertiò, quando prece, vel pretio testamenta vel scripturas destruunt, & similiter quando requisiti occultant per se facta; vel impediunt bona per ali-

quos

quo facienda: quartò, quando componunt instrumenta renunciationis, quarum vim ignorabant contrahentes, si inde sequitur damnum, si eorum vim non aperiant: quintò, quando cōficiunt instrumenta super vsuris. 43. 43.
Restituere tenetur administrator damnum illatum ex mala administratione non tantum ex dolo, sed etiam ex culpa leui, & quandoque leuissima, & aliquando de casu & fortuna 44. Restituere tenentur damnum occurrēs, omittentes id quod spectat ad eorum officium, & curam, vt detinentes rem alienam, morosi, & rectores si ex eorū negligētia damnum est subditis illatum, & idem de gubernatore familię, vt marito respectu vxoris, pater respectu filij &c. 45. Restituere tenetur litigans iniustè scienter, vel licet ignoranter à principio, si in processu causę id sciuit, omnes expensas, & damnum quod pars passa est. 46. Restituere tenentur histriones id quod vigore talis exercitij lucrati sunt, de consilio tamen, non præcepto. 47. Restituere tenetur seducens virginem, & deflorans dotem cōpetentem ei, si ipsam non vult ducere in matrimonium. 48. Restituere tenetur possessor bonę fidei in foro consci-

44.

45.

46.

47.

48.

entiæ, omnes fructus extantes naturales & industriales, consumptos verò tenetur restituere inquantum est fa-
49. ctus locupletior. 49 Restituere tenetur suadens testatori, vt sibi vel alij leget blando sermone, vel quoquo modo impediens vel cogens damnum quod ex hoc patitur hæres veniens ab intestato, vel is cui testator relinquere volebat, nisi testatoris saluti consultum est, & si hoc fecit sine odio, consulens sibi vel monasterio alicui, aut alicui bono amico, peccat quidem: sed non tenetur iure naturali, nec positiuo: quia
50. illud non mandat restitutionem 50. Restituere tenentur non soluentes gabellas damnum datum communitati, vel eas conducentibus nisi imponerētur à dominis non legitimis, vel nisi fraudantes alijs impositionibus, & alijs modis essent indebitè grauati, nimis vltra proportionem & sine neces-
51. sitate. 51. Restituere tenentur accipientes dona à Iudæis vsurarijs, & alijs illicitè acquirentibus, illa his quibus de iure debentur; si pro hoc efficiuntur non soluendo, nisi accipiant tanquam sibi debita, alias non: & si sciuerint id fieri in fraudem creditorum, quia adhuc tenentur titulo oneroso, secundò quan-

uando alienauit quis simul, omnia
ona sua, & alijs modis. 52. Restituere 52.
tenentur deferentes arma, ligamina,
ferrum & alias merces prohibitas infidelibus
omne lucrum, quod ex tali cōmercio
lucrati sunt, & tantundē de suo
in subsidiū terrę sanctæ ad liberandā
eā si sunt soluēdo, alias alio modo pœniteant,
nec qui valent, ante solutionem
absoluantur ab excommunicatione:
53. Restituere tenetur obligatus 53.
rem furtiuam, potest tamen deducere
expensas quas fecit pro rei animatæ, vt
equi conseruatione, & alimentis in
foro conscientiæ, licet secus sit in foro
contētioso. 54. Restituere tenetur tenēs 54.
columbarias si columbæ damnum inferant,
damnum datum, maximè vbi
eas sufficienter non pascit. 55. Restituere 55.
tenentur venatores conculcantes
segetes, & si eorum canes alienas anseres,
& gallinas occidant, omne damnum
inde sequutum. 56. Restituere te- 56.
nentur vendentes officia publica &
dignitates, lucrum inde perceptum
pauperibus, & alijs etiam modis puniuntur.
57. Restituere tenentur fructus 57.
perceptos clerici beneficiati, vestes virgatas,
vel partitas proprio ordine non
congruentes gestantes. 58. Restituere 58.

tenetur vxor relicta vsufructuaria à viro, quo ad vixerit castè, & honestè, si fornicetur, omne quod quæsiuit ex rebus viri, venientibus ab intestato, vel hæredibus institutis, etiam si semel
59. tantum & clam fornicetur. 59. Quæris, an debeant restitui famulis expensæ & salarium tempore quo infirmi existūt: dico ita, quod (expensæ magnæ non debentur, potest tamen famulus implorare officium iudicis pro illis consequendis contra diuitem, vt sibi subueniat si est soluendo, sicut quilibet pauper. Si inter dominum & famulum non est conuentum de pretio, tenetur Dominus soluere summam, pro qua alios conducere consueuit, alias ei satisfiet arbitrio boni viri; & si famulus promisit seruire per annum in rure, & transacto hyeme vult discedere, non habebit medium salarium, sed computabitur crassum cū macro; & si aliquo tempore dicti anni fuerit infirmus, nō tenebitur supplere illud tempus. 60. Re-
60. stituere non tenentur publicæ meretrices, ex turpi quæstu quæsita; Ratio est, quia turpis traditio & acceptio est duplex. Vna prohibita per leges, vt Simoniaca; altera ratione causę ob quam datur, vt propter fornicationem. Illici-

ta traditio poteſt eſſe tripliciter turpis, primò ex parte dantis & accipientis, vt cum do pecuniam iudici, vt iniquè iudicet. Secundò ex parte accipientis tantum, vt cum do, ne occidat hominem. Tertiò, ex parte dantis tantum, vt quod meretrici datur, ob turpem cauſam: in prioribus modis leges concedunt repetitionem, in tertio negant. Quo ad primum, cũ traditio eſt illicita ex parte vtriuſq; vt ſimoniaci, dans & accipiens, fiunt inhabiles à lege ad acquirendum dominium, ergo tenentur ante factum reſtituere Domino, poſt factum, ſimoniacus Eccleſiæ: reliqui vt qui emit & qui vendit iuſtitiam pauperibus, hi voluerunt corrumpere iuſtitiam. Quo ad ſecundum, cum eſt iniuſtitia ex parte accipientis, videtur quod teneatur reſtituere, ob turpem cauſam, vt ſcilicet ne ſe occidat. Quo ad tertium eſt communis ſententia, quod mulier poteſt ſibi retinere ob turpem cauſam, ob voluntatem dãtis. Si autem alicui ſua turpitudine fecerit iniuriã, vt patri vel marito, tenetur eiſdem ſatisfacere. His diligenter conſideratis, tum illud in primis ſtudere debet ſolers Confeſſarius, vt pœnitens nihil reticeat, ſed omnia quæ admiſit,

ſua ſponte, vel interrogatus liberè depromat. Propterea quod ſunt nonnulla peccata, quæ aut timore, aut verecundia facilè reticentur, præſertim ſi Confeſſarius nimiam ſeueritatem præ ſe ferat, ea aggrauando, vel pœnitentem nimis reprehenſionibus deterrendo, ergo ſolers & dexter eſſe debet, vt potius benignitate alliciat, atque animet pœnitentem, vt cum fiducia ſincerè dicat omnia, & cenſuras Eccleſiaſticas quibus modis incurrerit, nō obticeat, habet in eum finem illas huic operi inſertas, ſicut & modo cætera peccata quæ quotidiè committi poſſunt hic inſeruntur, vt confitens ſi illa perluſtrauerit, delicta & errores ſuos facilè deprehendere poterit.

CAPVT XIII.

De Examine conſcientiæ.

CONſiderata prima diuina bonitate qua Deus tam diu ſcelera ſua impunè tolerauit, & dolore cordis ob diuinam offenſam excitato, tali modo conſcientiam examinabit; Primò videbit quid per Superbiam commiſerit, videlicet, an bonum Spirituale, Corporale, & Temporale quod ſenſit ſe habere, plus ſibi quam Deo aſcripſerit, exiſte-

& existimauerit se illud proprijs meritis & nō per gratiā Dei possidere, & an aliquādo se bona habere iactauerit quę nō habet, vt prę cæteris singulariter videri posset. An fuerit ambitiosus, præsumptuosus, ingratus, curiosus, adulator, iudex temerarius, nouitatū vestiū, opinionum & aliarum rerum inuētor, imò hypocrita, pertinax, discors, contentiosus, inobediens, immodestus, hæreticus, schismaticus, infidelis, inverecundus & perfrictæ frontis; quoties se in his exercuerit in despectum aliorum dicat coram Deo & Confessario culpam suam, quia superbiæ peccatum commisit. *Superbia.*

Deindè si inordinatè diuitias, pecunias concupiuerit, ita vt legem Dei & hominum propter pecunias violauerit, parentibus & alijs amicis mortem desiderauerit, periculo animæ & corporis se exposuerit, res alienas abstulerit, & iniustè retinuerit, proditiones, vsuras, simonias, deceptiones, fraudes, rapinas, furta, mendacia, officia tyrannica, aduocationes iniustarum causarum, ludos fortuitos, falsa iuramenta, falsas litteras, promotiones in proprium commodum, & damnum proximi exercuerit, dicat culpam suam, *Auaritia.*

mi cōdignè non promouerit,sed propter inuidiam destruere & impedire procurauerit, & ipsum in quantum potuit depresserit, de eius prosperitate contristatus, damno & infortunio gauisus fuerit, illumque odio, susurratione, & detractione prosecutus fuerit, dicat culpam suam coram Deo & confessario suo, quia peccauit peccato Inuidiæ.

Eodem modo si horam commedendi sępius præuenerit, sine fame & siti biberit & commederit, ad ebrietatem & vomitum cibum & potum inordinatè sumpserit, frequenter sumptuosa cibaria & pocula ad carnis delectationem prouocandam, sumpserit, quibus mentis hebetudinem, ineptam lætitiā, scurrilitatē, stultitiam, & turpiloquiū lasciuè ob ebrietatem exercuerit, dicat culpam suam coram Deo & confessario suo quia peccauit peccato Gulæ. *Gula.*

Similiter, qui proximis & subditis sine causa iratus fuerit, iniurias illatas patienter sustinere noluerit, sed Deum blasphemando seipsum vindicauerit, alios vituperauerit, proximum persona, verbis & factis læserit, rancorem cordis, tumorem mentis in eum exercuerit, clamores, discordias, iniurias, *Ira.*

contumelias, rixas, maledictiones, verbera & homicidia, seminauerit & fecerit, dicat culpam suam corā Deo & confessario quia peccauit peccato Iræ. Tā-
Acedia. dem, qui bona quæ tenebatur facere, non fecit nec fieri procurauit: mala quæ tenebatur fugere non fugit, sed plus illa facere curauit & opere compleuit, panem in suo statu laborando non quæsiuit, tardus ac tædiosus ad confitendum & pœnitendum de peccatis suis fuit, pœnitentiam illi datam, vota promissa non compleuit, opus Dei neglexit, remissus in dicendo diuinum officium, & faciendo Dei seruitia, fuit, erga Deum & sanctos nullam deuotionem habuit, si quæ egit bona, cum tristitia, verecundia aut vana gloria egit: pusillanimus, inquietus, somnolentus, negligens, tepidus & otiosus fuit, dicat ergo culpam suam coram Deo & confessario, quia peccauit peccato acediæ.

Et sicut his peccatis lethalibus Deus offenditur, anima occiditur, proximus leditur; sic & peccatis alienis, quæ hoc modo nouenario numero numerantur. *Iussio, cōsilium, consensus palpo, recursus Participans, mu'us, non obstans, non manifestans.* Qui ergo aliquem ad malum, videli-

delicet ad superbiam, auaritiam, luxuriam, induxerit, aut facere quippiam mali iusserit, aut consilium dederit; imò si superior, vt prælatus alicuius religionis, primarius communitatis, aut paterfamilias, consensum in peccatis subditorum prębuerit; peccata aut peccantes laudauerit, eorum detractionibus & verbis turpibus arriserit, vt eo fortius ad mala incitarentur; & quod plus est si eorum peccata defenderit, & criminis particeps fuerit, illudque non debito modo reprehenderit, vt par fuit non castigauerit, neq; manifestauerit, hic inquam, peccatis alienis maculatur, & tenetur dicere culpam coram Deo & confessario.

Mala cōmissa peccatis alienis.

Transgressiones decem præceptorū opere & voluntate committuntur. *Primò*, Si quis Deum ex toto corde non dilexerit, nec timuerit, nec adorauerit, nec ei seruierit: si propter lucrum temporale, liberius peccauerit & minus mandata Dei custodierit, nec firmam spem & fidem in ipso habuerit: de ipsius misericordia desperauerit aut nimis præsumpserit: Si hæreticus fuerit, hæresin docuerit, hæreticorum libros legerit, in proprijs ædibus seruauerit, illorum conciones audiue-

Trāsgreßiones decem præceptorū.

diuerit, eorum errores plus quam Catholicorum veritatem defenderit, imò & eos qui cum dæmone negotium habent, consuluerit medijs: à dæmone inuentis, vt superstitiosis chartis, scripturis, signis, vsus fuerit: magicas artes didicerit, alios docuerit, magicos libros habuerit & legerit. *Secundò*, Qui nomen Domini Dei sui in vanũ sumpserit, falsò iurando, vel iuramento rem confirmando, per vulnera, sanguinem, passionem Christi, &c. aut similia quæ non sunt vsitata in scripturis aut Ecclesia, per falsos Deos, vt Iouem & Herculem, sine necessitate, & per sancta Euangelia, Christi membra & sanctorum nomina veritatem asserendo iurauerit, dicendo, hoc est tam verum vt Deus est in cœlo, vel in sacramento, &c. Item si quis contra Deum murmurauerit, eiusque facta, vt cum nimium pluat, aut sol exæstuet, reprehenderit, Deum tentauerit, an hoc vel illud facere possit, res sacras prophanauerit, verba sacræ scripturæ ad facetias applicauerit, peccata sua sacra scriptura excusauerit, in conuiuijs temerè de rebus sacris disputauerit, vota Deo facta violauerit, promissa iuramento confirmata non seruauerit. *Tertiò*, Si diem dominicam

nicam & festiuitates Ecclesiæ cum orationibus, missis, & prædicationibus & eleemosinis non sanctificauerit, sed illis diebus aut opus seruile emendo, vendendo, debita exigendo, lucrosa officia per se aut familiam suam exercuerit, aut tabernas frequentauerit, mundi gaudijs, crapulis, luxuriosis actibus, illis diebus magis quam alijs se dedicauerit. *Quartò*, Si parentes corporales non honorauerit, nec eis in necessitatibus subuenerit, sed eos ad iram prouocauerit, odio eos prosequutus, vel malum illis imprecatus fuerit, eos irritauerit, contristauerit, torue aspexerit, ob paupertatem despexerit, eis detraxerit, inobediens fuerit, eorum bona & pecunias inutiliter cõsumpserit. Si Prælatis spiritualibus, & matri sanctæ Ecclesiæ debitam reuerentiam nõ exhibuerit, nec eorum præcepta & cẽsuras curauerit, imò in contemptum ecclesiæ clauium, cum excommunicatis & schismaticis ac etiam hæreticis participauerit. *Quintò*, Si aliquem occiderit, non solum apertè, sed etiam occultè incantando, propinãdo venenũ, procurando abortum, aut aliud agendo vnde mors sequuta est, aut sequi solet; vt crapula & ebrietate ingurgitando

tando,ad nimium potum cogendo,lædendo,pugnando,pestem,aut alia mala imprecando. *Sextò*, Si coniugatas, obscenis laruis, cantionibus, choreis, osculis,tactibus, aspectibus, lusibus, & verbis ad adulteriũ prouocauerit,illudque aut facto, aut diuersis cogitationibus cõmiserit, imò propter istiusmodi illecebras & cogitationes seipsum nocturnis aut diurnis pollutionibus, in somnis aut vigilia procuratis & non procuratis, & quocunq; alio polluerit & maculauerit. *Septimò*, Si quis res alienas concupierit, & iniustè de locis sacris & non sacris abstulerit, inuenta retinuerit, aut alteri quam Domino dederit,aliorum hortis,agris,domibus aut alijs bonis damnum intulerit, creditoribus quando potuit non soluerit, mercedem operarijs detraxerit & soluere distulerit,bona quæ accepit distribuenda religiosis, pauperibus, aut alijs non fideliter distribuerit, officium aut ministerium ad quod conductus fuerit,aut ad quod mercedem acceperit, exacte non perfecerit: vsuram & simoniacum contractum commiserit,fraude in mercibus vsus fuerit,res inuentas aut ablatas aut alienas restituere noluerit. *Octauo*, Si contra proximum ex mali-

malitia publicè vel occultè falsum testimonium, falsas scripturas, falsos testes procurauerit, vitam ac mores eius denigrauerit, & eum vituperauerit, derisiones, vituperia, ac maledictiones contra proximum protulerit, famam absentis, occultum peccatum proximi alia intentione quam iuuandi reuelauerit, discordias inter amicos seminauerit, detrahentes libenter audierit, temerè alios iudicauerit, adulando indignum laudauerit, proximum frigidè commendauerit, audita mala de eo alijs libenter retulerit. *Nonò*, Si proximi sui vxorem, & consanguineam ac sanctimonialem desiderauerit, de eius pulchritudine turpiter delectatus fuerit, ad eam videndam cucurrerit, & eam habere quocunque modo laborauerit. *Decimò*, Si vicini agros, domos, beneficia, & bona proximi sui per dolos; fraudes, violentas deceptiones habere concupiuerit; & contra eum causas iniustas & litigiosas mouerit, verbis & factis quantum potuerit propter illa bona eum rebus suis priuauerit, & priuare studuerit; de his omnibus si ea cōmisit, dicet culpam suam coram Deo & confessario suo. De peccatis commissis circa sep-

re poterit in peccatis commiſſionis, eodem modo ſe & examinare poterit in peccatis omiſſionis, ac primò circa opera miſericordiæ tam corporalia quam ſpiritualia, videlicet: Quod eſurienti & ſitienti cibum & potum non præbuerit; hoſpites peregrinos & errantes ad hoſpitium & viam rectā non deduxerit; Infirmos cum neceſſarijs non viſitauerit, nudum veſtimentis non coôperuerit: Incarceratos iniuſtè non redemerit: Mortuum derelictum non ſepeliuerit nec ſepeliri fecerit. Quod Spiritualia ad quæ tenebatur, non impleuerit, vt ſi ignorantes quæ ſunt ſalutis animæ non edocuerit: Deſtituto humano conſilio, & peccatori conſilium non dederit: Errantem peccatorem non caſtigauerit, nec correxerit. Triſtem & deſolatum non conſortauerit; ſibi iraſcentibus & mala facientibus non pepercerit, iniurias & cōtumelias ipſi illatas patienter non ſuſtinuerit; Pro ſalute animarum, & inimicorum ſuorum non exorauerit, & mercedem laborum ſibi ſeruientibus non præbuerit. Deindè circa virtutes theologicas & cardinales, quod in ſe nō excitauerit veram fidem Chriſti cum bonis operibus; veram ſpem de futu-

De peccatis omiſſionis ac primò de operibus miſericordiæ.

De virtutibus theologicis & cardi.

futuris bonis cœlestibus; veram charitatem qua super omnia diligitur Deus & proximus. Quod non exercuerit prudentiam; quia actus suos, quid, quomodo, & quando eos debuisset facere non fecit, sed inconsultè iuxta voluptatis desideria peregerit; nec fortitudinem veram habuerit, cum passiones interiores viriliter pro Christo nō subiugauerit, turpia & inuerecunda agere non abhorruerit; Nec temperantiam voluerit, quod labores, ieiunia, & tribulationes sustinere noluerit; Quod iustitiam non coluerit, quod non declinauerit à malo, nec bonum quod debuit facere, fecerit, vnicuique quod suum fuit non dederit, & propter propriam vtilitatem bonum cōmune & multorum saluationem neglexerit. Tertiò circa dona spiritus sancti. Quod noluerit sapientiam, ad contemplanda diuina; intellectum ad nouissima sua, mortem scilicet & pœnas inferni & diem iudicij cōsiderāda, quod non vsus fuerit consilio ad bonum eligendum & malum reprobandum: recusauerit scientiam, ad se ipsum, & acta sua recognoscendum: non habuerit fortitudinem tentationibus, & tribulationibus ac malis cogitationibus resistendi; non sen-

nalibus.

De donis spiritus sancti.

senserit pietatem ad proprijs miserijs & proximi tribulationibus compatiẽdum; non inuenerit in se timorem Dei ad malum fugiendum, & salutem animæ quærendam.

De duodecim fructibus spiritus sancti.

Quartò, circa duodecim fructus spiritus sanct. Quod duodecim fructus spiritus sancti scienter neglexerit, & non habuerit charitatem nec gaudium in Dei seruitio, nec pacem cum proximo, nec patientiam in aduersis, nec lõganimitatem in diurnis seruitijs, nec bonitatem vitæ suæ, nec benignitatem erga proximum, nec modestiam in habitu & gestu, & operibus suis, nec mansuetudinem in tribulationibus, nec humilitatem in operibus, nec veritatem in verbis & locutionibus, nec continẽtiam, nec castitatem in suis meditationibus; sed grauiter peccauerit contra prædicta, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

De octo beatitudinibus Euangelicis.

Tãdem circa octo beatitudines Euãgelicas, quod omiserit viuere tanquam Christi seruum decet. Et primò, paupertatem voluntariam cum spirituali intentione non habuerit. Secundo, mitis ac mãsuetus in persecutionib⁹ & iniurijs nõ extiterit. Tertiò, peccata sua non defleuerit. Quartò, iuste viuere nõ studu-

fluduerit, & peccatis assuetus fuerit; benefacere, ieiunare, & orare neglexerit. Quintò, sibi & alijs misericors non fuerit. Sextò, mundo corde quo ad Deum & proximum per bona exempla non vixerit, sed duplici animo in verbis & factis hypocrita extiterit. Septimò, pacificus non fuerit, sed propter ambitionem beneficiorum & bonorum temporalium, discordias seminauerit, ac schismata fecerit. Octauò, quia propter Christum persecutiones & maledictiones hominum non sustinuerit, sed quando potuit se vindicauerit. Hoc modo quis percurrere poterit omnes Ecclesiasticas censuras, quæ in Bullæ Cœnæ Domini summo Pontifici, & extra eā, non solū Pontifici, sed & alijs reseruatę sunt: simulq; perlustrari transgressiones, quibus actualiter deliquit in peccatis mortalibus, decē præceptis, & alijs peccatis prædictis, vt ita debito modo de delictis pœnitere & ea cum suis circumstantijs confiteri, & ab eisdem absolui possit.

Circumstantiæ sunt, *Locus*, sacer, nempe, an prophanus. *Tempus*, dies festus, dominicus an prophanus. *Persona*, Ecclesiastica, religiosa an secularis. *Conditio*, superior an subditus, an in digni-

tate,

tate. *Socij*, an cum patre, consanguineo, cum multis an paucis. *Finis*, qua intentione fecerit. Hæ circumstantiæ, aliquando faciunt, vt id quod veniale peccatum erat, sit mortale: sicut auferre alicui calamum vt Deū blasphemet. Aliquando mutant speciem peccati: vt fornicatio cōmissa cum coniugata, est adulteriū, cum consanguinea, est incestus. Furtum commissum in templo, est sacrilegium. Aliquando multiplicant peccata: vt qui post votum castitatis committit fornicationem, fornicatur, & violat votum. Qui commedit carnes die veneris, in quadragesima. Qui iurauit aut vouit non peierare, & tamen peierat. Aliquando inducunt excōmunicationem: vt percutere clericos. Aliquando non mutant quidem peccati speciem, sed grauius peccatum reddūt; peius enim est, peierare dieb' sacris quā prophanis. Et D. Ber. inter seculares, nugę sunt nugę: in ore sacerdotis blasphemię. Cōfessionis qualitas his versibus continetur, *Cum tua peccata dicis, confessio quod sit, Integra consulo, sit festina, frequens & amara. Propria discreta, lachrymosa, morosa, fidelis. Vera sit, & nunquam diuisa tibi, manifestans Omne scelus, nihilque abscondas, humilique fatere.* Pecca-

Confessionis qualitas.

cato-

catorum circumstantiæ, hoc modo notantur *Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo quando. Dic circa factum, cōmittere quod voluisti.* Vt peccata circumstantialiter referantur necesse est, propter restitutionem, satisfactionem, & absolutionem Confessarius diligenter inspiciat an pœnitēs habeat contritionem, id est, super omne displicentiam de peccatis maximam, quo ad æstimationem, hoc est quod malit tolerasse atque tolerare omnia mala mundi quā committere peccatum mortale, non metu pœnæ, aut infamiæ, sed zelo Dei, & paratus sit potius mori, quam Deum offendere. Et quādo aduertit non esse veram contritionem in pœnitente, omnibus modis eum hortari debét ad eam habendam, docens alia ratione non posse absque graui peccato eum absoluere. Habeat igitur præclara quędam dicta, & exempla recōdita in memoria, quibus possit efficaciter ad veram compūctionem peccatorum mouere peccatorem. Quam etiam graue sit peccatum mortale ostendat, tum ex Dei iudicijs in Luciferū & in primos parentes, tum ex punitione, quæ cuilibet peccato mortali debetur, nimirum quod hominem gratia Dei, & regno æter-

Peccatorum circumstantiæ.

Confessoris admonitio, & studium.

æternæ beatitudinis ſpoliet, & ex filio Dei faciat filium Diaboli: oſtendat etiã grauitatem peccati ex diluuio, & ciuitatum inundatione, & tanta ſtrage filiorum Iſrael in deſerto, & maximè ex cõſideratione diuini iudicij, & damnationis æternæ in ijs qui ſine pœnitentia decedunt; Denique quod ſupremũ eſt, oſtendatur vulneris grauitas ex remedij grauitate: nempe ex Chriſti ſanguine, & tormentis, ex quibus medicina ad id ſanandum confici debuit. Inde colligat pœnitentem debere dolorem concipere, non ſolum quia peccauit, ſed etiam quia ſe virtute & gratia priuauit, & inſuper aliorum vitam ſuo malo exemplo corrupit. Dolere etiam debet de triſtitia, quam intulit bonis peccando; deinde exaggeret aliqua grauiora ex ijs, quę dicta ſunt, & ad quę magis videntur procliues. Et vt ea magis deteſtentur, incutiat etiam aliquando terrorem diuinæ vindictæ, niſi abſtineant. Reprehenſio cum ingenijs agreſtioribus ſit durior, cum mitioribus & in dignitate conſtitutis blanda, & vrbana adhibeatur, & cum dexteritate. Sic etiam expedit habentes maximum dolorem, vel nimium deiectos ex grauitate peccatorum ſuorum conſolari

&

& animare, inducendo exemplum Dauidis, Magdalenæ, Petri, Pauli, & Latronis, seipsos autem excusantes, eorum aggrauare peccata, exemplo Adæ, Saulis, & Iudæ. Denique quotiescunque habebit Confessarius ante oculos zelum gloriæ Dei, atque animarum salutem, discretionem vnctio superna docebit. Confessarius audita confessione, & omnibus examinatis, priusquam ad pœnitentiæ inunctionem & sacramẽtalem absolutionem perueniat, omnino studere debet, vt suus pœnitens firmiter proponat, non recidere, ne sit sicut canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.

CAPVT XIV.

De Absolutione & iniungenda pœnitentia.

CONfessarius regulariter absoluere non potest pœnitentem qui firmiter non proponit, & statuit peccati mortalis occasiones propinquas euitare. Dico *Regulariter absoluere non debet*, quia bene poterit cõcurrentibus quatuor circumstantijs. *Primo*, quod sit vera pœnitudo præteritorum. *Secunda*, verum propositum,

diuerit, eorum errores plus quam Catholicorum veritatem defenderit, imò & eos qui cum dæmone negotium habent, consuluerit medijs: à dæmone inuentis, vt superstitiosis chartis, scripturis, signis, vsus fuerit: magicas artes didicerit, alios docuerit, magicos libros habuerit & legerit. *Secundò*, Qui nomen Domini Dei sui in vanũ sumpserit, falsò iurando, vel iuramento rem confirmando, per vulnera, sanguinem, passionem Christi, &c. aut similia quæ non sunt vsitata in scripturis aut Ecclesia, per falsos Deos, vt Iouem & Herculem, sine necessitate, & per sancta Euangelia, Christi membra & sanctorum nomina veritatem asserendo iurauerit, dicendo, hoc est tam verum vt Deus est in cœlo, vel in sacramento, &c. Item si quis contra Deum murmurauerit, eiusque facta, vt cum nimium pluat, aut sol exæstuet, reprehenderit, Deum tentauerit, an hoc vel illud facere possit, res sacras prophanauerit, verba sacræ scripturæ ad facetias applicauerit, peccata sua sacra scriptura excusauerit, in conuiuijs temerè de rebus sacris disputauerit, vota Deo facta violauerit, promissa iuramento confirmata non seruauerit. *Tertiò*, Si diem dominicam

nicam & festiuitates Ecclesiæ cum orationibus, missis, & prædicationibus & eleemosinis non sanctificauerit, sed illis diebus aut opus seruile emendo, vendendo, debita exigendo, lucrosa officia per se aut familiam suam exercuerit, aut tabernas frequentauerit, mundi gaudijs, crapulis, luxuriosis actibus, illis diebus magis quam alijs se dedicauerit. *Quartò*, Si parentes corporales non honorauerit, nec eis in necessitatibus subuenerit, sed eos ad iram prouocauerit, odio eos prosequutus, vel malum illis imprecatus fuerit, eos irritauerit, contristauerit, toruè aspexerit, ob paupertatem despexerit, eis detraxerit, inobediens fuerit, eorum bona & pecunias inutiliter cõsumpserit. Si Prælatis spiritualibus, & matri sanctæ Ecclesiæ debitam reuerentiam nõ exhibuerit, nec eorum præcepta & cẽsuras curauerit, imò in contemptum ecclesiæ clauium, cum excommunicatis & schismaticis ac etiam hæreticis participauerit. *Quintò*, Si aliquem occiderit, non solum apertè, sed etiam occultè incantando, propinãdo venenũ, procurando abortum, aut aliud agendo vnde mors sequuta est, aut sequi solet; vt crapula & ebrietate ingurgitando,

tando,ad nimium potum cogendo,lædendo,pugnando,pestem,aut alia mala imprecando. *Sextò*, Si coniugatas, obscenis laruis, cantionibus, choreis, osculis,tactibus, aspectibus, lusibus, & verbis ad adulteriũ prouocauerit,illudque aut facto, aut diuersis cogitationibus cõmiserit, imò propter istiusmodi illecebras & cogitationes seipsum nocturnis aut diurnis pollutionibus, in somnis aut vigilia procuratis & non procuratis, & quocunq; alio polluerit & maculauerit. *Septimò*, Si quis res alienas concupierit, & iniustè de locis sacris & non sacris abstulerit, inuenta retinuerit, aut alteri quam Domino dederit,aliorum hortis,agris,domibus aut alijs bonis damnum intulerit, creditoribus quando potuit non soluerit, mercedem operarijs detraxerit & soluere distulerit,bona quæ accepit distribuenda religiosis, pauperibus, aut alijs non fideliter distribuerit, officium aut ministerium ad quod conductus fuerit,aut ad quod mercedem acceperit, exacte non perfecerit: vsuram & simoniacum contractum commiserit,fraude in mercibus vsus fuerit,res inuentas aut ablatas aut alienas restituere noluerit. *Octauo*, Si contra proximum ex mali-

CONfessarius regulariter absoluere non potest pœnitentem, qui firmiter non proponit, & statuit peccati mortalis occasiones propinquas euitare. Dico *Regulariter absoluere non debet*, quia bene poterit cõcurrentibus quatuor circumstantijs. *Primo*, quod sit vera pœnitudo præteritorum. *Secundo*, verum propositum,

nunquam redeundi ad illa. *Tertia*, propositum semper cauendi adiuuãte Deo ne peccet ob eam occasionem; cum in ea se inuenerit. *Quarta*, quod subsit aliqua notabilis causa non se abstinendi ab ea. Sed quænam sit huiusmodi occasio propinqua, quæ euitari debet, rectè explicatur per Nauarrum, ubi dicit, quod est sola illa, quæ in se est peccatum mortale, aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel credere debet Confessarius, vel pœnitens nunquam aut raro se vsurũ ea sine peccato mortali, benè perpensis eius circumstantijs; ex qua definitione deciduntur quamplures quotidianæ, & grauissimæ quæstiones, quarum prima hæc est. Confessarius non debet absoluere illos, qui firmiter non proponunt, abstinere ab officio Necromantiæ, aliarumque superstitionum, vsuris, cambijs vsurarijs, contractibus illicitis, odio mortali, cõcubina, & alijs similibus; quæ ad nullum vsum sunt vtilia, nisi ad peccandũ.

Nauar. in manuali cap. 3.

1\. (margin)

2\. *Secunda*, Cohabitantes cum concubinis, ancillis, vel masculis quibuscunq; suspectis, de incontinentia, si sunt clerici, non debent à confessarijs absolui, nisi expellant non solum concubinas suas, sed & alias qualscunque mulieres veri-

verisimiliter de incontinentia suspectas, à cohabitatione, etiam si sint consanguineæ, vel affines. Illi autem quibus nullũ potest esse scandalum, quod nascitur ex suspitione, vel periculum perpetrandæ iniquitatis licitè cohabitare possunt. Huiusmodi sunt, consanguineæ; v.g. mater clerici, soror, filia, amita, id est, soror patris, & matertera, id est soror matris, modo tales nõ sint suspectæ. *Tertia*, circa laicos, Vbicunq; 3.
iuuenis masculus, vel fœmina cuiuscũq; nominis, & cõditionis cohabitãt alijs iuuenibus masculis, vel fœminis, scholaribus, dominis, ancillis, vel similibus, & ex commoditate cohabitationis copulantur sæpè, non possunt absolui, nisi separent cohabitationem, propter periculum recidiui; nam semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, durante priori causa mali, id est cohabitationis commoditate. Et eadem ratione dicendum est in scolaribus contubernalibus, id est, eodem domicilio vtentibus, vel cum Doctoribus simul cohabitantibus, aut cum magistris puerorum. Etenim quamdiu adest periculum recidiui, absolui non possunt; quia non sunt contriti, vera enim pœnitentia non

nunquam redeundi ad illa. *Tertia*, propositum semper cauendi adiuuãte Deo ne peccet ob eam occasionem; cum in ea se inuenerit. *Quarta*, quod subsit aliqua notabilis causa non se abstinendi ab ea. Sed quænam sit huiusmodi occasio propinqua, quæ euitari debet, rectè explicatur per Nauarrum, vbi dicit, quod est sola illa, quæ in se est peccatum mortale, aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel credere debet Confessarius, vel pœnitens nunquam aut raro se vsurũ ea sine peccato mortali, benè perpensis eius circumstantijs; ex qua definitione deciduntur quamplures quotidianæ, & grauissimæ quæstiones, quarum prima hæc est.

Nauar. in manuali cap. 3.

1. Confessarius non debet absoluere illos, qui firmiter non proponunt, abstinere ab officio Necromantiæ, aliarumque superstitionum, vsuris, cambijs vsurarijs, contractibus illicitis, odio mortali, cõcubina, & alijs similibus; quæ ad nullum vsum sunt vtilia, nisi ad peccandũ.

2. *Secunda*, Cohabitantes cum concubinis, ancillis, vel masculis quibuscunq; suspectis, de incontinentia, si sunt clerici, non debent à confessarijs absolui, nisi expellant non solum concubinas suas, sed & alias quascunque mulieres

verisimiliter de incontinentia suspectas, à cohabitatione, etiam si sint consanguineæ, vel affines. Illi autem quibus nullũ potest esse scandalum, quod nascitur ex suspitione, vel periculum perpetrandæ iniquitatis licitè cohabitare possunt. Huiusmodi sunt, consanguineæ; v.g. mater clerici, soror, filia, amita, id est, soror patris, & matertera, id est soror matris, modo tales nõ sint
suspectæ. *Tertia*, circa laicos, Vbicunq; 3.
iuuenis masculus, vel fœmina cuiuscũq; nominis, & cõditionis cohabitãt alijs iuuenibus masculis, vel fœminis, scholaribus, dominis, ancillis, vel similibus, & ex commoditate cohabitationis copulantur sæpè, non possunt absolui, nisi separent cohabitationem, propter periculum recidiui; nam semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, durante priori causa mali, id est cohabitationis commoditate. Et eadem ratione dicendum est in scolaribus contubernalibus, id est, eodem domicilio vtentibus, vel cum Doctoribus simul cohabitantibus, aut cum magistris puerorum. Etenim quamdiu adest periculum recidiui, absolui non possunt; quia non sunt contriti, vera enim pœnitentia non

est sine excisione causarum peccandi. *Quarta*, Absolui non potest habens voluntatem visitandi concubinarium in agone mortis, si sciebatur esse concubina, quia est occasio quæ in se est peccatum mortale, ob scandalum quod datur. Imò neque si nesciebatur, nisi concurrant quatuor circumstantiæ prædictæ. *Quinta*, absolui non debet, faciens ex persona sua ludum cum periculo vitæ, vt qui graditur per cordas in sublimi, & huiusmodi, cum in pluribus tales artifices moriantur: artifices tamen taxillorum, chartarum, latrunculorum, vel vt vulgo dicitur schaccorum possunt absolui, quia hæc non ad mortaliter peccandum, sed ad subleuationem tędij & laboris fiunt. Ioannes Gerson ponit quinque remedia contra recidiuum.

Remedia contra recidiuum.

1. *Primum*, vt reiteranti peccatum mortale, statim die sequenti iniungatur ieiunium in pane & aqua.
2. *Secundum*, vt certum numerum psalmorum dicat. *Tertium*, vt reiterans infra triduum confiteatur, & interim manu pectori admota doleat de lapsu, quod fieri potest assistentibus alijs, & non aduertentibus.
4. *Quartum*, vt aliquid sibi charum
5. & gratum det pauperibus. *Quintum*, vt faci-

faciat conſcientiæ examen, & videat an ab extremo examine ad hodiernum aliqua ſucceſſerit emendatio; quod ſi nulla pœniteat, & mane, meridie, atque veſpere nouam vitam agere conſtituat. Hæc Confeſſarius perſuadere nitatur pœnitentibus: cogere enim nec poteſt, nec debet. Pœnitens à Confeſſario iuuari debet, & inſtrui, vt ſollicitè tueatur omnimodam puritatem, inſiſtendo bonis operibus, in lectione, auditione verbi Dei, meditatione, oratione mentali, & vſu ſacramentorum confeſſionis & communionis. Gratum etiam ſe exhibeat bonorum omnium authori, per memoriam beneficiorum & gratiarum actionem, & laudem. Habeat Confeſſarius rectam intentionem, & in cunctis operibus ſuis ſemper gloriam Dei, & ſalutem animarum quærat. Sit humilis ſemper, quod ſibi deeſt intuendo, ſibi omnino diffidendo, & omnem proprium amorem abnegando. Excitet ſuam deuotionem ad Angelos, & præcipuè ad matrem miſericordiæ Mariam. Frequentiſſimè intueatur virtutum omnium exemplar Crucifixum, vt ipſum imitetur. Expedit etiam non ſtatim pœnitentes ad ſtatum conſiliorum, qui pro-

feſſionis dicitur, vocare, ideo cum dexteritate quadam de inſpirationibus Dei interrogare debet, circa perfectiorem ſtatum vitæ aſſumendum, & ſi ſentiat aliquas, moneat, ne tardi ſint, & ſurdi ad vocationē Dei. Si vero nō, admoneat, vt paratos ſe offerant Deo ad omnia, quæ ei gratiſſima ſunt. Atque ſi commodè fieri poteſt, ad exercitia ſpiritualia eſſent inducendi. Si tamen animaduertat, pœnitentem ſic diſpoſitum, vt expedire iudicet ad conſiliorum viam eundem inducere, non ſinat occaſionem elabi de manibus ſuis, ſed tunc vel ad colloquium extra confeſſionem inuitet.

Pœnitentia quomodo iniungenda ſit.

Qualiter ſe confeſſarius in iniungenda pœnitentia gerere debeat, ſubſequitur. Si pœnitens dixerit ſe velle facere quod debet, & probabiliter confeſſarius timeret eum non expleturū, abſoluat prima vice, proteſtando tamen, quod ſi nō reſtituat, vel reſtitutionem nimis differat, in peccatum mortale ſit relapſurus, & gratiam, quam per confeſſionem & abſolutionem adeptus eſt, amiſſurus: Promiſſio vero ſpecialis, vel iuramenti exigi non debet, niſi in caſibus à iure notatis, verbi gratia in excommunicato notoriè

abſol-

abſoluendo, & in incendiario, & in mutilatore, & manifeſto raptore, aut Eccleſiæ violatore, & in vſurario publico, & in publicè iniuriante perſonas Eccleſiaſticas. Iniūgatur poſtea ante abſolutionē ſacramentalis pœnitentia, ſic habent Canones. Vt primò audiatur confeſſio; ſecundò imponatur pœnitentia, tertiò ſequatur abſolutio, vt ſic abſolutionem præcedat cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio, ſaltem in propoſito.

Circa pœnitentiam iniungendam prouidus confeſſor, multa circumſpicere & conſiderare debet. Et primum peccati & contritionis quantitatem, nam tanta poſſit eſſe contritio, vt ea ſola totam pœnam remitteret, vt diſcernat videlicet, quanto rubore, ſeu tremore, vel erubeſcentia, quis peccata confiteatur, vt ſecundum hoc pœnitentiam moderetur. Deinde confeſſor conſiderare debet in iniungenda pœnitentia qualitatem perſonæ: Alia enim pœnitentia eſt iniungenda robuſto, alia debili, alia iuueni, alia ſeni, alia diuiti, alia pauperi, alia non aſſueto ad peccandum, alia iteranti peccatum, quia huic grauior eſt imponenda, quemadmodum vulnus iteratum diffici-

ficilius sanatur: alia demum dispositio ad faciendam maiorem, alia infirmis, quia probabiliter non videntur explecturi, sicut plurimum sunt Rei maiorum criminum, quos non debet Confessarius ieiunijs onerare, ac disciplinis cū magnoperè sint in bonis operibus debiles, & ita de facili caderent, si eis grauia imponerentur onera: Sed secundum Aug. consilium, in principio cum mansuetudine tales suscipere debet, quousque trahantur ad Deum, & faciat eos sæpius confiteri, atque sic paulatim exerceat eos in pœnitentijs maioribus. Demum pœnitentiam non iniungat, quæ sit in præiudicium tertij, qualis est, quæ imponitur vxori, filio, seruo, in notabile impedimentum mariti vel dominorum. Nec pro occulto peccato detur manifesta pœnitentia, ex qua in peccati suspicionem veniri posset. Curet etiam confessarius, ne pœnitentia imposita ineptè imposita videatur, quod esset, si imponeretur eleemosina magna pauperi; ieiunium perpetuò laboranti; austeritas magna delicato, & nobili in altiori posito: peregrinatio mulieribus: panis & aquæ ac solitudinis melancholico, ac scrupuloso, & aliæ similes. Præterea labo-

rare plurimum debet Confessarius, vt pœnitentibus contrariam peccatis medicinam imponat: puta luxurioso cõtinentiam: & pro ea retinenda vetet transitus per aliqua loca inhonesta, imponet etiam ieiunia, aut disciplinas, aut alias carnis macerationes. Auaris imponat eleemosynas; Superbis opera humilitatis. Tandem curet vt satisfactio imponenda, potius sit remedium præseruatiuum a recidiuo quam expiatio præteritorum delictorum. Sacerdos admonere debet pœnitentẽ, quantam peccata sua exigãt satisfactionem, eumque hortari vt satisfaciat, & pro peccatis carnalibus assumat pœnitentias corporales, sicut est ieiunium, peregrinatio, disciplina & similia. Pro spiritualibus, orationes & eleemosynas; & meditationes peccatis eorum contrarias. In contrectatione rei alienæ, vel in damno alij illato per furtum, rapinam, vsuram, fraudem, iniustam exactionem, falsam testificationẽ, falsam monetam, & alios modos de quibus sacerdotes diligenter inquirãt: primò vt præcipuè iniungant restitutiones fieri his, quos prædictis modis damnificarunt vel læserunt, si facultatem habent, vel cum facultatem habebunt, si

in præſenti non poſſunt, aliter eos nō abſoluant. Sacerdos qui pœnitentiam denegat, reus eſt animarum, & ſi gaudere non poteſt de omnimoda pœnitētis purgatione, ſaltem gaudeat, quod liberatum à gehenna ad purgatorium transmittat. Et quando viderit Confeſſarius pœnitentem dicere ſe nō poſſe facere pœnitentiam quam meretur iudicio Confeſſoris mediocrem, ſed tantum velle facere paruam, debet ei morem gerere, & ea vti prudentia, qua vti ſolet medicus, qui non ſemper rigore medicaminum vtitur, quæ morbus exigit, ſed ægri debilitatem attendit, qui ſi rigorem illum ferre nequit, remiſſius cum eo agit: ſic etiam iniuncta & acceptata pœnitentia mutari poteſt ac diminui à confeſſore hac de cauſa, quia bona fide exiſtimat pœnitentē adimplere non poſſe, aut nō ſine difficultate, aut nō ſine periculo ſalutis animæ & corporis; quia tunc non ſolum is qui eam impoſuit, ſed etiam alius (ſi is facile adiri non poſſet) quamuis eo inferior mutare poteſt, id eſt, Epiſcopus impoſitam à Papa, ſecundum gloſ. ſingulariter receptam. Vnde quando videt ſacerdos pœnitentem nolle acceptare pœnitentiam, quia fortè videtur

tur ei quod non possit adimplere, non dimittat eum absque absolutione, vel potius imponat illi vnum Pater noster vel aliud leue exemplo Domini nostri Iesu Christi, qui nunquam legitur grauem pœnitentiam iniunxisse nisi, *Vade, & noli amplius peccare*, Ioan. 2. & *Nolite mittere vinum nouũ in vtres veteres* Matt. 9. Vinũ nouum vocat duram & laboriosam pœnitentiam, & vtres veteres peccatores peccato inueteratos: & alia bona quæ fecit, quam pœnitentem à se recedere permittat desperatũ Quod sanè intelligẽdũ est, quãdo pœnitẽs dolet & paratus est facere, quod tenetur, sed dicit onus pœnitentię ferre non posse, quia tunc nunquam est sine absolutione dimittendus, ne desperet, esset tamẽ (nisi nimia deiectio, aut diffidẽtia pœnitentis timeretur) indicanda ipsi pœnitentia, quanto grauiorem mereretur, nẽpe septennis pro quolibet mortali, sicut habetur in Canonibus pœnitentialibus, quia peccator septiformẽ gratiam Spiritus sancti propter peccatum amisit, sic per septennem pœnitẽtiam eam recuperare debet, quamuis hodie secundum omnes pœnitentiæ sunt arbitrariæ, si adfuerit causa, sunt enim cũplures canones pœnitentiales,

à quibus non debet sacerdos sine causâ recedere, alias peccaret. Quia satisfactio imponitur non tantũ propter temporalem pœnam reliquã, sed etiam in medicinam præseruatiuam, quod procul dubio tam est necessarium, vt officio suo non satisfaciat sacerdos, si hoc omittat. Verum si esset aliqua satisfactio proximo exhibenda, vt illa quæ concernit restitutionem damnorum datorum, aut malè acquisitorum, vel iniuriarum irrogatarum, tũc hoc omninò est facienda, læsis si reperiantur, quia sacerdos de his restitutionibus gratiam facere non posset. Admoneat Confessarius pœnitentem, quod quãdo illi imponit pœnitentiam ieiuniorum, aut aliquarum precum, non censetur in casu dubij ieiunia illorum dierum, aut aliquarum precum recitationem, ad quæ pœnitens tenebatur, imponere; Nam non satisfaceret pœnitẽtiæ, si is, cui dierum quatuor ieiunium impositum fuerit, ieiunaret in diebus quatuor temporum, aut in vigilijs, ad quas tenebatur, secũdum omnes. Hortetur etiam pœnitentem, vt in gratia Dei pœnitentiam agere curet, quia sic satisfacit Ecclesiæ, & Deo pro pœna, vel quo ad totum, si æquiualens à sa-

cerdote fuerit impositum, aut quo ad dimidium, vel aliam partem, si quod impositum fuerit, non est æquiualens; si verò extra charitatem sacramentalē satisfactionem expleuerit, illud certissimum est illum de rigore iustitiæ, minimè satisfacere pro temporali pœna debita. Quia virtus satisfaciendi de rigore iustitiæ non aliunde tribuitur, quam ex virtute passionis Christi, à qua secludimur, si extra charitatem sumus. Statuat etiam pœnitenti quędam loca, ad quæ confugiat, quibus locis & diebus, sese in pijs meditationibus exerceat, modo in consideratione suorū peccatorum, modo in meditandis pœnis inferni pro suis peccatis sibi debitis, modo in diuini iudicij animaduersione, modo in morte, modo in ingratitudine Deo exhibita, modo in passione Domini. Denique qui peccato sunt assueti, non per vnam, sed per plures etiam hebdomodas his teneantur exercitijs. Det etiam Christus spiritum suum, vt sciat quilibet qualiter debeat iniungere pœnitentiam.

Statuta Coloniensiū obseruatu digna.

Statuta Coloniensiū sic habent. Audita confessione sacerdos semper interroget confitentem, si velit abstinere ab omni mortali peccato: & hoc ei per

sua-

suadeat, & modis quibus potest inducat; & si confitens dixerit se nolle vel non posse abstinere: non absoluat eum sed moneat, vt interim faciat quicquid boni possit, vt Deus cor eius citius illustret, & ad pœnitentiam reducat. Consulat ei etiam, & indicet sacerdos cum diligentia modum viuendi, per quem possit à peccato facilius abstinere. Sacerdotes etiam in iniungendis Pœnitentijs discretionem habeant, vt pœnitentias secundum magnitudinem & qualitatem peccati, & possibilitatem confitentis, peccatoribus iniungant. Item præcipimus sub pœna excommunicationis quā in his scriptis ferimus in sacerdotes, qui contrarium fecerint, nè Confessis, cuiuscunque conditionis vel status, aut confitentibus, nomine restitutionis pro pœnitentia iniungāt, vt Ecclesias, capellas vel cœnobia instituant, vel Ecclesijs legata faciant, sed prius restitutionem, vt prædictum est, faciant illis, à quibus extorta sunt, si inueniantur, vel hæredibus eorundem, alioqui ad arbitrium nostrum vel nostri pœnitentiarij erogentur. Item sub pœna prædicta prohibemus sacerdotibus, ne Missas quas pœnitentibus, vt celebrari faciant, iniunxerint, aliquatenus

tenus celebrent, sed ad alios mittant; neque sacerdotes inter se faciant conuentionem de missis celebrandis, vt sic mutuo sibi Parochianos pro celebrandis Missis transmittant. Item diligenter in confessione caueant sacerdotes, vt si confitentes peccata aliquorum reuelauerint, vel nomina eorum indicauerint, cum quibus peccauerunt, ea secretè teneant, sicut peccatum confitẽtis. Item sub pœna Excommunicationis omnibus sacerdotibus inhibemus, nè à confitentibus nomina eorum, cum quibus peccauerint, inquirant, vel circumstantias, per quas possint nomina eorum sciri. Quod si fecerint, ab officio confessionis audiendæ, & sacrorũ ministeriorũ ipso facto se nouerint esse suspensos. Sacerdotes districtè inhibeãt cõfitentibus, ne peccata aliorũ confiteãtur vel reuelẽt, aut nomina eorum cum quibus peccauerint, exprimãt. Item nullus sacerdos ex ira, odio, vel etiam metu corporis Confessionem confitentis audiat reuelare, verbo vel signo, generaliter vel specialiter dicendo. Ego scio te talem, qualis es. Et si reuelauerit aliquo modo, de hoc cõuictus, debet absq; omni misericordia degradari. Si tamen indigeat consilio,

illud

illud vt dictum est sine expressione personæ cautè requirat. Hæc illa.

CAPVT XV.

De qualitate confessariorum regularium & eorum potestate.

VT vlterius progrediamur, videbimus quales oporteat esse confessores Religiosorum, vt priuilegijs vti possint. *Primò*, debent esse Regulares alicuius ordinis mendicantium, vel eorum priuilegiorum participantium, alias vt priuilegiati absoluere, vt inferius dicemus & dispensare non possunt, nisi speciali auctoritate sibi tradita. *Secundò*, debent esse ab eorum superioribus ordinario præsentati, ab eoque approbati. Approbati autem qui habeantur, sacrum Concil. Trid. Sess. 25. cap. 15. explicat, dicens. Quamuis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullũ etiam Regularem posse confessiones secularium etiam sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur,

tur, & approbationem quæ gratis detur, obtineat, priuilegijs, & consuetudine quacunque, etiam immemorabili, non obstantibus. *Curatum beneficium*, includuntur hoc verbo, omnes qui aliquo modo animarum curam habent, vt sunt Guardiani, Priores, Prouinciales, alijque Religiosorum Prælati; *Episcopi examen*, quia ipsis animarum commissarum cura incumbit, *aut alias idoneus iudicetur*, vt cum quis publicè in aliqua vniuersitate sacram Theologiam legerit, vel in illa graduatus aut licentiatus fuerit, vel ad eam doctrinā peruenerit, vt meritò à Prælatis ad has functiones admittatur, absque aliquo alio Episcoporum examine; *Et approbationem obtineat*, quia à iure præter tria prædicta requiritur, vt absoluens non sit suspensus, vel irregularis, nec excōmunicatus, nec interdictus, neque à suo Superiore impeditus. Atque hi cōfessores ita dispositi, habent priuilegia tam inter se, quam inter sæculares, à Summis Pontificibus propter necessitatem admissa, & talibus priuilegijs insigniti, & ab Ordinariorum potestate exempti, ex vi ipsorum priuilegiorum in suos subditos maiorem habent authoritatem, quam Episcopi in suos, si-

cut

cut R. Pater, frater Hieronimus à Sorbo in suo compendio priuilegiorum quo ad fratres, & quo ad sæculares hoc modo ex Resolutionibus in materia absolutionum notauit.

1. *Primuò quo ad fratres.* Ministri Generales, Prouinciales, & illi, quibus ipsi commiserint, possunt absoluere Fratres, & moniales suæ obedientiæ, ab omni vinculo excommunicationis, & quibuscunque alijs censuris, & peccatis: & dispensare in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto, exceptis illis deductis ad forum contentiosum.

2. Omnemq; ab illis inhabilitatis, & infamiæ maculam abolere; & in quibuscunque occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & in quibus Episcopi possunt cum suis, vigore Conc. Trid. exceptis duntaxat contentis in Bulla Cœnæ Domini, antequam, scilicet, obtineatur facultas pro illis, ex priuilegiorum confirmatione; Dispensant etiam cum illegitimis.

3. Et similiter Fratres absolui possunt ab omnibus peccatis, & censuris, plenariè semel in vita, & in mortis articulo.

4. Item quatuor in anno, diebus quibus maluerint, & in festis Domini Sabaoth,

baoth, & beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, & Apostolorum Petri, & Pauli, ac Sancti Francisci, Sanctę Clarę, & per totam Maiorem hebdomodam, de consensu tamen suorum Prælatorum, saltem Prouincialium: & tunc etiam, quo ad casus illis reseruatos, poterunt huiusmodi priuilegio gaudere. Sed dum itinerant, & non habent socium Confessorem, possunt confiteri Fratri alterius ordinis, seu Clerico seculari, saltem præsumpta rationabiliter licentia Prælatorum.

Et similiter absolui possunt ijdem 5.
Prælati à confessoribus per eos electis.

Item absoluere possunt Prælati ve- 6.
nientes ad ordinem, seu nouitios, ab omnibus censuris à iure vel à iudice promulgatis generaliter, satisfacta tamen parte, & à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis; cum moderamine tamē vt dictum est alibi.

Absoluere etiam possunt Prælati &
Confessores; Fratres quoscunque 7.
conuersos, vel donatos, Familiares, Seruitores, Officiales, & continuè Commensales conuentuum, & domorum, ab omnibus peccatis, præterquam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à censuris, quas ex igonrantia, vel in-

aduer-

aduertentia incurrerunt, ac etiam eis Ecclesiastica Sacramenta ministrare.

Secundò quo ad seculares.

1. Fratres confessores mendicantes, & participantes, per Prælatos debitè præsentati, & ab ordinario approbati, ad audiendas confessiones secularium, si sunt in eorum conuentibus, Diæcesis vbi fuerint approbati, possunt audire omnes sæculares, tam suæ quam alterius Diæcesis. Et authoritate quam habent ab Episcopo erga eius subditos, possunt vti erga extraneos, ac etiam autoritate infra scripta.

2. Et possunt à censuris, propter peccata contractis, Episcopo reseruatis, absoluere: ac in illis, si opus fuerit, dispensare; & in omnibus alijs Ecclesiasticis censuris, exceptis nominatim excommunicatis (nisi parti læsæ satisfecerint) & exceptis casibus à iure communi Episcopo reseruatis, & censuris Papæ reseruatis.

3. Item à Simonia dummodo non fuerit in ordine, vel Beneficio contracta.

4. Item possunt in foro conscientiæ, omnia vota, quæ Episcopi possunt, in alia pia opera commutare, exceptis quinque illis Papæ reseruatis, videlicet, de Religione, castitate perpetua,

vltra-

vltramarino, Romæ, Sancti Iacobi de Galitia, nec non peregrinatione vltra duas dietas.

5. Item possunt dispensare in iuramentis eiusdem materię. Et de licentia suorum Prouincialium possent dispensare cum incestuosis, causa copulæ carnalis mariti cum cōsanguinea vxoris, vel vxoris cū consanguineo mariti, intra quartum gradum: nisi hoc impedimētum fuisset sublatum per Conc. Trid. Ac etiam cum illis, qui facto voto simplici de castitate Matrimonium contraxerunt, vt possint petere debitum.

6. Si verò non fuerint præsentati & approbati, & in eorum Conuentibus *Nota.* residerint neminem audire poterunt; excepto articulo necessitatis extremæ: vel nisi fuerint in itinere, non valentes habere ordinarij copiam: quia tunc poterunt audire omnes ad se reccurrentes, & vti plenariè Episcipali auctoritate.

Est tamen aduertendum, quod in Regnis, vbi Bulla Cruciatæ obseruatur, cum sæcularibus, Bullam illam non habentibus, supradictis priuilegijs vti minimè possent: nec etiam tempore Iubilæi plenissimi, circa ea quæ in illo suspenduntur.

Quan-

Quando fratres vtuntur his priuilegijs, exercent iurisdictionem quam habent non ab Episcopis, sed a summis Pontificibus. Si tamen Episcopi eos inuenerint mente captos, criminosos, hæreses aut scandala disseminātes, possunt eos à confessione & prædicatione suspendere.

Flagellis non vtuntur in absol. excom. Leo X concessit quod fratres Minores, qui audiunt confessiones, absoluendo in foro conscientiæ excommunicatos, non teneantur seruare formam, quæ obseruatur in publicis absolutionibus, scilicet flagellationem cū psalmo Miserere mei &c. Sacramenta cum simpliciter & purè sint conferenda, absolutio pueris in quibus est dubium an vsum rationis habeant, sub his verbis est danda. *Absoluo te, si vsum rationis habueris, in iustis & sanctis, Absoluo te si hæc quæ confiteris feceris.* In recōciliationibus autem breuibus satis est dicere,

Absolutionis forma puerorum.

Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, à quo possim te absoluere, ego te absoluo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego authoritate ipsius qua fungor te absoluo, ab omnibus peccatis tuis, in nomine &c.

In confessionibus plenioribus di-

cat sacerdos, quando certus est pœnitentem incurrisse in aliquam excommunicationem, & ipse facultatem absoluendi habet. *Absoluo te à vinculo excõmunicationis, quã incurristi propter talẽ causam*, quod premittitur, vt effectus absolutionis non impediatur. Imponitur manus ad designandum aliquem copiosum gratiæ effectum, & cum pœnitẽs meminerit se esse excommunicatum ex causa damni, satisfactionem statim faciat. Religiosi qui in suis visitationibus, & capitulis à suis Prælatis absoluũtur à cẽsuris, valet absolutio generalis, quia cum aliqua reseruata venerint ad memoriam, possunt ab eis absolui, nã propter Superioris absolutionem generalem, non sunt amplius reseruata; ab oblitis verò peccatis nemo absoluitur, ergo illa sunt confitenda cum in mentem venerint, & indagãda sunt ante, ne transeat tempus à superiore designatum. Posset etiam vna die fieri pars confessionis, & in altera die alia, vel in vna die confessio audiri, & alia impendi absolutio, & iniungi pœnitentia peccatorum, quia pœnitentia non requirit tantam continuitatem agendorum, & dicendorum sicut alia Sacramenta. Si confessio frequenter reitera-

Manus imponitur.

tur, non ex aliqua diffidentia, quasi ob grauitatem suorum peccatorum, priores absolutiones non sufficerent, sed ex humilitate & deuotione, quam ad huiusmodi Sacramentum pœnitens habet; fructuosè cum absolutione reiteratur. Absoluendus non debet astringi voto, aut iuramento, aut alia promissione quæ nouum vinculum iniiciat, ad faciendum aliquid, vel non amplius committendum tale peccatum; sufficit enim firmiter proponere, nisi cũ ius aliquid præcipit, veluti quod excõmunicatus ob notoriam offensam, prius satisfaciat, quod incendiarius vel eius fautores etiam prius satisfaciant vt poterunt, & iurent id amplius non facere, quod mutilator, manifestus raptor, aut Ecclesię violator, vsurarius manifestus, publicè iniuriam inferentes personis Ecclesiasticis, satisfaciãt, istis non debet absolutio dari, nisi parti realiter satisfaciant, vel si nequeunt, dẽt cautionem sufficientem, id est, fideiussoriam vel pignoratitiam, si præstare illam possunt, vel saltem iurent se cum primum poterunt, satisfacturos.

Absoluendus nõ debet voto astringi.

CAPVT

CAPVT XVI.

De satisfactione.

SAtisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. Cyprianus: *Agentes pœnitentiam veram, possunt Deo patri misericordi precibus & operibus satisfacere.* Gregorius. *Delinquenti Dominus nequaqam parcit, quia delictum sine vltione non deserit, aut enim ipse hoc homo in se pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit: nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus sine vindicta laxatur, sic Dauid audire post confessionem meruit: Dominus transtulit peccatum tuum, & tamen multis post cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpæ quam perpetrauerat, exoluit.* Augustinus. *Productior est pœna quam culpa, ne parua puteretur culpa si cum illa fineretur & pœna, ac per hoc, vel ad demonstrationem debitæ miseriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem patientiæ, temporaliter hominē detinet pœna, etiam quem iam ad damnationem æternam reum, non detinet culpa* Ambrosius. *Lugubris tibi accipienda vestis est, & mens ac mēbra singula digna castigatione punienda; amputentur crines, qui per vanam gloriam occa-*

De satisfactione Patrū autoritas.

Cypr. cap 10 ad Clerum.

Greg. lib. 9. mor. cap. 27

Tract. 124. in Ioan.

Ad virginē lapsam.

sionem luxuriæ præstiterunt; defluant oculi lachrimis, qui masculum simpliciter non aspexerunt: pallescat facies quæ quōdam viruit impudicè: denique totum corpus iniuria maceretur, cinere aspersum, & opertum cilicio perhorrescat, quia malè sibi de pulchritudine placuit, cor verò sic liquescens sicut cera ieiuniis, inquietans seipsum, & cogitationibus ventilās, quare sit ab inimico submersum. Sensus etiam crucietur: quia in membra corporis, cum haberet dominationem malo cessit imperio. Talis vita, talis actio pœnitentiæ si fuerit perseuerans audebit sperare, & si non gloriam, certè pœnæ euacuationem. Et infra. *Grandi plagæ, grandi & atra opus est medicina, grande scelus, grandem habet necessariam satisfactionem.* Satisfactio in genere est actio qua is qui alterum læsit tantum facit, quantum sat est ad iniuriam compensandam, & respicit non damnum re ipsa illatum, sed personam iniuria affectam. Sic Deo satisfieri debet, qui à nobis iniuria afficitur: & sic in actionibus versatur, vt restaurat iustitiam quo ad æqualitatem actionum, vt cum quis qui alium iniuria affecit, ab eo veniam petit. Et sicut iustitia quæ in actionibus versatur est duplex, ita & satisfactio. Quædam enim versatur in absoluta & perfecta æqualitate, vt cum tantum honoris

Satisfactio in genere quid sit.

noris vnus tribuit alteri, quantum dignitas eius exigit absolutè Alia versatur in æqualitate non absoluta & perfecta, sed imperfecta, quæ ex pacto, vel donatione, vel acceptatione alterius pendet, vt cum quis eum honorē principi defert, quē is sibi lege deferri mandauit, licet is sit inferior principis dignitate: sic satisfactio quandoque fit ad perfectam & absolutam æqualitatē, vt cum actio contumeliosa inter duos homines æquales, recompensatur, per aliam contrariam actionem tantū habentem honoris, vt alia habuerat cōtumeliæ: quandoque fit ad æqualitatē imperfectam, vt cum quis passus est iacturam decem mille aureorum, satisfieri sibi patitur cessione omnium bonorum, licet ad eam summam non ascendant: sed inter Deum & homines non potest esse illa iustitia perfecta, & absoluta, & sic nec satisfactio: nam quicquid sumus Dei sumus, & quod habemus à Deo habemus, cum in eum peccamus, infinitum bonum quod in nobis est, lædimus, quicquid verò habemus & sumus exiguum est & finitum. Vnde nisi aliqua acceptatio, aut donatio intercedat, nemo potest illi pro peccatis in eum admissis satisfacere. Est

Satisfactio quādoq; e fit in perfecta æqualitate, quandoque in imperfecta.

sionem luxuriæ præstiterunt; defluant oculi lachrimis, qui masculum simpliciter non aspexerunt: pallescat facies quæ quondam viruit impudicè: denique totum corpus iniuria maceretur, cinere aspersum, & opertum cilicio perhorrescat, quia malè sibi de pulchritudine placuit, cor verò sic liquescens sicut cera ieiuniis, inquietans seipsum, & cogitationibus ventilās, quare sit ab inimico submersum. Sensus etiam crucietur: quia in membra corporis, cum haberet dominationem malo cessit imperio. Talis vita, talis actio pœnitentiæ si fuerit perseuerans audebit sperare, & si non gloriam, certè pœnæ euacuationem. Et infra. *Grandi plagæ, grandi & atra opus est medicina, grande scelus, grandem habet necessariam satisfactionem.* Satisfactio in genere est actio qua is qui alterum læsit tantum facit, quantum sat est ad iniuriam compensandam, & respicit non damnum re ipsa illatum, sed personam iniuria affectam. Sic Deo satisfieri debet, qui à nobis iniuria afficitur: & sic in actionibus versatur, vt restaurat iustitiam quo ad æqualitatem actionum, vt cum quis qui alium iniuria affecit, ab eo veniam petit. Et sicut iustitia quæ in actionibus versatur est duplex, ita & satisfactio. Quædam enim versatur in absoluta & perfecta æqualitate, vt cum tantum honoris

Satisfactio in genere quid sit.

noris vnus tribuit alteri, quantum dignitas eius exigit absolutè. Alia versatur in æqualitate non absoluta & perfecta, sed imperfecta, quæ ex pacto, vel donatione, vel acceptatione alterius pendet, vt cum quis eum honorē principi defert, quē is sibi lege deferri mandauit, licet is sit inferior principis dignitate: sic satisfactio quandoque fit ad perfectam & absolutam æqualitatē, vt cum actio contumeliosa inter duos homines æquales, recompensatur, per aliam contrariam actionem tantū habentem honoris, vt alia habuerat cōtumeliæ: quandoque fit ad æqualitatē imperfectam, vt cum quis passus est iacturam decem mille aureorum, satisfieri sibi patitur cessione omnium bonorum, licet ad eam summam non ascendant: sed inter Deum & homines non potest esse illa iustitia perfecta, & absoluta, & sic nec satisfactio: nam quicquid sumus Dei sumus, & quod habemus à Deo habemus, cum in eum peccamus, infinitum bonum quod in nobis est, lædimus, quicquid verò habemus & sumus exiguum est & finitum. Vnde nisi aliqua acceptatio, aut donatio intercedat, nemo potest illi pro peccatis in eum admissis satisfacere. Est

Satisfactio quādoque fit in perfecta æqualitate, quandoque in imperfecta.

præterea aduertendum, in Satisfactione esse recompensandam inæqualitatem, quæ non solum iustitiæ sed etiam amicitiæ est. Alium enim lædendo iustitia & amicitia violatur, sic satisfaciendo iustitia & amicitia restauratur; contingit aliquando quod iustitiæ satisfiat, amicitiæ verò minimè, vt cum quis est à iudice comprehensus, satisfacere cogitur iustitiæ, amicitia tamen non reformata. Sed cum homines peccant, iustitiam & amicitiam Dei violant, & pro amicitia reformanda non potest homo Deo satisfacere, quia satisfactio eius ad Deũ, eget necessariò eius acceptatione, acceptatio verò amicitiam supponit. Præteria vt satisfactio sit aliquo modo ad æqualitatem, oportet vt sicut offensio habuit quandam infinitatem ex parte obiecti, sic habeat satisfactio infinitatem quandam ex parte principij satisfacientis, vnde requiritur, vt opera satisfactoria fiant à Spiritu Dei hominem inhabitante, vel ab ipso homine, vt membro Christi, & filio Dei per gratiam effecto, & amicitia recuperata per gratiam. Quod scriptura declarat: *Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* 1. Cor. 6. *Quod si Spiritus*

tus

tus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. propter inhabitantē spiritū eius in vobis. Rom. 8. *An nescitis quoniā membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo & non estis vestri:* 1.Cor. 6. *Et si quid patitur vnum membrum: compatiuntur omnia membra Siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.* Vos *autem estis corpus Christi; & membra de membro.* 1.Cor. 12. *Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius.* Eph. 5. *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Eph. 4. *Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum: per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Rom. 5. Dei honori quamuis detrahi non potest in se, tamen toties quoties homo peccat transgrediendo mā-

 datum.

datum ipſius eum inhonorat, voluntatem eius contemnendo & ſuam præponendo, quem peccans ſatisfaciendo recompenſare conatur, ita adhibet ſatisfactionem quaſi medicinam præſenti morbo & præſeruatiuum morbi inſtantis; & cum ſit propria electione, diſtinguitur à iuſtitia vindicatiua, quæ pœnam pro culpa infligit, ſiue reconciliatio ſequatur ſiue non; & vt perſona priuata ſeipſum caſtigat & affligit, vt alterius amicitiam reconciliare poſſet, ſic eſt pars pœnitentiæ vt exteriori ſigno demonſtratur, & à Nauarro deſcribitur, cap. 3. numer. 1. Satiſfactio eſt paſſio voluntaria pœnæ pro peccato ad Deum placandum, & cum propoſito eum amplius non offendendi. Remiſſa enim culpa aliquando remanet reatus pœnæ temporalis, quod ex ſcriptura probatur. Dauid poſt impetratam veniam adulterij, & homicidij punitus eſt morte filij. Et ob numeratum populum, pœnam ſubit à Deo ſibi propoſitam. Idem de Moyſe & Aaron, quia non glorificauerunt Deum ad petram. Idem & de alijs, 3. Reg. 13. & 1. Cor. 11. Nam homo per peccatum duplex damnum incurrit, inimicitiam Dei per auerſionem ab ipſo, & pœ-

Satisfactio in ſpecie vt pœnitentiæ pars definitur.

2. Reg. 24.
2. Reg. 12.
Num. 20.

Homo per peccatū duplex damnū incurrit.

& pœnam ęternam per conuersionem ad creaturas: adiutus autem gratia diuina, cui libero arbitrio coöperatur, per conuersionem ad ipsum Deum, recipit ipsius amicitiam, pœna æterna mutata in temporalem; pœna sensus relinquitur vt iustitiæ satisfiat in hoc sæculo vel in futuro purgatorij, qui misericordia amicitiam consecutus fuit secundum id. *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit: tantum date illi tormentũ & luctum.* *Apoc.18.* *Pro mensura peccati, erit & plagarum modus.* *Deut.25.* In peccato enim cõsideratur & auersio à Deo, & conuersio ad bonum creatum: auersioni respondet pœna dãni, id est, priuatio diuinę præsentiæ: cõuersioni vero pœna sensus, quæ ex se non esset infinita ratione subiecti, nisi cõiungeretur cum inimicitia Dei, quo pacto stare non potest, vt quis sit e inimicus, & non semper pati debeat: per pœnitẽtiã verò, licet quis fiat Dei amicus, & restituatur in amicitiam, & pœna amplius non maneat æterna, tamen oportet vt satisfiat iustitiæ, quæ bene stat cum amicitia: per baptisma vero, quod est spiritualis regeneratio, fit plenissima remissio, in pœnitentia non semper. Satisfactionem ante ingressum glorię esse necessariam

Luc.3. probatur. *Facite fructus dignos pœnitentiæ:*
1.Cor.11. Item, *Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur.* Id est, si nos de nobis supplicia sumeremus, non haberet quod Deus in sæculo futuro, vel per ignem
Rom.6. purgaret, vel condemnaret. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem, ita*
Serm.116. *nunc exhibete membra vestra seruire iusti-*
Paradysus *tiæ, in sanctificationem.* Comprobatur
nil patitur quoque exemplo Niniuitarum, qui lu-
maculam ha- gubrem pro peccato pœnitentiam e-
bens. gerunt, quod probat Dominus. Matth. 11. Væ tibi Corazaim &c. D. Chrysostomus. *Si magnus est lapsus tuus, maior sit lachrymarum tuarum torrens. Paradysus verò vbi Dei præsentia conspicitur, cum nil patiatur, maculam habens, sequitur vt satisfaciendum sit hic, pro pœnis peccatis debitis, vel in purgatorio. Et erit ibi semita & via, & via*
Isaie.35. *sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam.* Et *Non intrabit in eam*
Apoc.21. *aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.* Accedente gratia Dei possumus ex proprijs aliquo modo, & per hoc iustè & ex condigno satisfacere: primò enim accedit gratia iustifi-

cans per quam efficimur filij Dei, mẽbra Christi, habitaculum Spiritus sancti, & hac ratione opera nostra, vt à Spiritu Christi in nobis inhabitante procedant, habent quandam infinitatem, & sic quandam æqualitatem cum iniuria, qua Deum peccato offenderamus. *Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè, discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra, vt coccinũ, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erũt.* Isaiæ 1. *Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo.* Prouerb. 16. *Quamobrem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum; forsan ignoscet Deus delictis tuis.* Dan. 4. *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur, seculi autem tristitia mortem operatur.* 2. Cor. 7. vbi inter fructus sanctæ tristitiæ, quæ pœnitentiam in salutem stabilem operatur, ponitur vindicta quã pœnitens sumit de seipso, vel impositam à sacerdote libenter admittit, vt iniuriam Deo factam ea ratione com- *Isaiæ. 1.*

Matth.20. penset, huc faciunt scripturæ testimonia pro meritis vitæ æternæ. *Voca operarios & redde illis mercedem.*

Reatus pœnæ temporalis quandoque ieiunijs, precibus, eleemosynis, & alijs pijs ac laboriosis operibus huius vitæ redimi possunt, vt Niniuitæ subuersionem. Dominus promittit ad se conuersis remotionem iræ suæ. 2. Par. 7. Ier. 18. Et vbi peccata eleemosinis redimuntur. Dan. 4. Tob. 4. & 12. Aliquando non redimuntur, sed necessario patienter tolerandæ sunt, talis pœna est mors Gen. 3. Rom. 5. quam nullus iustus euadere potest, quam in filio, Dauid post remissionem peccati euadere non potuit. Talis etiam pœna populo fuit, quod non ingrederetur terrã promissam ob peccatum commissum ad petram, & precibus eam pœnam euadere non potuit Moyses. Patres hortantur ad opera laboriosa spontè suscipienda, sicut Dauid à nullo coactus, ieiunare, humi iacere, cilicium sibi imponere, & potum cum fletu miscere voluit. Et Iob in fauilla & cinere pœnitentiam egit. Achab cilicio ieiunauit, & Deum placauit. Pœnitentia enim, cum sit medicina animæ vulneratæ, exigit, vt qui curatur, vnctiones & medica-

Marginal notes: 2. Reg. 12. — Deuter. 3. — 2 Reg. 12. — Psalm. 68. — Psalm. 101. — Iob. 24. — 3. Reg. 21.

dicamina amara patiatur. Vtilissimum est pœnitenti, vt non maneat omninò impunitus, ne ex veniæ facilitate ad peccatum iterum incitetur. Ob peccatum vnius non punitum, furor Dei in totum populum accenditur, & ex pœna etiam vnius, maximè si publica sit, multi corriguntur: quia sic homo non solum laborat vt apud Deum veniam impetret, sed etiam vt lætam faciat Ecclesiam, quam contristauerat. Satisfactio debet fieri per opera pœnalia & Deo honorifica, nam recompensatio offensæ importat adæquationem, quā oportet esse eius qui offendit, ad eum qui est offensus: adæquatio verò in humana iustitia attenditur per subtractionem ab vno qui habet plus iusto, & additionem alterius cui est subtractū aliquid. Deo vero licet ex parte sua nil detrahi possit, tamen peccator quod in se est, aliquid ei detraxit peccando, vt dictum est, vnde in satisfactione oportet, quod detrahatur aliquid de peccante quod cedat in honorem Dei, opus verò bonum, vt huiusmodi nil subtrahit ab operante, imò perficit ipsum; vnde subtractio non potest fieri per opus bonum nisi sit pœnale, ideò ad hoc, vt aliquod opus sit satisfactorium, opor- *Iosuæ.7.*

tet vt sit bonum, & in honorem Dei cedat, hoc est vt fiat sicut ille vult & mandat fieri, & sit pœnale, vt aliquid peccatori subtrahatur. Similiter etiam pœnæ à culpa preseruant, nec facile ad peccatum redit pœnam expertus. Deniq; satisfactio fit ad corrigendã culpam, quæ nõ corrigitur nisi per pœnã.

Opus externum specialiter dicitur satisfactorium, & est in pœnitentiam imponendum, maximè quia actus interior, vt sunt spiritualia & cõtemplationes, per externum nouo semper conatu augetur, & est potioris satisfactionis quam interior; & omne opus meritorium scilicet quod ex gratia procedit, generali ratione est satisfactorium, quia per omne opus meritorium fit aliqua accessio gratiæ, vnde per quemcunque actum dilectionis Dei, vt per contemplationem, & orationem, & huiusmodi generaliter fit satisfactio, quia huiusmodi est virtualis pœnitentia, sicut & per contritionem: nunquam enim dimittitur culpa, quin aliquid pœnæ condonetur, tanto crebrius absolutio petenda erit. Et flagella huius vitæ, si æquo animo & patienter ferantur, sunt satisfactoria iustis, pro peccatis iam dimissis: si verò nõ æquo animo & per impatientiam homo re-

filiat, non sunt satisfactoria, sed habēt rationem meræ vindictæ, nam compēsatio præteritę offensæ potest fieri & ab eo qui offendit, & ab alio. Quando fit ab alio habet potius rationem vindicationis, quam satisfactionis, vt cum quis a iudice punitur: cum verò fit ab eo qui offendit, tunc habet rationem satisfactionis: vt & meriti, fit enim ipsius opus satisfactorium per patientiā, qua ipsum acceptat. Conueniēter enumerantur tria opera satisfactoria, Oratio, Ieiunium, & eleemosyna. De his tribus dicit Angelus, *Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna.* Et quomodo hæc tria fieri debeant declarat Dominus, Matth. 6. Et ad hæc tria omnes afflictiones reducuntur. De cinere & cilicio, quæ reducuntur ad ieiunium, habentur exempla in sacris literis, Niniuitarum. Ion. 3. Dauidis & seniorum Israel. 1. Par. 21. Idem iubetur. Ier 4. Ioel. 1. & alibi, & Matth. 11. Saccus & ieiuniū arma sunt pœnitentię. De flagellatione 1. Cor. 9. & sui percussione dicit Apostolus. *Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Vbi Theophylactus dicit, id est, vsque ad liuorem tundere. Duo, vt dictum est, in

satisfactione consideratur. Iustitia qua vindicantur præteritæ offensæ, & præseruatio à futuris. Ad iustitiam requiritur vt aliquid nobis boni in honorē Dei subtrahamus. tria habemus bona, corpus, animam & externum bonum. Corporis bona subtrahūtur per delectabilia tactus; vt fit disciplinando, ieiunando, peregrinando & his similibus, quibus maceratur corpus: Animæ verò per humilia vt orando, contemplando, & se submittendo omnibus cum discretione tamen. Externa subtrahūntur tandem, per eleemosynas & opera misericordiæ. Si etiam consideratur satisfactio, vt præseruatiua per quam peccatorum causæ exciduntur, vt est concupiscentia carnis, oculorum & superbia vitæ, sic per ieiunium maceratur caro; per eleemosynas, auaritia per orationem, vitæ superbia, & hoc modo diriguntur in Deum, videlicet vt per ieiunium maceretur corpus vt fiat spirituale, & orationi, quæ est eleuatio mentis in Deum, non sit impedimento: & postquam per orationem Dei beneficia impetramus, simus & grati in proximum, per eleemosynas. Sufficit pœnitenti habere propositum satisfaciendi Deo hic, vel in purgato-

rio

rio; Deus enim solus nouit quæ pœnitentia debeatur in purgatorio, peccato per contritionem & confessionem dimisso, solus nouit grauitatem peccati, & vim contritionis, & quam pœnam absolutio sacramentalis tollit.

CAPVT XVII.

De Canonibus pœnitentialibus.

LIcet communiter dicatur cuilibet peccato mortali debere septēnem pœnitentiam, & S. Patres canones pœnitentiales statuerunt, quibus grauiora peccata purgentur, hoc tamen intelligi debet de illis quæ imponebantur pro criminali crimine, vt periurio, homicidio, adulterio & huiusmodi, nō autem pro quolibet mortali, quia pro aliquo solum quadraginta dies inponebantur, quandoque tres Quadragesimæ, quandoque vnus annus, decem & plures. Illi verò septem anni non intelligebantur, vt quotidie fieret pœnitētia, sed fortè semel in mēse ieiunium indicebatur, & sacerdos poterat augere vel minuere modum pœnitentiæ. Ideo autem tanto rigore fiebant tunc pœnitentiæ, quia arbitrabantur Patres satius esse hic purgari peccat-

peccatum, & satisfieri ad æqualitatem quam in purgatorio. Et cum quis pluribus peccatis esset grauatus, fortè in illis septem annis augebatur pœnitētiæ modus, vel quādoque pœnitentiæ multiplicabantur. Et quamuis hi canones in foro exteriori & pro manifestis criminibus, vel de consensu pœnitentis tantum imponerentur, attamen nil prohibet quin in foro interiori imponi possint, maximè cum non instar iudicij huiusmodi pœnitētiæ, sed more sacerdotum imponerentur, cum homicidæ neci non traderentur, aut exilio: sed corporis afflictionibus, vt ieiunijs, peregrinationibus & huiusmodi mulctarentur, quod indicat huiusmodi pœnitentias potius spectare salutem animæ, ac vitæ emendationem, & satisfactionem Deo faciendam, & populo offenso, quæ pœna ipsius pœnitentis, ad iudicem sæcularem pertinet, & etiam vt ad canones illos tamquam ad certam regulam in pœnitentijs imponendis spectari deberet. Pœnitentiæ autem cum iuxta varias pœnitētis qualitates variatæ sint, ne in incertum in re tanti momenti, cum in omnibus alijs vitæ actionibus regulæ certæ notatæ sint, incederetur; etsi non expedit eas pœ-

as pœnitentias imponere, ſaltem illas ſacerdos pœnitenti inſinuet, vt graui-tatem culpæ agnoſcat: Vnde viſum fuit hic Canones inſerere, vti ſanctorum Patrum ſtatutis, concilijs Catholicis, & ſacris canonibus fuerunt decreti. Sacerdos qui fornicatur, pœnitentiam agat annis decem, ſcilicet, quod incluſus & humi proſtratus primis tribus menſibus, à veſpera in veſperam, pane & aqua vtatur, exceptis dominicis, & feſtiuis præcipuis diebus; quibus modico vino, leguminibus & piſciculis vtatur, & tunc locum illum exeat, ſic tamen vt non prodeat in publicum, poſt refectis viribus, vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis diebus, & feſtis prædictis quibus vino, ſagimine, ouis & caſeis vti poteſt. Tunc Euchariſtiam ſumat, & ad pacem veniat, & vltimus in choro recipiatur, & minorum tantum ordinum officia gerat ad cornu Epiſtolæ non accedendo. Tum vſque ad ſeptimum annum, ſecunda quarta & ſexta feria in pane & aqua ieiunet, exceptis diebus Paſchalibus qui ſunt quinquaginta. Tunc per Epiſcopũ ad priſtinos gradus reuocari poteſt, ſic tamen vt feria ſexta in pane & aqua ieiunet. Et eadem

Canō primus Sacerdos fornicarius.

dem pœnitentia præsbytero pro alijs peccatis quæ depositionem inducunt, imponitur Hic canon intelligitur, primò de peccato publico, secūdò de fornicatione non simplici probabiliter, sed de adulterio, vel inceſtu, vt sentit Raim. Ex pœnitentiali vero Romano cap. 1. solutus cum soluta laicus peccās quinque annos pœniteat. Ex pœnitentiali Bedæ cap. 2. laicus cum laica tres annos.

2. Sacerdos si fornicatus sit cum filia spirituali, aut cum sua pœnitente, pœnitentiam agat annis duodecim: & in monasterio seruiat Deo, dum viuit. Si Episcopus hoc admiserit annis quindecim, mulier autē in monasterio detrudatur, vbi perpetuò viuat.

3. Sacerdos qui interest clandestinis desponsationibus, per triennium ab officij sui administratione amouetur.

4. 4. Sacerdos celebrans absque sumptione sacramēti, per annum pœnitentiam agat, & interim à communione

5. abstineat 5. Sacerdos excommunicatus si celebrat, annis tribus in pœnitentia sit, hebdomadis singulis feria 2. 4. & 6. ieiunet.

6. 6. Sacerdos à sacerdotij sui gradu remotus, atque ab ordine, quem degradatum

datum dicimus, eiectus, si scienter celebrauerit, priuatur Eucharistia vsque ad vltimum diem, & in excommunicatione est, viaticum tamen in fine sumens. 7. Si gutta sanguinis Christi in 7.
terram cadit, sacerdos sit pœnitēs diebus quadraginta: si super altare, & ad vnum pannum transit, diebus duobus; si vsque ad duos, diebus quatuor, si vsque ad tres, diebus nouem: si vsque ad quatuor, diebus viginti.

8. Si incautè dimiserit Eucharistiā, 8.
quamuis nil nefandi acciderit, tribus mensibus à sui muneris administratione amouetur. 9. Qui per ebrietatem 9.
Eucharistiam euomit, si laicus est, diebus quadraginta, si infirmus septem, si clericus sexaginta, si Episcopus nonaginta diebus pœniteat, & euomitum comburatur, & intra altare collocetur.

10. Ignoranter communionē dans 10.
hæretico, vel ab eo accipiens per annū sit pœnitēs, Si scienter annis quinque. Quod si nesciens permittit eum in Ecclesia celebrare, diebus quadraginta, quod si reuerentiæ causa anno vno, si ad euertendam fidem annis decem pœniteat, si verò relicta ecclesia ad hæreticos transierit, & alios ad hoc induxerit, duodecim annis pœniteat, tres extra

extra Ecclesiam, septem inter audientes, duobus extra communionem, & duodecimo anno communionem sine oblatione percipiat.

11 11. Si mus corrodit, vel comedit Eucharistiam, sacerdos ex cuius negligētia id contingit pœniteat, scilicet quadraginta diebus & triginta si ceciderit in Ecclesia, & non inuenta fuerit.

12. 12. Sacerdos mortuum clericum palla altaris inuoluens, decem annis, & mensibus quinque pœniteat, diaconus
13. triennio & dimidio. 13. Confessarius reuelans confessionem, iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari, aut in monasterium detrusus pœnitentiam agere.

14. 14. Clericus in præstandis horarum officijs à metropolitano Ecclesię more & ritu discrepans, idque per contemptum faciens, per menses sex à communione priuatur.

15. 15. Clerico furi annorum septem, laico quinque pœnitentia constituatur: sin autem res vilis est, in pane & aqua pœnitentia detur.

16. 16. Episcopus dissimulans corrigere venditiones ministeriorum, mensibus duobus, sacerdos hoc agens quatuor

tuor, Diaconus annis tribus pœniteat, Subdiaconi alijque inferiores debita excommunicatione afficiantur, sui iudicis arbitrio.

17. Iniustè excommunicanti, per mensem vnum ingressus Ecclesiæ interdicitur. 17.

18. Scienter rebaptizatus si per hęresim hoc scelus admiserit, afficiatur pœna annis septem, feria quarta & sexta ieiunans, & tribus annis ac totidem quadragesimis in pane & aqua. Si vero hoc fecerit pro munditia annis tribus. Si ignoranter, non peccat. 18.

19. Si Episcopus, presbyter, Diaconus sponte sunt rebaptizati, quamdiu viuunt pœnitentes sint. Alij vero clerici, & moniales volentes rebaptizari, pœnitentiam agant annis decem. 19.

20. Episcopus homicida, sit pœnitens annis quindecim, & deponatur, ac perpetuò peregrinetur, presbyter annis duodecim, Diaconus decem. & mensibus tribus in pane & aqua. 20.

21. Sponsalia filiorũ parentes dirimentes, & filij si consenserint, ac post rursum dissenserint, communione priuantur annis tribus. 21.

22. Monialis quæ fornicatur, matrimoniũue contrahit, & qui eã cognosci 22.

velt

vel contrahit cum ea, pœnitens ſit annis decem. 23. Simplex votum violanti,
23. trium annorum pœnitentia conſtituatur.
24. 24. Qui ſponſam alienam de præſenti accipit, in pœnitentia ſit annis ſeptem, & diebus quadraginta in pane & aqua, ipſa autem dimiſſa, quia legitima ipſi eſſe non poteſt.

25. 25. Contrahens cum adultera, quam per adulterium polluit, quinque annis pœniteat.

26. 26. Vxorem adulteram cognoſcens antequam pœniteat, tribus annis pœniteat, cognoſcens verò eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam duobus.

27. 27. Adultero fornicanti pœnitentia conſtituta eſt annorum ſeptem.

28. 28. Qui ſcienter contrahit, vel coierit cum duabus ſororibus, vel commatribus, aut ſorore, vel cum matre, & filia, vel coierit cum patre, & filio, vel duobus fratribus, pœnitentia eis conſtituatur annis octo.

29. 29. Cælans ſe cognouiſſe mulierem, quæ contraxit cum fratre eius, pœnitens ſit annis ſeptem.

30. 30. Qui coierit contra naturam, vel cum beſtia, vel qui inceſtum fecit, pœnitens ſit amplius quam annis ſeptem.

Qui

Qui clericus deponatur, laicus excommunicetur.

31. Qui in presbyterum, vel Episcopum manum inijcit, vel Ecclesiam vastat, vel impugnat, in monasterio inclusus perpetuò pœnitens sit. 31.

32. Qui coactus falsum testimonium dixit, nec mors secuta est, pœnitẽs sit annis duobus, si spontè annis quinque. 32.

33. Qui iniustè aliquem accusat ad mortem quadraginta diebus in pane & aqua continentur ieiunabit, & per septem annos pœnitentiam agat, non in pane & aqua tantum, sed arbitrio sacerdotis. Si verò ob eam mutilationem membrorum quis passus fuerit, accusator ieiunabit quadragesimis tribus in pane & aqua. 33.

34. Qui compulsus conditionaliter à Domino peierat, si liber sit quadraginta diebus in pane & aqua ieiunet continuè, vel interpolatè, & septem annis sequentibus pœniteat, non tamẽ in pane & aqua. Et si est seruus cogentis tribus Quadragesimis & legitimis ferijs, scilicet, secunda, quarta & sexta ieiunet. 34.

35. Peierans in manu Episcopi, vel in cruce cõsecrata tribus annis pœni- 35.

teat, si in cruce non consecrata vno, at qui coactus, & ignorãs ignorantia iuris, & postea cognoscit, tribus Quadragesimis pœniteat; sed si pro vita redimenda vel qualibet causa, vel necessitate peierat, quia plus corpus quam animam dilexit, tribus Quadragesimis pœniteat, cogẽs iurare falsum, quadraginta diebus in pane & aqua pœniteat & septem sequen annis.

35. 35. Mensurans falsa mensura, triginta diebus in pane & aqua ieiunet.

36. 36. Blasphemans publicè Deum, vel B. virginem, aut Sanctos, pœnitens sit annis septem, ex iure ciuili laicus blasphemus venit decapitãdus; clericus veniam postulet, alias degradetur, maximè si fuerit sacerdos, laicus hodie excommunicatur & caret Ecclesiastica sepultura.

37. 37. Iurans ad pacem non redire cũ proximo suo, vno anno pœniteat & ad pacem redeat.

38. 38. Qui Ecclesiam incenderit, eam sedulo restituat, pretium det pauperibus, & pœnitens sit annis quindecim.

39. 39. Aream vel domum voluntariè incendens, sublata vel incensa restituat, & tribus annis pœniteat: quod si ex odio vel iniuria id fecerit, excom-

muni-

municetur, nec absoluatur donec satisfecerit, & iurarit quod ignem de cætero non apponat, & Hierosolymam vel in Hispaniam vadat, in Dei seruitio anno integro ibi moraturus: quod si Episcopus id relaxet, damnum restituat, & ab officio episcopali per annum abstineat. Hodiè verò huiusmodi postquam sunt denunciati, non possunt nisi per Papam absolui. Ex iure verò ciuili, si in ciuitate id fecerit, & humilis sit subijcitur bestijs, si in aliquo gradu constitutus decapitatur, vel in insulam relegatur, qui verò in villis, vel castris id fecerit dolo & humilis sit, comburitur.

40. Occidens clericum, vel monachum, vel diaconum, vel subdiaconū, perpetuò in monasterio detrudatur, & publicam pœnitentiam agat annis septem. 40.

Ex pœnitentiali Bedæ. Qui laicum ob vindictam occidit, pœniteat vno anno; ob hæreditatem autem, annis quatuor, si in rixa subita, annis tribus, in bello publico, diebus quadraginta; qui domino iubente innocentem occidit, anno vno, cum duobus sequentibus, tres quadragesimas & legitimas ferias. Ex eodem, Si consuluit homici-

dium quatuor dies in pane & aqua, cũ septem annis sequentibus pœniteat; si homicidio consenserit septem annis pœniteat, tres in pane & aqua; si Episcopus occiderit, quindecim annis pœniteat, deponatur & semper peregrinetur: si presbyter duodecim, quatuor in pane & aqua; diaconus decem, tres in pane & aqua, clericus & laicus septem, tres in pane & aqua: percutiens aliqualiter, vel debilitans, soluat prius impẽsas, & operas, & medicum quærat: laicus quadraginta diebus in pane & aqua, clericus duas quadragesimas, diaconus septem mensibus, presbyter vno anno pœniteat. Homicida casualis pœniteat quinque annis. Si furem, volens eum capere, per quadraginta dies non ingrediatur Ecclesiam, lana veste indutus, ab escis & potibus, qui interdicti sunt, à thoro, gladio, & equitatu illis diebus abstineat, tertia, quinta, septima fer. a leguminibus vel oleribus vtatur. Si quis homicidiũ fecerit propter necessitatem euitabilem, pœniteat duobus annis, quæ si ineuitabilis esset, in nullo sibi imputaretur quo ad culpã; vtile tamen est quod pœniteat quo ad cautelam & innocentiam suam Ecclesiæ ostẽdendam. Si verò per insaniam

occi-

occidit non imputatur, nec infanti vel dormienti. Quod si etiam intuitu disciplinę incautè percutiēdo occiderit deponatur. Qui verò latronem occultū occidit, quem comprehendere potuit viuum, quadraginta diebus non ingrediatur Ecclesiam, & alias etiam pœnitere debeat, Sed & qui latronem ligatum occidit deponatur. Qui verò paganum, vel Iudæum occidit quadraginta diebus pœniteat. Qui verò viros ecclesiasticos occidit, secunda & quarta feria in hebdomoda quoque ieiunet vsque ad vesperam, & tunc cibo sicco reficeatur, id est, pane, & leguminibus coctis, vel pomis, aut oleribus crudis, & cereuisiam bibat, sobriè tamen. Matricida decem annis pœnitere debet, armis depositis. Vxoricidæ maior pœna imponatur, quam matricidæ, quia homines ad id proniores sunt. Is enim & qui dominum occidit, nunquam equitet, nec vehiculo portetur, nec matrimonium contrahat, vsq; ad decem annos carnes non comedat, nec vinum bibat, non lauetur, non litiget, in conuiuijs non maneat &c. Si verò mulier causa fornicationis, veneno, vel aliter virum occiderit, sæculum relinquat, & in monasterio pœniteat. Ei verò qui fi-

lium occidit, si id scienter fecit, maior pœnitentia debet imponi, quam pro simplici homicidio. Et si pater sit clericus ab officio altaris perpetuò debet abstinere, & ei grauior quam laico nõ tamen publica, nisi veniat in publicũ, pœnitentia imponi.

41. 41. Mulieri quæ partum supponit, quæ de alio viro concepit, pœnitentiæ & satisfactionis modus præscribitur arbitrio Confessarij.

42. Qui rapuerit vel furatus fuerit a-
42. liquid, quadruplum reddat, Ecclesiæ duplum, & annis septem pœniteat in pane & aqua.

43. 43. Sacrilegus chrisma, calicem, vel sacrum polluens, pœnitens sit annis septem, & in singulas hebdomadas ieiunet, tribus mensibus à carne, & vino abstineat.

44. 44. Patronus, qui res Eccesiæ absumit, per annum excommunicatur.

45. 45. Qui filiam suam spiritualem, vel sororem spiritualem ducit in matrimonium, vel qui consentit, pœnitens sit annis septem.

46. 46. Qui matrimonium contrahit contra interdictum Ecclesiæ, per mensem pœnitens sit, aut arbitrio sacerdotis.

47. Solenniter pœnitens recidiuūs, sit in pœnitentia annis decem. 47.

48. Sortilegus quadraginta diebus pœniteat, videns in astrolabio duobus annis pœniteat, & ab altari separetur. Domum suam magicis, & incantationibus lustrans & huiusmodi consulēs annis quinque pœniteat. Futura promittens ex inspectione scripturarum, vel votum vouerit in arborē, vel quālibet rem Ecclesia excepta, si laicus excommunicetur, si clericus, tres annos pœniteat, laicus duos, vel vnum & dimidium. Quod si mulier filium suum super tectum ponit, vel in fornacem pro sanitate febrium, quinque annos pœniteat, ex Concil. Tolet. cap 29. Nō licet item obseruare menses, dies & tēpora, dicendo septima luna instrumēta confici non debent; & nona, emptū seruum domum duci non oportet; vel hodie, veris initium est, ideò festiuitas est, pariter obseruare non licet lunæ, vel stellarum cursum pro domo faciēda, vel coniugijs sociandis, nec lauro, aut viriditate arborū circuire domos, nec in collectione herbarum medicinalium incantatio intendatur, vel aliqua obseruatio; sed tantum cum symbolo, & oratione dominica: nec cum 48.

gentilibus festa suat celebranda: qui in hac perfidia deteguntur, clerici annum vnum, laici dimidium pœniteāt: similiter qui manducat, aut bibit, vel portat super se aliquid, vnde existimet Dei iudicium peruertere posse, vel in psalterio, aut Euangelio diuinationes aliquas obseruat, vel ad fassinam præcantauerit: qui enim cantat, & cui cātatur, tres Quadragesimas in pane & aqua pœniteat. Hæc de pœnitentijs in specie, pro diuersis criminibus imponendis, iuxta sacros canones, & veterem sanctorum disciplinā dixisse sufficiāt.

Sunt tamen circa hæc notanda, præsertim quod pœnitentia vnius anni, qui in pane & aqua est ieiunandus, sic agi debet: qualibet enim hebdomoda tres dies, scilicet secundā feriam, quartam, & sextam ieiunet: tertia quinta & sabbatho à vino medone, mellito, ceruisia: carne, sanguine, caseo, ouis, & omni pingui pisce se abstineat, māducetq; minores pisciculos, si habere potest, sin minus, vnius tantum generis piscē, legumina, olera & poma comedat, & dominicis diebus, in Natali domini quatuor diebus, S. Ioannis Baptistæ, S. Mariæ, duodecim Apostolorum, S. Michaëlis, S. Remigij, S. Martini, & omnium san-

um Sanctorum festiuo die eodem cibo & potu cum alijs Christianis vtatur, ebrietatem tamen, & ventris distensionẽ cauens. Deinde, Quando in canone legitimę ferię ponuntur, intelligitur secunda, quarta & sexta feria. Vbi verò pœnitentia imponitur aliquot annorum, vel Quadragesimarũ, nec additur modus, quo fieri debeat, id relinquitur arbitrio sacerdotis, qui determinare poterit quid per legitimas ferias fieri debeat, Quod si pœnitẽtia in pane & aqua imponatur, non habenti panem, concedi potest, vt vel leguminibus, vel piscibus vescatur, ac alijs etiam si necessitas requirit. Qui verò pœnitentiam susceptã spernunt, communione priuentur, & à catholicorum cõuiuijs separentur. Et qui in quadragesimæ diebus esum carniũ attentare præsumit, die resurrectionis non communicet, & per annum integrum ab omni esu carniũ abstineat. In extremo tamen positis nunquam pœnitentia est deneganda, dicente Domino, peccator in quacunque die conuersus fuerit, peccata eius non reputabuntur ei, vnde & in pœnitentia decedentibus, communio est tribuenda, si tamen superuixerint, ostensis necessarijs pœnitentiæ fructibus

In extremo positis nunquam est pœnitentia deneganda.

bus, cum reconciliatoria manus impositione legitimam communionem accipiant.

Ex prædictis dignosci potest, quam grauis & horrenda res peccatum sit, quantum Deo displiceat, & quāta pœna ei respondeat iuxta veterem sanctorum patrum iudicium & disciplinam, ac proinde quantoperè fugiendum ac abominandum sit; sed quia deferbuit calor ille charitatis, in visceribus fidelium ebulliens, & ob id disciplina illa salutaris est relaxata, ac hodie pœnitētiæ omnes in foro poli arbitrio sacerdotis commissæ sunt, idcirco sacerdos eam pœnitentiam imponat, quam pœnitētis saluti magis proficuam esse iudicat, sic tamen vt pro peccato graui leuem pœnitentiam non imponat: in Deum enim commissa sine pœnitentia relaxari non possunt. Sacerdotibus vtendum est virtutibus hierarchicis, quando diuinitas eos monuerit, cum & habēda potius sit ratio de misericordia, quam de nimia seueritate, melius est cum parua pœnitētia aliquē sinere pœnas purgatorij sustinere, quā magnā pœnitentiā facere contemnentē, in infernum detrudi, cum teneatur pœnitēs pœnitentiam acceptatam implere. Cu

ret tamẽ sacerdos, quam proximè fieri poterit canonibus pœnitẽtialibus accedendo, pœnitentias imponere, si is acceptare velit, qui si recuset, moneatur, eum cogendum forè, hic, vel in purgatorio, pœnã peccatis debitam luere, & ideo satius esse hic breuem & facilem pœnitentiam subire, quam magnas purgatorij pœnas sustinere. Et si pœnitentia imponitur ad præseruationem futurorum, vt ieiunium incontinenti, eleemosynæ auaro in remedium, vnus pro alio satisfacere non potest, quia ex ieiunio vnius corpus alterius non maceratur, nec per opus virtutis alicuius alius benè agere consueuit, nisi per accidens, quatenus quis alteri potest mereri augmentum gratiæ, quæ est efficacissimum remedium ad peccatum vitandum, id tamen est magis per modũ meriti, quam satisfactionis. Si verò pœnitentia consideratur vt solutio debiti, si potest quis per seipsum satisfacere, per alium non potest, quia pœnitẽtiæ iniũctio est obligatio personalis, quæ pro delicto imponitur. Si vero nõ potest, potest curare per alium satisfieri, quia id negare, esset negare sanctorum communionẽ, quia in hoc quod eodem baptismo, abluti sumus, & eis-

dem sacramentis participamus, maximè corpore & sanguine Christi, profitemur, nos esse membra eiusdem corporis. 1. Cor. 12. oportet tamen vt & is qui satisfacit, & pro quo satisfit sit in gratia. Nec tamen oportet vt minor pœnitentia imponatur illi qui pro altero satisfacit, quam principali imponeretur.

CAPVT XVIII.

De Indulgentijs & satisfactione.

POstquam Christiani cœperunt accidia detineri, aperta est indulgentiarum via, quæ relaxationes dicuntur, quibus huiusmodi pœnitentiæ iniunctæ relaxabantur, & quia Christi satisfactionis excessus, & Sanctorum, pœnę non respondent ipsorum culpis, sed superfluum aliquid habent: Ideo illud abundans Christi satisfactionis, & sanctorum, pœnitēribus communicatur. Est enim inter fideles bonorum operũ & subsidiorum mutua communicatio. D. Paulus. *In præsenti tempore vestra abundantia, illorum inopiam suppleat: & illorũ abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt: fiat æqualitas sicut scriptum est. Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorat*

erabit. Quibus verbis, D. Paulus Corinthijs spem fecit, vt abundantia spirituali Titi & Lucæ, in omni genere piorum operum, posset illorum spiritualis inopia ditari. Psalmographus. *Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.* D. Ioannes. *Quod vidimus & audiuimus, annunciamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre & cum Filio eius Iesu Christo.* Et Paulus. *Gratias agentes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnum filij dilectionis suæ.* Et iterum. *Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionũ Christi, in carne mea pro corpore eius.* Est enim Communio fidei, & respicit Sacramenta, sic dicitur. *Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut & vocati estis, in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus, & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Quia sub eodem Domino, & eadem fide, & eisdem Sacramentis imbuti sumus.

2. Cor. 8.
Psal. 118.
1. Ioan. 1.
Colos. 1.
Colos. 1.
Ephes. 4.

Et communio gratiæ, *Et de plenitudine eius omnes nos accepimus, & gratiam pro gratia.* Id est, omnes fideles accepimus de plenitudine eius, sine ipsius diminuti

Ioan. 1.

nutione, communicando. *In nouissimo autem die festiuitatis stabat Iesus & clamabat dicens: si quis sitit veniat ad me, & bibat.* quasi diceret, veniat ad me, recedendo ab amore mundi, & bibat, se per dilectionem ad gratiam præparãdo. *Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum*
1. Pet. 4. *illam administrantes.* Per gratiæ communionem, omnes fideles communicant ab vno capite Iesu Christo, & est communis omnibus iustis in gratia Dei existentibus, influens ab vno capite, qui est Christus.

Tertiò, est communio meriti; ita vt dum quisque sibi meretur singulariter ex Dei misericordissima liberalitate, etiam meretur alteri vniuersaliter, & est charitatis nexus, ita enim misericors est Deus, vt cum vnus iustus viator aliquod bonum opus meritorium facit, Deus illud acceptet, pro omnibus in
Rom. 12. gratia existentibus, vniuersaliter. *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra, non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autẽ alter alterius membra.* Qualis itaque membrorum inter se societas est, vt operatio cuiusque membri cedat in commodum totius corporis, talis est inter Ecclesiæ mẽbra, qui sunt

fide-

fideles, bonorum operum quædam cõmunio, non solum eorum, quæ fecit Christus, caput huius corporis, ex quo manat in reliquum corpus, & in singula eius membra, quicquid est boni, quicquid est meriti: verum & piorum hominum omnium, qui sunt, quique fuerunt ab initio mundi, vt nobis eorũ benefacta subueniant, nos iuuent, nos ædificent, vt bonorum omnium spiritualium, quæ fiunt, & quæ facta sunt olim in Ecclesia, quo ad illius esse mẽbra non desierimus, participes efficiamur. Propitium se fore Deus promittit Hierusalẽ, dummodo vel vnus aliquis vir iustus reperiatur in ea. Propter decẽ iustos Deus voluit parcere Sodomitis. Propter defunctorum virtutem, Deus viuentium miseretur. *Et protegam ciuitatem istam vt saluem eam propter me, & Dauid seruum meum.* *Ierem. 5.* *Genes 18.* *Isa. 37.*

Quarto est Communio gloriæ, quæ est præcedentibus lõge perfectior. Hæc communio habetur duntaxat in æterna beatitudine, in Ecclesia triumphanti, & potest dupliciter intelligi. Aut ea accipi potest, quam habent nobiscum cum pro nobis orant, aut intercedunt apud Deum. *Certus quod velox est depositio tabernaculi mei secundum quod & Dominus* *2. Pet. 1.*

nus noster Iesus Christus significauit mihi. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. Potest & accipi illa cõmunio sanctorum inter se, quod quisque beatus gaudet de quolibet, Christus Ecclesiæ caput, meruit sibi, corporis gloriam & nominis celebrationem. Phil. 2. nobis autem salutem, nostræ salutis summa requirit remissionem culpæ, & satisfactionẽ pœnæ. Vis infiniti meriti Christi longè excellit delicta & pœnas nostras, imò maioris valoris fuit, quam peccata totius mundi, quod ergo ex eo abundat tanquam repositus Ecclesiæ thesaurus, conseruatur. Sanctorum opera licet vt merita cumulatè remunerata fuerint, non tamen omnia, vt satisfactoria: quod ex illis abundat, cum excessu satisfactionis Christi Ecclesiæ thesauro apponitur & conseruatur. Sãcti enim in operando & satisfaciendo, quo ad eius fieri potest, Christum imitari conantur, qui sua omnia, ad aliorũ salutẽ contulit; propterea & ipsi omnia sua ad gloriã Dei, & ad aliorũ vtilitatẽ & salutem conferunt, quoniam operãtur tanquam vnius & eiusdem corporis Ecclesię membra, quorum est quasi naturalis communicatio mutua, quo fit vt

fit vt quadam veluti naturali relatione satisfactiones suas pro aliis etiam obtulerint. Quęcunq; igitur opera satisfactoria quæ superfuerut Beatissimæ virgini & innumeris aliis viris sāctissimis in Ecclesia, qui multò plura prę stiterūt, vel etiam passi sunt quā fuit necesse, vt pœnam temporalē redimerent peccatis suis debitam, ea omnia adiuncta sunt, ad Christi meritum & satisfactionem infinitam. ¡Censent itaque Orthodoxi hæc omnia quasi communē quendam Ecclesiæ thesaurum efficere, qui sit illi in acceptatione diuina repositus, vt iuxta distributionem & applicationem eius, ab illis factam, qui Ecclesiæ communitati præsunt, valere & prodesse iis possit qui subsidio cōmunis eius thesauri ad pœnæ temporalis redemptionem, indigeant. Et sicut videmus in politiis, & communitatibus humanis, quod iis competat authoritas distribuendorum bonorum communium Reipublicæ, qui Reipublicæ præsunt; ita etiam in applicatione thesauri Ecclesiæ, in qua requiruntur quatuor,]videlicet authoritas applicantis. idonietas suscipientis, pietas in causa, & vtilitas in opere. Quantum ad autoritatem dantis aut applicantis, est notandū

tandum, Spiritualem potestatem significari per claues regni cœlorũ, quia eius vsu fidelibus patefit aditus ad regnum cœlorum, aut etiam aliquo modo intercluditur, nempe cum illis iure & merito beneficium aliquod spirituale ab Ecclesiastico ministro ex officio negatur, eoque ipso clauditur indirectè regnum cœlorum, quatenus ipsis negatur quod eis ad beatitudinem consequendã conduceret, eadem ratione dicitur potestas soluendi atque ligandi.

Clauis quid sit. Clauis à doctoribus communiter definitur, quod sit potestas ligandi atque soluendi, qua Ecclesiasticus iudex dignos recipere & indignos excludere debet à regno. Christus plenissimè, & quidem per excellentiam habuit & habet claues regni cœlorum, hoc est potestatem, hominibus illud aperiendi. Dicitur ad Eliachim sacerdotem qui figuram gerebat Christi. *Et dabo clauem Domus David super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.* In Apocalypsi. *Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem David, qui aperit & nemo claudit; claudit & nemo aperit.* Cum claues Ecclesiasticæ dicantur autoritates seu potestates ad actus aliquos spirituales, ideo sicut actus isti sunt

Isa.25.

Apoc.3.

sunt varij, sic etiam variæ traduntur diuisiones huiusmodi clauium. Sunt autem duæ potissimum diuisiones. Primò, est Clauis ordinis & clauis iurisdictionis, ordinis est ipsa potestas, quę est character, quatenus illa potest aperiri & claudi regnum cœlorum, accedente tamen alia item claue iurisdictionis, quæ etiam requiritur ad absoluendū. Secundo diuiditur in clauem scientiæ & clauem potestatis. Scientiæ dicitur auctoritas discernendi vtrum aliquis sit dignus vel indignus eo beneficio quod confertur per potestatem clauium. Potestatis autem clauis dicitur, auctoritas illud ipsum exequendi re ipsa, quod iudicatum est, nempe recipiēdo dignum aut excludendo indignum à regno. Luc. 11. dicitur iurisperitis tulisse clauem scientiæ: Christus has claues dedit soli Petro & successoribus eius, Romanis videlicet Pontificibus. Illi enim soli promisit. *Et tibi dabo* (inquit) *claues regni cœlorum, Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* Et dedit cum diceret. *Pasce agnos meos, Pasce agnos meos, Pasce oues meas.* Ioan. 21. ita contulit illi omnē omnino auctoritatem spiritualem pertinen-

Clauis ordinis & iurisdictionis.

Clauis scientiæ & potestatis.

Matth. 16.

tinen-

tinentem ad bonum ſtatum Eccleſiæ, alij quoque Apoſtoli poſt D. Petrum auctoritatem nihilominus clauium immediate ab ipſo Chriſto acceperũt, ſed non habuerunt auctoritatem cogendi ipſum D. Petrum. Dictum eſt illis: *Amen dico vobis, quæcunque allegaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* Data eſt igitur Apoſtolis auctoritas in communi iuriſdictionis, tam in foro externo quam interno. Vtramque poteſtatem & iuriſdictionem Apoſtoli acceperunt, in foro interno, videlicet, qualis eſt poteſtas remittendi peccata, cũ diceretur illis. *Accipite ſpiritũ ſanctum, quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.*

Matth. 18.

In foro externo, qualis eſt poteſtas puniẽdi per excommunicationem. *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.* Poteſtatem conſecrãdi acceperunt, in vltima cœna, vbi dicitur. *Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens,* Hoc *eſt corpus meum quod pro vobis datur: hoc facite in meam cõmemorationem.* Dare & facere pro offerre ſumitur. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem*, inquit Dauid. Angelus ad Manue, *Si me cogunt*

Matth. 18.

Luc. 22.

Pſal. 50.

non comedam panes tuos si autem vis holocaustum facere offer illud Domino. Et Dominus ad Moysen. *Facietis & hircum pro peccato, duosque annos anniculos hostias pacificorum.* Dare indulgentias est actus iurisdictionis, prout habet beneficium suffragij, & charitatis. Pontifices & Episcopi, cũ præsint fidelium ordinibus tanquam politicæ cuidam Reipublicæ, cui comparatur, Ecclesia habent auctoritatem dandi indulgentias. Pontifices verò cum præsint toti vniuersali Ecclesiæ, omniumq; curã habeant dãt indulgentias plenarias vt plenè: Episcopi cum tantum præsint suæ diocæsi, dant quidem suis subditis, sed non plenè & à Summis Pontificibus restringuntur. Habẽt enim hi Ecclesię claues. Ecclesia adeo bene instituitur, ac aliæ Respublicę, ad quarum bonum statum pertinet, vt quæ bona communia sunt, ea distribui ac dispensari ex iusta causa possint, ab eis qui in communitate pręsunt, ne alioquin vel inutilia sint, vel perperam ex priuatorum voluntate distribuantur. Communia bona Ecclesię sunt, Opera fidei, gratiæ, Meriti, & gloriæ, & illius membra in præsenti vita; participes fiunt orationum, bonorum operum, publicorum actuum Religionis

Iudic. 13.

Leuit. 23.

Dare indulgentias qui possint.

nis

nis & Diuini cultus. Quidam enim actiuè administrant Sacramenta, alij passiuè eadem percipiunt; alij effundũt preces, & alij alia pia exercent opera, & hi omnes communi charitatis beneficio in eodem ecclesię corpore coniunguntur, donec post hanc vitam ad ęternæ gloriæ communionem admittantur: ea enim est intentio fidelium, vt ad honorem Dei pro se satisfacerent, & vtilitatem Ecclesiæ promouerent, sic non tantum sibi, sed Ecclesiæ membris promeruerunt, vt satisfacerent pro se & pro alijs, quod Dei bonitati consentaneum esse constat, cum & illa propensissima sit ad omnem valorem piorum operum vndequaque compensandum. Vt vero applicẽtur per indulgentias huiusmodi satisfactiones, requiritur potestas dispensandi istum satisfactionis thesaurum; & vnio eius cui dispensatur, propterea modo de idoneitate suscipientis notabimus, excludere non tantum debere non baptizatos, vt sunt Iudæi & pagani, sed etiam hæreticos & schismaticos, qui ab vnione fidelium promerentium, per satisfactiones Ecclesiæ thesaurum, sunt disiuncti. Vt ergo Indulgentia ex parte suscipientis valeat,

Suscipientis idoneitas requiritur.

at, ſuſcipiens ſit Chriſtianus, membrum Eccleſiæ, permanēs in vnione fidelium, purgatus à crimine, habens gratiam gratum facientem, quam acquirere non poteſt, niſi ſit contritus & confeſſus, volens obtemperare medijs quibus theſaurus ille precioſiſſimus adminiſtratur & diſpenſatur. Si Cōcedens indulgentias requirit opus externum, vt eſt eleemoſyna, peregrinatio, viſitatio templorum, ieiunium, geſtatio cordæ S. Franciſci, oſculatio imaginis metallorum, &c. quod vel ratione effectus, vel propter exemplum obedientiæ ſeu humilitatis, poſſit ex ſuo genere cedere in vtilitatem Eccleſiæ & gloriam Dei: vel ſi opus requiſitum eſſet tantummodo internum & ſpirituale, vt eſt contemplatio, oratio, ita vt ſit opus morale & aliquo modo placeat Deo & cedat in ipſius gloriam & Eccleſiæ vtilitatem, debet ſuſcipiens parere & eo modo & tēpore, quo requirūtur, præſtare, hoc faciens capax eſt indulgentiarum. Defuncti verò, per illa bona opera, quæ illis ſuffecerunt vt in gratia decederent è vita, ſatis promeriti ſunt, vt ſuffragia Eccleſiæ illis prodeſſe poſſent. Duplex eſt enim compēſandi ratio iuſta. Vna ex noſtra. Altera

dem sacramentis participamus, maximè corpore & sanguine Christi, profitemur, nos esse membra eiusdem corporis. 1. Cor. 12. oportet tamen vt & is qui satisfacit, & pro quo satisfit sit in gratia. Nec tamen oportet vt minor pœnitentia imponatur illi qui pro altero satisfacit, quam principali imponeretur.

CAPVT XVIII.

De Indulgentijs & satisfactione.

POstquam Christiani cœperunt acidia detineri, aperta est indulgentiarum via, quæ relaxationes dicuntur, quibus huiusmodi pœnitentiæ iniunctæ relaxabantur, & quia Christi satisfactionis excessus, & Sanctorum, pœnæ non respondent ipsorum culpis, sed superfluum aliquid habent. Ideo illud abundans Christi satisfactionis, & sanctorum, pœnitētibus communicatur. Est enim inter fideles bonorum operũ & subsidiorum mutua communicatio. D. Paulus. *In præsenti tempore vestra abundantia, illorum inopiam suppleat: & illorũ abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas sicut scriptum est. Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.*

miranis. Quibus verbis, D. Paulus Corinthijs spem fecit, vt abundantia spirituali Titi & Lucæ, in omni genere piorum operum, posset illorum spiritualis inopia ditari. Psalmographus. *Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua*. D. Ioannes. *Quod vidimus & audiuimus, annunciamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre & cum Filio eius Iesu Christo*. Et Paulus. *Gratias agentes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnum filij dilectionis suæ*. Et iterum. *Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionũ Christi, in carne mea pro corpore eius*. Est enim Communio fidei, & respicit Sacramenta, sic dicitur. *Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut & vocati estis, in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus, & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis*. Quia sub eodem Domino, & eadem fide, & eisdem Sacramentis imbuti sumus.

2. Cor. 8. Psal. 118. 1. Ioan. 1. Colos. 1. Colos. 1. Ephes. 4.

Et communio gratiæ, *Et de plenitudine eius omnes nos accepimus, & gratiam pro gratia*. Id est, omnes fideles accepimus de plenitudine eius, sine ipsius dimi-

Ioan. 1.

nutione, communicando. *In nouissimo autem die festiuitatis stabat Iesus & clamabat dicens: Si quis sitit veniat ad me, & bibat.* quasi diceret, veniat ad me, recedendo ab amore mundi, & bibat, se per dilectionem ad gratiam præparãdo. *Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes.* Per gratiæ communionem, omnes fideles communicant ab vno capite Iesu Christo, & est communis omnibus iustis in gratia Dei existentibus, influens ab vno capite, qui est Christus.

1. Pet. 4.

Tertiò, est communio meriti; ita vt dum quisque sibi meretur singulariter ex Dei misericordissima liberalitate, etiam meretur alteri vniuersaliter, & est charitatis nexus, ita enim misericors est Deus, vt cum vnus iustus viator aliquod bonum opus meritorium facit, Deus illud acceptet, pro omnibus in gratia existentibus, vniuersaliter. *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra, non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autẽ alter alterius membra.* Qualis itaque membrorum inter se societas est, vt operatio cuiusque membri cedat in commodum totius corporis, talis est inter Ecclesiæ mẽbra, qui sunt fide-

Rom. 12.

fideles, bonorum operum quædam cõmunio, non solum eorum, quæ fecit Christus, caput huius corporis, ex quo manat in reliquum corpus, & in singula eius membra, quicquid est boni, quicquid est meriti: verum & piorum hominum omnium, qui sunt, quique fuerunt ab initio mundi, vt nobis eorũ benefacta subueniant, nos iuuent, nos ædificent, vt bonorum omnium spiritualium, quæ fiunt, & quæ facta sunt olim in Ecclesia, quo ad illius esse mẽbra non desierimus, participes efficiamur. Propitium se fore Deus promittit Hierusalẽ, dummodo vel vnus aliquis vir iustus reperiatur in ea. Propter decẽ iustos Deus voluit parcere Sodomitis. Propter defunctorum virtutem, Deus viuentium miseretur. *Et protegam ciuitatem istam vt saluem eam propter me, & Dauid seruum meum.* *Ierem. 5.* *Genes 18.* *Isa. 37.*

Quarto est Communio gloriæ, quæ est præcedentibus lõge perfectior. Hæc communio habetur duntaxat in æterna beatitudine, in Ecclesia triumphanti, & potest dupliciter intelligi. Aut ea accipi potest, quam habent nobiscum cum pro nobis orant, aut intercedunt apud Deum. *Certus quod velox est depositio tabernaculi mei secundum quod & Domi-* *2. Pet. 1.*

nus noster Iesus Christus significauit mihi. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. Potest & accipi illa cōmunio sanctorum inter se, quod quisque beatus gaudet de quolibet, Christus Ecclesiæ caput, meruit sibi, corporis gloriam & nominis celebrationem. Phil. 2. nobis autem salutem, nostræ salutis summa requirit remissionem culpæ, & satisfactionē pœnæ. Vis infiniti meriti Christi longè excellit delicta & pœnas nostras, imò maioris valoris fuit, quam peccata totius mundi, quod ergo ex eo abundat tanquam repositus Ecclesiæ thesaurus, conseruatur. Sanctorum opera licet vt merita cumulatè remunerata fuerint, non tamen omnia, vt satisfactoria: quod ex illis abundat, cum excessu satisfactionis Christi Ecclesiæ thesauro apponitur & conseruatur. Sancti enim in operando & satisfaciendo, quo ad eius fieri potest, Christum imitari conantur, qui sua omnia, ad aliorū salutē contulit; propterea & ipsi omnia sua ad gloriā Dei, & ad aliorū vtilitatē & salutem conferunt, quoniam operātur tanquam vnius & eiusdem corporis Ecclesię membra, quorum est quasi naturalis communicatio mutua, qua fit vt

fit vt quadam veluti naturali relatione satisfactiones suas pro aliis etiam obtulerint. Quęcunq; igitur opera satisfactoria quæ superfuerũt Beatissimæ virgini & innumeris alijs viris sãctissimis in Ecclesia, qui multò plura pręstiterũt, vel etiam passi sunt quã fuit necesse, vt pœnam temporalẽ redimerent peccatis suis debitam, ea omnia adiuncta sunt, ad Christi meritum & satisfactionem infinitam. [Censent itaque Orthodoxi hæc omnia quasi communẽ quendam Ecclesiæ thesaurum efficere, qui sit illi in acceptatione diuina repositus, vt iuxta distributionem & applicationem eius, ab illis factam, qui Ecclesiæ communitati præsunt, valere & prodesse ijs possit qui subsidio cõmunis eius thesauri ad pœnæ temporalis redemptionem, indigeant. Et sicut videmus in politijs, & communitatibus humanis, quod ijs competat authoritas distribuendorum bonorum communium Reipublicæ, qui Reipublicæ præsunt; ita etiam in applicatione thesauri Ecclesiæ, in qua requiruntur quatuor,] videlicet authoritas applicantis. idonietas suscipientis, pietas in causa, & vtilitas in opere. Quantum ad autoritatem dantis aut applicantis, est notandũ

tandum, Spiritualem potestatem significari per claues regni cœlorũ, quia eius vsu fidelibus patefit aditus ad regnum cœlorum, aut etiam aliquo modo intercluditur, nempe cum illis iure & merito beneficium aliquod spirituale ab Ecclesiastico ministro ex officio negatur, eoque ipso clauditur indirectè regnum cœlorum, quatenus ipsis negatur quod eis ad beatitudinem consequendã conduceret, eadem ratione dicitur potestas soluendi atque ligandi.

Clauis quid sit. Clauis à doctoribus communiter definitur, quod sit potestas ligandi atque soluendi, qua Ecclesiasticus iudex dignos recipere & indignos excludere debet à regno. Christus plenissimè, & quidem per excellentiam habuit & habet claues regni cœlorum, hoc est potestatem, hominibus illud aperiendi. Dicitur ad Eliachim sacerdotem qui

Isa. 25. figuram gerebat Christi. *Et dabo clauem Domus David super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.* In Apocalypsi. *Hæc dicit*

Apoc. 3. *sanctus & verus, qui habet clauem David, qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit.* Cum claues Ecclesiasticæ dicantur autoritates seu potestates ad actus aliquos spirituales, ideo sicut actus isti sunt

sunt varij, sic etiam variæ traduntur diuisiones huiusmodi clauium. Sunt autem duæ potissimum diuisiones. Primò, est Clauis ordinis & clauis iurisdictionis, ordinis est ipsa potestas, quę est character, quatenus illa potest aperiri & claudi regnum cœlorum, accedente tamen alia item claue iurisdictionis, quæ etiam requiritur ad absoluendū. Secundo diuiditur in clauem scientiæ & clauem potestatis. Scientiæ dicitur auctoritas discernendi vtrum aliquis sit dignus vel indignus eo beneficio quod confertur per potestatem clauium. Potestatis autem clauis dicitur, auctoritas illud ipsum exequendi re ipsa, quod iudicatum est, nempe recipiēdo dignum aut excludendo indignum à regno. Luc. 11. dicitur iurisperitis tulisse clauem scientiæ: Christus has claues dedit soli Petro & successoribus eius, Romanis videlicet Pontificibus. Illi enim soli promisit. *Et tibi dabo* (inquit) *claues regni cœlorum, Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* Et dedit cum diceret. *Pasce agnos meos, Pasce agnos meos, Pasce oues meas.* Ioan. 21. ita contulit illi omnē omnino auctoritatem spiritualem pertinen-

Clauis ordinis & iurisdictionis.

Clauis scientiæ & potestatis.

Matth. 16.

tinentem ad bonum ſtatum Eccleſiæ, alij quoque Apoſtoli poſt D. Petrum auctoritatem nihilominus clauium immediate ab ipſo Chriſto acceperũt, ſed non habuerunt auctoritatem cogendi ipſum D. Petrum. Dictum eſt illis: *Amen dico vobis, quacunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta*
Matth.18. *& in cœlo.* Data eſt igitur Apoſtolis auctoritas in communi iuriſdictionis, tam in foro externo quam interno. Vtramque poteſtatem & iuriſdictionem Apoſtoli acceperunt, in foro interno, videlicet, qualis eſt poteſtas remittendi peccata, cũ diceretur illis. *Accipite ſpiritũ ſanctum, quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.* In foro externo, qualis eſt poteſtas puniẽdi per excommunicationem. *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi, ſicut Ethnicus &*
Matth.18. *publicanus.* Poteſtatem conſecrãdi acceperunt, in vltima cœna, vbi dicitur. *Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens,* Hoc *eſt corpus meum quod pro vobis datur: hoc facite in meam cõmemorationem.*
Luc.22. Dare & facere pro offerre ſumitur. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem,* inquit
Pſal.50. Dauid, Angelus ad Manue, *Si me cogis*
non

non comedam panes tuos si autem vis holocaustum facere offer illud Domino. Et Dominus ad Moysen. *Facietis & hircum pro peccato, duosque annos anniculos hostias pacificorum.* Dare indulgentias est actus iurisdictionis, prout habet beneficium suffragij, & charitatis. Pontifices & Episcopi, cũ præsint fidelium ordinibus tanquam politicæ cuidam Reipublicæ, cui comparatur, Ecclesia habent auctoritatem dandi indulgentias. Pontifices verò cum præsint toti vniuersali Ecclesiæ, omniumq; curã habeant dãt indulgentias plenarias vt plenè: Episcopi cum tantum præsint suæ diocæsi, dant quidem suis subditis, sed non plenè & à Summis Pontificibus restringuntur. Habẽt enim hi Ecclesię claues. Ecclesia adeo bene instituitur, ac aliæ Respublicę, ad quarum bonum statum pertinet, vt quæ bona communia sunt, ea distribui ac dispensari ex iusta causa possint, ab eis qui in communitate prę-sunt, ne alioquin vel inutilia sint, vel perperam ex priuatorum voluntate distribuantur. Communia bona Ecclesię sunt, Opera fidei, gratiæ, Meriti, & gloriæ, & illius membra in præsenti vita, participes fiunt orationum, bonorum operum, publicorum actuum Religio-

Iudic.13.

Leuit.23.

Dare indulgentias qui possint.

nis

at, suscipiens sit Christianus, membrum Ecclesiæ, permanēs in vnione fidelium, purgatus à crimine, habens gratiam gratum facientem, quam acquirere non potest, nisi sit contritus & confessus, volens obtemperare medijs quibus thesaurus ille preciosissimus administratur & dispensatur. Si Cōcedens indulgentias requirit opus externum, vt est eleemosyna, peregrinatio, visitatio templorum, ieiunium, gestatio cordæ S. Francisci, osculatio imaginis metallorum, &c. quod vel ratione effectus, vel propter exemplum obedientiæ seu humilitatis, possit ex suo genere cedere in vtilitatem Ecclesiæ & gloriam Dei: vel si opus requisitum esset tantummodo internum & spirituale, vt est contemplatio, oratio, ita vt sit opus morale & aliquo modo placeat Deo & cedat in ipsius gloriam & Ecclesiæ vtilitatem, debet suscipiens parere & eo modo & tēpore, quo requirūtur, præstare, hoc faciens capax est indulgentiarum. Defuncti verò, per illa bona opera, quæ illis suffecerunt vt in gratia decederent è vita, satis promeriti sunt, vt suffragia Ecclesiæ illis prodesse possent. Duplex est enim compēsandi ratio iusta. Vna ex nostra. Altera

ex alie

Duplex est dispensandi ratio iusta.

ex alieno, Ex nostro, cū per volūtarias pœnas compensamus, vt ieiunio, eleemosynis, disciplinis &c. vel cum pœnitentijs à sacerdote iniunctis satisfacimus, quæ magis meritoriè sunt, cum gratia per Sacramenta dentur. Ex alieno, cum alius pro alio satisfacit vt ex suffragijs, vel ex thesauro communiū bonorum, quæ ei auctoritate Ecclesiæ applicantur, & hoc per indulgentias. Nec in eo Iustitia Diuina læditur cum perinde sit aliquo modo satisfieri, ex proprio aut ex alieno. Et opus in gratia factum potest considerari vt meritoriū & vt satisfactorium. Primo modo consideratum non potest excedere meritum vel mercedem vitæ æternæ, imò nec adæquare, vt dictum est. *Existimo enim quod non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Ro 8. Secundo modo potest quis satisfacere vltra condignū, & ille excessus reponitur in thesauro Ecclesiæ, & per Vicarium Christi, huius thesauri claues, vel potestatem habentem, cum Ecclesiæ vtilitas requirit, pro satisfactionibus hominum aperitur, & pro tempore erogatur. Nascente Ecclesia Diuus Paulus, incæstuosum fornicarium ex- *1. Cor. 5.* communicauit, & Satanæ tradidit, vt

eum ad dies vitæ torqueret, quem tamen pœnitentem & lachrymantem postea piè absoluit, & hoc non sine Christi satisfactione, cum Indulgentias dare sit actus misericordiæ & iustitiæ. 2.Cor.2. Misericordiæ respectu illius cui cōceduntur, quia illi non habenti vnde soluat, datur liberaliter vnde soluat. Iustitiæ respectu Christi & sanctorum, dispensante Papa, sicut & si quis detinetur carceribus, quod non sit soluendo, & Princeps ex ærario publico tribuat soluenda, & quatenus est actus misericordiæ vocatur absolutio, condonatio, remissio, relaxatio & venia: quatenus verò est actus Iustitiæ vocatur satisfactio, compensatio, applicatio, distributio thesauri, & cōmutatio. Ecclesia absoluit à pœnis temporalibus, sic est solutio, sed quia non potest liberè absoluere ideò ex thesauro Ecclesiæ dispensat merita Christi & sanctorū vt solutio fiat. Licet omnis remissio peccati, etiam quo ad pœnæ reatum, fiat imprimis virtute & beneficio passionis Christi. Is. 53. Actor. 4. Ro. 3. Eph. 1. Heb. 9. 1. Ioan. 2. sed quia Christi passio non sine medio hominibus applicatur & prodest, ideò remissio illa pœnæ tēporalis, beneficio passionis Christi cōtin-

tingit; nec sola fides ad id, est medium sufficiens, sed alia præterea media ad id diuinitus sunt instituta; vt vel per satisfactionem propriam, siue vltrò, siue in Sacramento pœnitentiæ potestate clauium impositam fiat, vel per satisfactionem alienam, cum vnum membrum Ecclesię corporis, communione charitatis, suam satisfactionem alteri accommodat; vel per cruciatum in purgatorio, quæ omnia Christi satisfactioni & merito innituntur, Christus enim & Ecclesia est vna persona mystica, cuius tamen caput est Christus, corpus verò, congregatio fideliũ, quilibet autem iustus est quasi membrum, vnum est caput, vnũ est corpus, multa autem membra, inquit Apostolus, *veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexũ per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.*

Christus & Ecclesia sunt vna persona mystica.

Ephes. 4.

Quod requiritur ad legitimũ vsum autoritatis concedendi indulgentias, hoc est vt Indulgentia sit valida ex parte concedentis, & ex parte suscipientis, vt sit idoneus, sic etiam requiritur causa

ſæpè, ex qua ſcilicet fiat, vt diſtributio communis Eccleſiæ theſauri, & remiſſio pœnæ per illam referatur, tanquam in finem ad aliquam vtilitatem Eccleſiæ, & incrementum gloriæ Diuinæ, ſic fit ſecundum intentionem Chriſti & ſanctorum, ex quorum ſatisfactionibus, tanquam ex communi Eccleſiæ theſauro conceditur indulgentia. Sicut videmus in politijs, & communitatibus humanis, quod theſaurus ibi publicè propter duo maximè cõſueuit proferri & communicari exterius, ſcilicet ad gloriam principis, & ad vtilitatem communitatis, ſic in ſpiritualibus cõmunicatur theſaurus Eccleſiæ, per indulgẽtias duplici de cauſa. Primò propter gloriam Dei. Et quoniam gloria & laus Dei eſt, quando ſancti ſui honorãtur in conſtructione baſilicarum ſuarũ, & in commemoratione virtutum ſuarum. Et hoc quidem fit in prædicationibus, & ſermonibus, ideo pro his omnibus indulgẽtiæ fiunt. Secundò propter communem vtilitatem; Et quoniã communis vtilitas eſt, defenſio terræ ſanctæ, defenſio fidei, promotio ſtudij & cõſimilia, ideò pro talib⁹ debẽt fieri. *Valor Indulgentiarum.*

Indulgentiarum vtilitas in valore cernitur, in foro Dei & Eccleſiæ tantũ

Vtilitas Indulgentiarũ. valent quantum sonant. Mensura valoris indulgentiarum, non est sumenda secundum mẽsuram deuotionis accipientis, nec ex quantitate rei datæ ab accipiente, nec ex proportione ad causam indulgentiæ, sed ex abundantia meritorum Christi & sanctorum, supposito quod in dante sit authoritas; in suscipiente idoneitas, vt sit in charitate Dei, & verè pœnitens; in causa pietas, vt videlicet Deus glorificetur, & fides catholica exaltetur: in opere vtilitas, vt opus quod pro indulgentia imponitur sit vtile & ordinabile ad finẽ prædictum, vt per hoc Deus honorificetur & fides exaltetur. Indulgẽtia distribuitur, vt sit plenaria, & non plena. *Differentia Indulgentiarum.* Non plena condonat partem pœnæ quæ peccatis remissis debetur, plenaria totam pœnam. Pœnę dupliciter intelliguntur, vel intensiuè vel extensiuè. *Pœna intelliguntur dupliciter.* Extensiuè, quæ diuturniore tempore durant, & sic pœna centum annorum est extensiuè maior quam decem. Intensiuè autem, quæ grauior est, vt si adultus maturus vir vno ictu fortiter percutit, maiorem dolorem affert quã pueri multis ictibus. Indulgẽtię etiã aut sunt perpetuæ, aut ad certum tempus, vel visitantibus omni tempore certũ

locum

locũ, vel certo die, aut in articulo mortis aut extra mortis articulum, &c. Iubilęus, accidentaliter ab indulgentijs plenarijs differt, quia indulgentiæ plenariæ, continent omnes dies & annos qui ad integram delecionem suorum peccatorum, scilicet pœnarum ijs debitarũ sunt necessarij. *Indulg. plenariæ.*

Iubilæus.
Iubilæus autem, quod fieri solet in eo facultas eligendi confessarium, qui absoluat à casibus quoque reseruatis. Quod si in aliquibus indulgentiarum formis dicitur & à culpa & à pœna intelligitur, eatenus conceditur facultas eligendi confessarium qui absoluat à quauis culpa in illis formis explicata, alioquin quantumuis plenissima, nunquam absoluit à culpa, nec à veniali quidem. Indulgentiæ in quibus tãtum pars pœnæ, debitæ remittitur, varijs modis significari solent, qui omnes ad tres reuocari possunt. Primus est, quando non absolutè indicatur tantum de pœna iudicio Dei debita remitti, quantum potuit redimi per pœnitentias in pœnitentialibus canonibus olim decretas, hæc dicitur de iniũctis pœnitentijs, circa quæ sunt tria notanda, primum, vt intelligantur pœnitentiæ decretæ in antiquis canonibus *Indulg. non plenariæ.*

vt etiam rigorosè à sacerdote iuxta qualitatem peccatorum impositę sunt: secundum, Quod non truncatur sacramentum pœnitentiæ quadam sui integrali parte, qualis est nimirum iure diuino satisfactio ipsius pœnitentiæ, quare confessarius tenetur salutarem pœnitentiam pœnitenti iniungere, & pœnitens eam implere, quia illa obligatio est iuris Diuini: tertium, Quamuis non relaxetur obligatio imponendi & adimplendi sacramentalem satisfactionem, tamẽ multis nominibus indulgentia est vtilis, primò, quia remittitur per illam ea etiam pœna iudicio Dei debita, quæ relaxaretur per satisfactiones iniunctas in canonibus pœnitentialibus, secundò, etiam à sacerdote iniunctas, tertiò, quam pœnã redimi posset per vtriusque generis pœnitentias, scilicet canonum & sacramentales, exactissimè etiam peractas, quartò, quod si alicubi essent in vsu aliquæ publicæ pœnitentiæ, illę etiam remitterentur per eiusmodi indulgentiam, sic remittitur in foro Dei, & in foro Ecclesiæ, nimirum iudiciali, cum discretione sicut inferius dicetur. Pœna autem debita in foro sacramentali, minimè per indulgentiam remittitur,

titur, vt dictum est: hæc notanda sunt circa formam illam, quæ conceditur de pœnitentiis iniũctis. Quando absolutè non priori forma datur, tota pœna remittitur, quando Pontifex indulgentias plenas dat, Episcopus tantum de pœnis actu iniunctis Secundus modus est significandi istud genus Indulgentiarum, quo pars tantum eius pœnæ remittitur, & est, quando dicitur, indulgentia concedi de peccatis, quæ quis fuerit actu confessus, tunc oblita quæ etiã sine culpa oblita est, & non confessa fuerint, nõ remittuntur. Tertius modus est, quando dicitur tot dierum vel annorum, intelligitur tantum pœnæ in purgatorio debitæ remitti tunc, quantum redimi posset per tot dierum vel annorum iustam pœnitentiam in hac vita peractam, sic intelliguntur vocabula. Indulgentia carenæ vnius, est relaxatio tantæ pœnæ, quanta redemta fuisset per pœnitentiam quadraginta dierum in ieiunio panis & aquæ. Indulgentia vnius septenæ, est relaxatio tantæ pœnæ quanta redempta fuisset, per pœnitentiam septem annorum. In indulgentijs nõ dimittitur pœna ęterna, nã pœna æterna est cõnexa cum culpa mortali. Si loquimur de

Pœna æterna non dimittitur in dulg.

pœnitentia iniuncta in foro iudiciali istæ pœnæ non relaxantur per indulgentias, quia peccatum respicit vel Deum vel proximum, vel Rempublicam, vel seipsum, & ita debetur peccato alia pœna, quatenus respicit Deum, & alia quatenus respicit Rempublicã. Indulgentia respicit pœnam peccati quatenus Deo debitam non quatenus Reipublicæ, nam Respublica seuerius quandoque punit vnum peccatum, eo quia magis offendit Rempublicam, vt furtum, quam blasphemiam &c. ergo hæc pœna non remittitur per indulgentiam. Pœna in foro Ecclesiastico non dimittitur nec aufertur per indulgentias, quia quando quis absolutus est in foro sacramentali, potest puniri in foro exteriori, quia remissa culpa & pœna in foro sacramentali, potest puniri in foro exteriori, quia remissa culpa & pœna in foro sacramentali adhuc manet culpa & pœna in foro exteriori, nisi in vsu alicubi esset, vtpote superius dictum est, pœnam in foro exteriori etiam sacramentalem soluere.

Bona spiritualia tripli. ad aliquẽ dirigũtur.

Bona spiritualia ad aliquem dirigũtur tripliciter. 1. Primò, singulariter, cum quis pro alio satisfacit. 2. Secundò in speciali cum quis orat pro congregatione sua

neſua, pro benefactoribus & familia ribus. Tertiò, generaliter, cum quis ordinat bona ſua ad bonum Eccleſiæ in generali vt fit in indulgentijs. Religioſi ſubditi, voluntates ſuas, ſuaque omnia per obedientiæ votum ſubiecerunt ſuperiorum voluntati, cuius ſubiectionis ea vis eſt, vt poſſent ſuperiores voluntate ſua, non minus quam ipſi ſubditi de rebus omnibus ſtatuere, quæ ſubſunt ſubditorum eorundem volũtati, propterea, ſubditorũ ſuorum bona opera & ſatisfactiones alijs accommodare poſſunt, vt cum faciunt participes omnium bonorum operum ordinis, eos, qui de ordine ſunt benè meriti, & conceſſionis eius beneficio remittitur alijs pœna extra Sacramentũ, id quod fit per applicationem alienarum ſatisfactionum, tanquam per diſtributionem quandam cõmunis theſauri ordinis, nequaquam per communicationem huiuſmodi operum concedunt Indulgentias, quoniam non applicant ſatisfactiones alienas ex cõmuni ipſo Eccleſiæ theſauro, qui deficere non poteſt, ſed ex cumulo ſatisfactionum determinatæ ſuæ congregationis & ordinis, in qua fieri nonnunquam poſſet, vt nihil eſſet reliquum ſatiſ-

satisfactionum præter id, quod singulis de ea congregatione opus esset ad satisfaciendum pro pœna à se debita. Deinde neque applicant satisfactiones aliquas præteritas, quæ sint iam ante in acceptatione Diuina tanquam thesaurus quidam repositæ, sed applicant tantum satisfactiones subditorum futuras. Quæ enim opera sunt peracta à subditis, si ea illis ad satisfaciendum per se necessaria non fuerunt, eo ipso accedunt, ad communem Ecclesię thesaurum, qui solum per Pontificem & Episcopos dispensari potest, non autẽ per religiosorum superiores. Itaque cum hi bonorum operum ordinis aliquem participem faciunt, de operibus quæ nondum sint præterita intelligi debet. Præteritorum autem operum, quæ prius non communicarunt, non amplius possunt facere alios participes, quoniam iam illa sunt in communi Ecclesiæ thesauro reposita, ex quo ipsi nihil sumere possunt. Pro temporalibus simpliciter non potest concedi indulgentia, sed pro temporalibus ordinatis ad spiritualia, sic, vt est repressio inimicorum Ecclesiæ in cruciatis, vel cõstructio Ecclesiarum, templorũ, & aliarum eleemosynarum. Indulgen-
tiæ

tiæ se non extendunt ad eos qui sunt in cœlo existentes, cum illi satisfecerint, & nihil habent expiationis, nec ad pueros non baptizatos, nec ad eos qui in inferno existentes, cum sint extra gratiam, sed ad purgandos, vt suffragia pro illis facta ipsis prosint. Viui mortuis possunt tripliciter suffragari, primò, via impetrationis per orationē, secundò, merito de condigno, quia ex merito iusti Deus liberat quandoque animam è purgatorio, tertiò, suffragantur viui defunctis per modum satisfactionis soluendo suis operibus, pro illis sic iuuantur oratione, ieiunio, eleemosynis, & sacrificio missæ, quia animæ in purgatorio sunt membra Ecclesiæ, & communicant cum Ecclesia triumphanti in impotentia peccandi, ita cū militanti in sustinenda pœna, & sunt vtrique coniuncti per charitatem. Verbum suffragij significat auxilium Ecclesiasticum, quod per pia opera defunctis datur, ideo concedere indulgentias mortuis per viam suffragij, est concedere illis vt iuuentur eo modo, quo pijs operibus iuuari possunt, id est, in hoc sensu per modum suffragij satisfactorij quod continet indulgentia, & cū Indulgentia sit thesaurus satisfactorius duo

Indulgentiæ ad quos se extendant.

Viui suffragantur mortuis tripliciter. 1. 2. 3.

Suffragij verbū quid.

us duo in se continet, absoluēdi authoritatem, & applicandi thesaurum; primum nō datur mortuis cum non sint de Ecclesia militāti, præter illud quod dictum est; secundum conceditur, cum Ecclesia petit vt Deus sua gratia & misericordia suscipiat suffragia &c. Qui suscipit indulgentiam plenariam non liberatur per hoc ab operibus bonis faciendis quo ad meritum, nam opera bona præter satisfactionem multos alios bonos effectus præstāt, per ea recōciliamur Deo, præseruamur à peccatis futuris, præparamus nos ad iustificationem, & si non soluimus per opera bona pro nobis, soluimus tamen pro alijs, & reddimus nos Deo gratos, ideo opera bona non sunt ob indulgentias relinquenda. Dubitans de indulgentijs detrahit certitudinem authoritati Ecclesiæ: quæ si in aliqua re erraret, nullam fidem in alijs mereretur. Hæretici indulgentias, sicut & alia Ecclesiæ sanctissima instituta improbant, & de ijs priuato suo errore & temeritate perperam sentiunt, verum orthodoxæ fidei patres aliter de indulgentijs crediderūt vt docet Concilium generale Lateranense celebratum anno Domini 1215. in quo emendati sunt abusus, qui circa

indul-

indulgentias paulatim irrepserant. Cōcilium Nicænum primum statuit, vt qui serius pœnitentiam agunt, possint indulgentiam aliquam ab Episcopo obtinere. A tempore S. Gregorij vsus indulgentiarum, vsque adeo notus & perspicuus fuit, vt hæretici id quidem negare non audent. Leo tertius Pontifex ante annos 800. indulgentias concessit. De indulgentijs hæc sufficiant. Nemo cōtemnat ea quę ad satisfactionem necessaria videntur, quoniam hoc Consilium Dei est, & hæc lex prouidētiæ diuinæ, vt sicut in remunerādo bona opera, ita etiam in puniendo & vindicando peccata Deus reddit vnicuique iuxta opera sua. Scriptum est enim. *Semel Locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.* Psal. 61. *Si dixeris vires non suppetunt: qui inspector est cordis ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua* Prouerb. 24. *Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius.* Rom. 2. *Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas, opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias*

Epilogus prædictorū.

ta vias singulorum restituet eis. Iob. 34. *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti* Iob. 9. *Ego autem in die vltionis visitabo hoc peccatum eorum.* Exod. 32. Ex quibus sequitur Deũ nõ dimittere peccatum sine pœna, nec est receptor personarum, cum reddat vnicuiq; secũcundũ opera sua, quilibet ergo studeat reconciliari Deo, & dicat cũ Propheta:
Oseæ. 6. *Venite, & reuertamur ad Dominum, quia*
Heb. 12. *ipse cæpit, & sanabit nos percutiet & curabit nos. Quem diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filiũ quẽ recipit. Id enim quod in præsenti est momentaneũ & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 2 Cor. 4. & submittat se flagellationi diuinæ, & dicat cum Dauide. *Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper*, & si ob infirmitatem ferre non potest, ita vt ex proprio opere & labore satisfacere non posset, agnoscat suas miserias & fugiat ad thesaurum Ecclesiæ, vt per indulgentias ex alieno perficiat, quod in proprio efficere non potuit.

CAPVT XIX.

De professione fidei.

SAncta Synodus Tridentina statuit quod

quod qui cathredalibus & superioribus Ecclesijs præficiuntur, vel de illarum dignitatibus, Canonicalibus, & alijs quibuscunque beneficijs curam animarum habentibus prouideri continget, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spōdere & iurare teneantur. Cuius fidei professionis formam bonæ memoriæ Pius quartus edidit, & mandauit etiam idem seruari, per quoscunque quibus de Monasterijs, conuentibus, Domibus, & alijs quibuscunque locis Regularium, quarumcunque ordinum, & Militiarum quoque nomine vel titulo prouidebitur. Idcirco eam de verbo ad verbum huic operi infero, vt fratres eam semper ad manus habeant.

Bulla Pij IIII. Continens formam Iuramenti professionis orthodoxæ fidei, quę obseruari præcipitur, à prouisis de beneficijs, ac dignitatibus, Ecclesijs, Monasterijs, & alijs locis ordinum Regularium & Militiarum.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis Apostolicæ seruitutis officium requirit, vt ea quæ Dominus omnipo-

nipotens, ad prouidam Ecclesiæ suæ directionem, Sanctis Patribus in nomine suo congregatis diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laudem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque, iuxta Concilij Tridentini dispositionem, omnes, quos deinceps Cathedralibus, & superioribus Ecclesijs præfici, vel quibus, de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & alijs quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis, curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam orthodoxæ Fidei professionem facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spondere, & iurare teneantur. Nos volentes etiam per quoscunque, quibus de Monasterijs, Conuentibus, Domibus, & alijs quibuscunque locis Regularium quorumcunque ordinum, etiam Militiarum quocunque nomine, vel titulo prouidebitur, idem seruari, & ad hoc, vt vnius eiusdem Fidei professio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque, & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes in hoc alicui minime desiderari, formam ipsam præsentibus annotatam, publicari & vbique gentium per eos ad quos ex De-

cretis

cretis ipsius Concilij,& alios prędictos spectat, recipi, & obseruari, ac sub pœnis per Concilium ipsum in contrauenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam, Professionem prædictam solemniter fieri, auctoritate Apostolica, tenore præsentium districtè præcipiendo mandamus, huiusmodi sub tenore. Ego N. firma fide credo & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem Cœli & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum. de Deo verò. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quèm omnia facta sunt: Qui propter nos homines, & propter nostrā salutem descendit de cœlis: Et incarnatus est de Spiritu sancto natus ex Maria Virgine, & homo factus est: Et resurrexit tertia die secundum Scripturas: Et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris: Et iterū venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius Regni non erit finis.

Et

mationem, & Ordinē sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum sollemni administratione recipio & admitto, omnia, & singula, quæ de peccato originali: & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo, verum, propriū, & propitiatorium Sacrificiū, pro viuis & defunctis: atq; in Sanctissimo, Eucharistiæ Sacramēto esse vere, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinē, vna cum Anima, & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem: quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie, totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuuari. Similiter, & Sanctos vna cum Christo regnantes, venerandos, atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, at-

que

que eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines Christi ac Deiparę semper Virginis, nec non aliorum S.S. habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicā & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco: Romanoq; Pontifici B. Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cætera item omnia à Sacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacrosancta Trid. Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor: simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti, spōte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inviolatam, vsque ad extremum vitæ spiritum, constantissimè,

tissimè, Deo adiuuante, retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis quorum cura ad me, in me, in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro, Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Volumus autem quod præsentes litteræ in Cancellaria nostra Apostolica de more legantur: & vt omnibus facilius pateāt, in eius Quinterno describantur, ac etiam imprimātur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum. Anno incarnationis Dominicæ, 1564. Ibid. Nouem Pontificatus nostri anno quinto.

Casus Archiepiscopo Coloniensi specialiter reseruati ex Statutis Coloniensibus Anno 1539. publicatis, in gratiā eorum qui ab eis non habent absoluendi potestate appositi.

1. Rebaptizatus, Reconfirmatus, vel Reordinatus. 2. Qui matrimoniū post

ponsalia iurata cum alia quam sponsa contraxerit. 3. Mulier quæ antequam certificaretur de morte mariti secundo contraxerit. 4. Ille qui virginem deflorauerit, oppresserit & rapuerit. 5. Opprimens prolem propriam. 6. In se sterilitatem vel aborsum quomodolibet procurans. 7. Homicidium facto, præcepto, consilio, consensu, authoritate propria vel authoritatiua exhortatione, vel quouis alio modo committens. 8. Incestum in tertio aut proximiori gradu consanguinitatis aut affinitatis committens. 9. Voti transgressores. 10. Simoniacus. 11. Vsurarius. 12. Raptor. 13. Sacrilegus. 14. Incēdiarius. 15. Latro. 16. Ecclesiam consecratam sanguinis vel seminis effusione polluēs. 17. Quilibet Ecclesiæ vel cæmiterij, aut immunitatis vel libertatis Ecclesiasticæ violator. 18. Quilibet excommunicatus à canone vel constitutione. 19 Sacerdos proditor Confessionis. 20. Celebrans in Ecclesia interdicta, vel altari non consecrato aut mobili sine licentia, vel sine indumentis, vel non ieiunus. 21. Non ordinatus celebrās vel ministrās in ordine quem non habet. 22. Sacerdos cuius negligētia vel culpa aliquid inhonestum, vel aliquod scandalum circa sacramenta euenit. 23 Quilibet

deierans seu veniens contra suum iuramentum. 24 Falsarius litterarum & monetæ. 25. Quilibet manus violentas iniiciens in patrem aut matrem suam. 26. Quilibet coniugatus contrahēs matrimonium viuente vxore cum secunda: vel intrans religionem, vel recipiens sacrum ordinen coniuge inuita, vel è contra. 27. Coniux qui & quæ in mortem coniugis effectualiter machinatus vel machinata fuerit. 28. Scienter coiens cum infideli. 29. promotus per alium quam per proprium Episcopum sine licentia. 30. Furtiuè seu per saltum vel extra statuta tempora promotus. 31. Excommunicatus vel suspensus, aut interdictus in ordine suo ministrans, vel qui taliter ligatus aliquem ordinem suscepit. 32. Scienter sepeliens corpus excommunicati in cæmiterio, vel etiam non excommunicati tempore interdicti. 33. Abutens quomodolibet Sacramentis Ecclesiæ, vt puta hostia, chrismate, vel alia re sacra. 34. Omnis adulter & adultera saltē publicus & publica. 35. Quilibet scienter extra casum necessitatis baptizans propriam prolem vel illam tenens in Baptismo aut Confirmatione. 36. Omnis hæreticus aut fautor, participatioue

hære-

hæreticæ prauitatis. *Hic casus est bullæ cœnæ*. 37. Committens sodomiticum crimen, aut cum brutis commissum. 38. Quilibet cum sanctimonialibus coiens. 39. Omnes clandestinè contrahētes sponsalia nisi infra tempus statuti supra positi illa solemnizauerint.

His nostrum Manuale concludimus, & ad gloriam Dei imponimus finem.

Errata sic corrige.

PAg. 13 linea 4. oportunitate, *leg*. importunitate. 15. l. 1. irrepi *leg*. irrepere. 27. l. 22. Et *lege* Eo. 31. l. 4. *lege* humiliter. 33. l 6. animos *lege* anianimus. 41. l. 8. *lege* quoq;. 48. l. 28. reuersus *leg*. recursus 63 l. 1. *lege* detegere. 77 l. 16. *leg*. obscurus. 114. l. 28. *lege* ait. 120. l. 8 *lege* constitutionibus. l. 28. factui *lege* fastui. 133. l. 30 *leg*. curandum. 134. l. 28. *lege* visibilium. 149. l. 5. *lege* Super oris. 153. lin. 11. debere *lege* bibere 193. l. 9. *lege* omnis. 197. l. 16. *lege* vilitatē 229. l. 7. *leg*. seruare. 246. l. 17. *leg*. lignamiū 247. l. 1. *lege* pensatis. 262. l. 25. *lege* Dispensationē. 269. l. 19. illius *lege* illis. 270. l. 2. aut *lege* ad 292. l. 16. obligādū *lege* obligans. 305. l. 9. *lege* subijciendum. 334. l. 21. *lege* corruptionem. 347. l. 4. *leg*. reum 369. l. 3 *lege* mortis. 414. l. 3. *leg*. Rebuspub. 468. l. 14. *lege* si sit laicus. 488. l. 27. *lege* in. 552. l. 12. *lege* hæc.

INDEX RERVM
Memorabilium.
A.

Absoluere pœnitentem quando debeat confessarius ; & quando non. pag. 531.
Absoluere à reseruatis quis possit. 47.
Absoluere ab excommunicatione quis possit. 360.372.
Absoluere præsumentes excommunicatum in Bulla Cœnæ excommunicantur. 420.
Absoluendi potestas quo ad prælatos & fratres quousque se extendat. 249.
Absolutio à peccatis requirit iurisdictionem. 217.
Absoluendus voto non astringatur. 554.
Absoluti ab excommunicatione Bullæ Cœnæ ad quid constringantur. 421.
Absolutio quomodo danda pueris in quibus dubium est an vsum rationis habeant. 552.
Aedificare proximum qualiter fratres debeant. 27.
Alienum quid. 478. Anathema quid. 350.
Appellandum quomodo sit. 297.
Apostata quisnam dicatur. 332 eorumque fautores excommunicationi subiacent. ibidem.
Apostatæ an debeant iterum recipi. 336.339.
Articulus mortis quid sit. 227.
Attentio quid. 135.
Audientibus conciones fratrum Minorum, conceduntur indulgentiæ. 273.
Auctoritas Generalis ministri. 241. Prouincialis & Guardiani. 242.

B.

Baptizare an fratres possint. 80.

Bigamia triplex. 470.
Bonorum genera tria, 479.
Bursarius an habendus in via. 170.

C.

Charitas inter fratres fouenda. 43.
Canones pœnitentiales. 569.
Casus reseruati qui. 220.
Castitas quomodo tueri possit. 311. *in quibus consistat & lædatur.* 314. *& quæ occasiones ad eam conseruandam vitandæ sint.* 315.
Casus propter quos non licet communicare cum nominatim excommunicato. 362.
Casus propter quos licet sine peccato cum excommunicatis communicare. 368.
Censura quid significet. 345.
Cessatio à diuinis quid. 476.
Comestur seu in mensa quomodo se gerere debeant fratres. 151.
Commodare an possint fratres. 190.
Compaternitas fratribus interdicitur. 80.
Communio in Ecclesia triplex. 347.
Concionatorum priuilegia. 268.
Confessio qualis esse debeat. 528. *necessaria.* 216.
Confessio sacramentalis quoties sit de necessitate. 209.
Confessiones subditorum audire num liceat Superioribus. 221.
Confessores regularium quales debeant esse, & quæ sit eorum potestas. 546.
Confessori quid considerandum in munere suo. 529. 530.
Clauium nomine quid intelligendum. 594.

Confes-

Confessarius quomodo se cum pœnitēte gerere debeat. 514.
Confiteri quomodo quis debeat. 212.
Confiteri extra ordinem an liceat. 48.226.
Conscientiæ examen quomodo instituendum. 515.
Consortium suspectum quod sit. 77. quare vitandum. 315.
Correctio qualiter facienda. 63.301.

D.

Definitio regulæ. 3. Deuotio quid 135.
Dispensatio quid. 262. quando liceat & in quibus 262.
Dispensare cui competat. 264. in dispensatione quid considerandum. 264.
Dominium quid. 180.
Dominium rerum omnium quibus fratres vtuntur penes quem remaneat. 183.
Donare an fratres poßint. 191. & quando poßint. 192.

E.

Emere quid sit, & an liceat fratribus. 188.
Equitare nō debēt fratres, & quid per illud intelligēdū. 25.
Essentia Euangelicæ paupertatis in quo consistat. 181.
Excommunicatio quid. 345.
Excommunicationis maioris effectus. 370. est pœna pœnarum grauißima. 349. quotuplex. 351.
Excōmunicatio minor quod modis inferatur & quid sit. 361.
Excommunicatos vitare non tenentur fratres, nisi in duobus casibus. 329.
Excommunicationes Bullæ Cœnæ. 378.
Excōmunicationes Papæ reseruatæ extra bull. Cœnæ. 425.
Excommunicationes religiosorum: 434.
Excommunicationes Ord. D. F. reg. obs. 443.
Excommunicare possunt subditos Minister & commiß. Generalis

neralis, Prouinciales, Custodes, Guardiani. 445

F.

Fœminarum consortia vitanda. 77.
Forma absoluendi ab irregularitate. 475.
Forma absolutionis puerorum. 552. & adultorũ. 553.

G.

Generalis minister qualis esse debeat. 52.234. de eius electione. 237. auctoritate. 241.

H.

Habitus nouitiorum qualis. 125.
Habitus professorum quinam esse debeat. 126.
Hæreditas fratribus omninò illicita. 199.
Hæreticus quis censendus. 381. hæreticorum fautores qui. 382. eisque credentes. 383.
Homicidium quid. 457. & quotuplex. 458.
Homicidiorum genera. 460.
Honestas in diuino officio quomodo seruanda. 137.
Humilitas vera quæ sit. 300

I.

Ieiunare quomodo & quando. 21. 144.
Incorrigibiles qua pœna puniendi. 334.
Indulgentiæ concessæ audientibus conciones fratrum Minorum. 273.
Indulgentiarum ratio. 588. quis posit illas dare & suscipere. 597. 598.
Infirmorum cura cui incumbat. 44.
Infirmi quo pacto se gerere debeant. 44.
Impedimenta ingrediendi religionem. 118.
Impignoratio fratribus est illicita. 190.
Ingressus ad monialium monasteria prohibitus. 78. 318.

quando

quandonon. 318.
Instructoris officium circa nouitios. 121.
Interdictum quid & quotuplex. 453. eiusq; effectus. 454.
Irregularitas quid & quibus modis contrahatur. 457.
& quomodo tollatur. 473.
Itinerantes quomodo se gerere debeant. 324.
Iubilaei & indulgentiarum discrimen. 376.
Ius duplex, naturale diuinum, positiuum & ciuile. 182.

L.

Labori quomodo insistendum. 32. 171
Laborum merces quae expectanda. 33.
Laici quomodo recipi debeant. 125.
Laudorum horae quae & quid significent. 19.
Legatum quid sit. & an acceptare possint fratres. 199.
Licentia eundi ad praedicandum infidelibus quibus danda. 83. & an absque ea fratres ire possint. 323.
Loqui vbi & quomodo fratres debeant. 148.

M.

Manifestum quot modis accipiatur. 496.
Manus cur imponatur in absolutione. 553.
Mendicare debent fratres. 38. an liceat. 40.
Mendicitas licita est & meritoria. 40.
Ministri prouincialis electio. 240.
Modestia in quibus consistat. 23.
Mutuare an possint fratres. 190.
Mutuum quibus modis vsurae rationem subeat. 499.

N.

Nomina praelatorum quae & vnde sic appellentur. 265.
Notorium duplex. iuris & facti. 330.
Nouitij de quibus examinandi. 120.

Nouitij probationis suæ tempore quomodo se gerere debeant. 122.124.
Nouitiorum magister qualis esse debeat. 122. Habitus qualis 125.

O.

Obedientia à B. Francisco promissa qualis. 6.
Obedire quomodo & quando debeat Subditus. 284. 66.
Obediens verus describitur. 274.
Obedientiæ conditiones. 277. eiusque effectus. 280.
Obedientia vera Minorum quæ sit. 308.
Obligatio varia præceptorum in reg. S. F. 107.113.190.
Occisionis iustæ, causæ quæ. 460.
Officium diuinum quid & quomodo peragendum. 18.132.
Officium B. Mariæ quando recitandum. 142.
Orandum quomodo sit & quæ eius virtutes. 178.
Otium fugiendum. 176.

P.

Paupertas F. Minorum qualis & quanta. 37. Vnde dicatur altissima. 183.
Paupertas duplex. 180. effectus. 39.42.206.
Peccatum duplici damno afficit homines 560.
Peccata publica requirunt recursum ad Ministros. 207.
Pecuniæ vsus quando licitus erit. 28.29.156.
Perfectum quot modis dicatur. 104.
Perfectio religiosorum. 106.
Perfectionis quinque genera. 107. Status duplex. 109.
Perfectus quis dicatur. 108.
Pœnitentia vt iniungenda. 536. quid exigat. 564.
Pœnitentiales canones. 569.
Pœna pro peccatis quomodo redimenda. 561.564.

Posses-

Possessio quid? 180.
Prædicationis officium quomodo exerceri debeat. 55.58.
Prædicatores quomodo examinandi. 57.
Prædicare quid, & quando debeant fratres. 267.270.
Præcepta Superiorum quomodo obligent. 305.
Prælati qualiter se gerere debeant erga subditos 64.300.
& qualiter in correctione. 301.
Priuilegia data, quo ad diuinum officium. 140.
Profiteri quando debeant nouitij. 14.125.
Professorum stabilis perseuerantia. 13.
Profitentes hanc regulam quid promereantur. 114.
Professionem renouans quid promereatur. 115.
Proprietas quid? 180. *quando incurratur,* 195. *eius actus varij.* 201.
Proprium omne excludit regula minorum. 37.
Puritas nostræ religionis vt dignoscatur. 12.

Q.

Quadragesima quando incipiat. 145.

R.

Recipere ad ordinem quis possit. 10.
Recipiendorum qualitates. 11.
Regula S. F. qualis. 2. *eius auctor* Deus. 102. *Cæteris perfectior,* 112 *eam spiritualiter obseruare quid sit.* 66.
Religiosus quomodo grauius seu minus peccet quam laicus. 117.
Remedia contra recidiuum. 534.
Reseruatio aliquorum casuum quare fiat. 217. 231. *eorum à quo petenda sit absolutio.* 223. *quomodo absoluantur absente* Ministro. 225.
Restitutio quid, & eius partes. 477.

Restitutionis casus aliquot. 486.

Restituere qui teneantur. 486.502.

Reuerentia interior & exterior qualis requiratur ad diuinum officium. 134.

S.

Satisfactio in genere quid sit & quotuplex. 556. *necessaria.*562. *quomodo fieri debeat.*565.*eius opera tria.*567.

Silentium quomodo seruandum. 148.

Sigillum confeßionis quid sit. 228.

Simonia quid: 486. *quale crimen.* 488. *eius species.* 489. *vnde agnoscatur.* 490.

Sors quot modis accipiatur. 492.

Stipendij appellatio quid denotet. 491.

Suspensio quid? & in quibus incurratur. 446.

Suspensus quando incurrat irregularitatem. 447.

Syndicus à quo instituendus. 184. *eius officium & authoritas quæ sit.* 185.

T.

Tempus dicendi horas. 138.

Testamentum S.F. an obliget fratres eius. 93.

Transgreßio præceptorum quando sit mortalis. 309.

V.

Vendere quid sit, & an liceat fratribus. 188.

Vestium color & pretium. 127.

Virginitatis encomium. 316.


Virtutes scientijs præponendæ. 73.


Vsus fructus & iuris quid? 180. 181.

Vsura quid: 492. *quale peccatum.* 494. *est prohibita* 494. *& quare.* 495

Vsurariorum pœnæ. 498.

FINIS.






IHS